S. AVRELII
Philosophi
et
Martyris
Opera

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI
IVSTINI
PHILOSO-
PHI, ET MAR-
tyris quæ extant
opera.

Omnia per Sigismundum Gelenium è Græco in Latinum conuersa: nunc uerò denuò recognita & emendata.

Quorum Catalogum uersa pagina indicat.

Adiecta est etiam D. Hippolyti Episcopi & Martyris Oratio: quæ de eisdem rebus paribus habita uideri possit.

Cum indice copioso.

24938

PARISIIS,
Apud Gulielmum Iulianum, sub signo Amicitiæ, prope Collegium Cameracense.
1575.

NICOLAVS EPISCOPVS CANDIDO LECTORI S. D.

ETSI nunquam nostri huius scripturientis seculi hominum mores mihi placuerunt, candide Lector, quo, vt refert Horatius,

Scribimus indocti doctique poemata passim:

sempérque plus ponderis apud me habuerit, λάθε βιώσας, quàm indignantis Iuuenalis dictum,

Aude aliquid breuibus

Gyatis & carcere dignum,
Si vis esse aliquid:

eáque de causa animus fuerit, numquam vllo scripto meam infantiam in vulgus efferre, & quorumlibet subire iudicium. Verùm Sigismundi Gelenij, hũc autorem in Latinam linguam conuertere aggressi mors importuna ad scribendum me compellit, qui dum in suo instituto occupatus esset, plusquam iam dimidia parte absoluisset, lethali est correptus morbo: à quo mense plus minus tertio superas euasit ad auras, cum suo Iustina, cui transferendo immortuus est, vitam acturus cœlestem ac vere felicem. Hinc factum est, vt alij cuidam docto viro, nobis amico, Latinæque ac Græcæ linguæ perpulchrè gnaro, reliquum eius autoris traducẽdi prouincia fuerit tradita: qui non solum libros postremos fecit Latinos, sed multos etiam locos in prioribus, vbi carmina ex autoribus fuerant allegata, quæ Gelenius, ne suæ interpretationis cursum moraretur, transilierat, (sed eo animo, vt libro ad finem perducto, dũ suam conuersionem priusquam ederetur, recognosceret, eadem opera carmen carmine redderet) suppleuit: sensu tamen magis quam carmine, etiamsi poeta sit eximius, exhibito: secus quam noster Sigismundus solebat, semper obseruans vt eodem orationis genere Græca Latio donaret:

excellens etiam multis aliis Dei donis, maximè autem restituendis vtriusque linguæ scriptorum depravationibus: de quo tanto parcius loquiar, quanto id notius est pluribus. De diuo Iustino, Prisci Bacchij F. Flauia Neapole Syriæ Palestinæ oriundo, philosopho & martyre, non plura commodè possunt recenseri, quàm quæ D. Photius in Mille libris, & Hieronymus in Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum: tum Eusebius Pamphili, Nicephorúsque Callisti in Historiæ suæ ecclesiasticæ libris referunt, quorum testimonia huic epistolæ subnectere libuit, posthabitis quæ Suidas & Volaterranus, ex prædictis scriptoribus

mutuata, de eo tradunt: de quo hoc meum est iudicium, (si modo mihi de tanto viro ferre iudicium licet) eum sacrarum literarum fuisse peritissimum: quod præter alia vel ex vnico ipsius colloquio eum Tryphone Iudæo constat. Vbi tam validis scripturarum testimoniis probat & conuincit, Iesum Christum seruatorem nostrum, esse verum illum Messiam, quem adhuc hodie Iudaica gens obstinatè sed frustra expectat: talibúsque eum præmit argumentis, vt nisi natiuam eius gentis pervicaciã maluisset imitari, quàm inuictæ cedere veritati, indubiè Iustino porrexisset herbã, Christúmque fuisset amplexus. Oratorem præterea fuisse

vel inde apparet, quòd Christianis, ne innocentes, vt antè, plecterentur, impunitatem religionis suæ, cùm à Senatu Romano, tum ab AElio Adriano, Antoninóque Pio Cæss. & Imppduabus Apologiis, huic operi insertis, impetrauit, quod magna eloquentia assecutum esse oportet, nisi malimus id diuino adscribere numini. Cæterum quòd magnus fuerit philosophus, declarat ipsius cognomen quod assiduo nimirum philosophiæ studio sibi parasse consentaneum est. Quapropter amice Lector, Iustinum huncce, paruum, si chartas numeres, librum, si doctrinam, ingentem, hilari fronte excipe, ex quo vno cum oratoria

& philosophia veram pietatem addiscere potes: cuius scripta quædam intercidisse, quædam mutilata esse maximè dolendum est. Vale.

Ex bibliographia mihi & Frobenio cõmuni, Cal. Aprilis, Anno salutis hominum.

M. D. LV.

DE DIVO IVSTINO. Ex diui Photij opere, quod inscribitur, Mille libri.

LEcta est Iustini Martyris apologia pro Christianis, & contra Gentes & Iudæos: itémque alterum eius opus contra primum & secundum de naturali auscultatione, siue cõtra speciem & materiam & priuationem, acuti sermones, & violenti, & vtiles: itémque contra quintũ corpus, & contra æternum motum, quod ratiocinationum acumen peperit Aristoteles: itémque dubitationum contra religionem summariæ solutiones. Est autem homo qui ad philosophiæ cùm nostræ tum peregrinæ summum peruenit diuitiis scatens eruditionis & historiarum. Sed non fuit ei studium colorãdi arte dicendi natiuam philosophiæ suę pulchritudinem. Itaque eius libri, cùm sint alioquin valentes & scientia pollentes, non redolent artis condimẽta: neque pellacia & illecebris multos auditorum alliciunt. Conscripsit autem

opera quatuor contra Gentes, quorum vnum Antonino Pio, & filiis ac senatui dicauit. Alterum item illius successoribus. In tertio de natura dæmonum disseruit. Quartus eius liber item cõtra Gentes compositus, refutatio inscribitur. Eius sunt & liber de Dei monarchia, & qui inscribitur Psaltes, necnon contra Marcionem necessarij libri, & contra omnes hæreses opus vtile. Is filius fuit Prisci Bacchij: patriam habuit Neapolim, eã quæ pertinet ad præfecturã Palestinæ. Romæ versatus est, verbis & vita & habitu philosophians. Cùm esset autem ardens religionis amator, aduersarium habuit & vita & religione quẽdam nomine Crescẽtem, de eorum genere qui Cynici vocantur, à quo oppugnatus, vt dignum erat totius eius vitæ instituto, etiam insidias cõposuit. Hanc enim martyrij occasionem adeptus, generosè gaudénsque mortem pro Christo oppetiit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX HIERONYMI *Catalogo Script. Eccleſiaſt.*

IVSTINVS philoſophus, habitu quoque philoſophorũ incedens, de Neapoli vrbe Paleſtinæ, patre Priſco Bacchio, pro religione Chriſti plurimum laborauit, in tantum vt Antonino quoque Pio, & filiis eius, & ſenatui librum contra Gentes ſcriptũ daret, ignominiámque crucis non erubeſceret, & alium librum ſucceſſoribus eiuſdem Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Extat eius & aliud volumẽ contra Gentes, vbi de dæmonum quoque natura diſputat, & quartum aduerſus Gentes, cui titulum prænotauit, ἔλεγχος, ſed & alium de monarchia Dei, & alium librum, quem prænotauit Pſalten, & alium de anima. Dialogus contra Iudæum, quem habuit aduerſus Tryphonem principem Iudæorum: ſed & contra Marcionẽ inſignia volumina, quorum Irenæus quoque in quinto aduerſus hæreſes libro meminit: & alium li-

brum contra omnes hæreſes, cuius facit mentionem in apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hic cùm in vrbe Roma haberet τὰς διατριβὰς, & Creſcentem Cynicum, qui multa aduerſum Chriſtianos blaſphemabat, redargueret, guloſum, & mortis timidum, luxuriæque & libidinum ſectatorem, ad extremum ſtudio eius & inſidiis accuſatus quòd Chriſtianus eſſet, pro Chriſto ſanguinem fudit.

EX

EX EVSEBIO *Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. IIII. Cap. VIIII.*

IVſtinus German⁹ veræ philoſophiæ amator, denique & in Gentiliũ eruditione tritus & exercitatus, eiuſdem & ipſe temporis in Apologia ad Antoninum ſic ſcribens meminit: Nõ autem abſurdum fore putamus, ſi hoc loco etiam Antinoi recordemur, & eius quod illius nomine etiãnum faciunt, quem cuncti tanquam Deũ propter me-

tum colere properant, cùm sciant quis, & vnde fuerit. Idem autem Iustinus belli quoque tum cõtra Iudæos gesti mentionem faciens, hæc adiicit: Nam in bello Iudaico, quod iam gestum est, Barchochebas Iudaicæ defectionis dux solos Christianos grauissimis supplicijs, nisi Christum negassent & blasphemassent, puniri iussit. In eodem opere declarans, quomodo non temerè, sed cum iudicio relicta Gentili philosophia ad pietatem transierit, hæc scribit: Nam ipse ego, quum Platonis dogmatis delectarer, Christianos traduci audirem, & tamen imperterritos ad mortem & omnia ea quæ formidabilia putantur cernerem, cogitabam fieri non posse, vt hoc genus hominum maliciæ & studio voluptatum sit obnoxium. Quis enim voluptatis amans, aut intemperans, aut ingluuiem humanarum carnium incũdam ducens, mortem sic complecti poterit, vt concupiscentiis suis priuetur, & non magis vitam hanc semper viuere, & principes fallere, nec seipsum occidendum prodere conetur? Præterea & hoc

idem Iustinus scribit, quomodo Adrianus literis à Serenio Gratiano illustrissimo præside pro Christianis acceptis, significantibus iniustum esse, quòd sine vllo crimine, populi vociferationibus traditi, absque iudicio occiderentur: rescripsisset Minutio Fundano proconsuli Asiæ, ac præcepisset, ne quisquam sine crimine & accusatione rationi consona occideretur. Quin & exemplum Epistolæ obseruata Ramana lingua, sicut potuit, adiecit, cui ista præmisit: Et cùm ex epistola maximi & illustrissimi Cæsaris Adriani patris vestri à vobis exigere possemus, vt sicut ille præcipere dignatus est, iudicia fiãt: hoc tamen non tanquam ab Adriano præceptum petimus, sed ex eo quod scitis acclamatione populi quę iusta sunt esse petenda.

EX NICEPHORO Callisti Ecclesiast. Hist. Li. III. Cap. XXVI.

HAc ipsa ætate Hadriani, Iustinus etiam ex philosophis Martyr, inter præcipuos est habitus, germanus & sincerus veræ philosophiæ amator, & in Græcorum disciplinis egregiè exercitatus. Sed enim quis qualisve fuerit, & quēadmodum à Græcorum erroribus ad germanam philosophiam transierit, commodissimū fuerit ex ipsius verbis recognoscere. Quum enim aduersus Græcos & Gentiles pro Christianis orationes scripsit, quibus repugnare atque refragari illi non potuerunt: tum Romæ, vbi vitam degebat, Antonino Pio Imperatori, & Senatui Romano pro nobis Apologiam exhibuit, ita eam inscribens: Tito Ælio Hadriano Imperatori, Antonino Pio Cæsari Augusto, & Verissimo filio Philosopho, & Lucio Philosophi Cæsaris natura, & Pij adoptione filio, amatori doctrinę, sacróque Senatui, & populo Romano vniuerso, pro eis qui ex

omni hominum genere iniquissimè inuidia laborant & affliguntur: Iustinus Priscus Bacchij filius, Flauia noua ciuitate Syriæ Palestinæ oriundus, orationem atque deprecationem hanc obtuli. Et in eadem oratione se non temerè, sed iudicio ad Christianam professionem peruenisse, ita refert: Ego quidem, qui Platonicis delectarer disciplinis, quum Christianos calumniosè deferri audirē, viderémque eos impauidos interritósque esse ad mortem, & quæcunque horrenda mortalibus videntur;

consideraui ipse mecum, fieri omnino non posse, vt illi in flagitiis deliciisque viuerent. Quotus enim quisque, voluptatis consectator & libidinosus, quíque humanarum carnium dapibus delectetur, bono sibi mortem esse putet? vt per eam cupiditatibus deliciísque suis priuetur: & non potius illud agat, vt semper hanc vitam viuat, magistratúsque & leges fallat, nedum seipsum ad cædem offerat? In Apologia ea illud quoque scribit: Non absurdum verò fuerit, Antinoi quoque hîc meminis-

se, qui non ita pridem decesſit, quem omnes veluti Deum per timorem colere ſuſtinuerunt: quum quidem omnes probè ſciuerint, & quis fuerit, & vnde prouenerit.

EX EODEM CAPITE XXXII.

EO tempore adhuc Iuſtinus, cuius paulo antè fecimus mentionem, enituit. & quùm, quos diximus, Principibus aliam etiam pro dogmate noſtro defenſionem obtuliſſet, & contra oppugnatores Græcos & iudæos, in faciem eorum, Chriſtianæ profeſsioni patrocinatus eſſet, atque etiam hæreticorum vanam linguæ loquacitatem nocentémque mentis inſaniam luculentis orationi-

bus retudisset, fidem nostram firmis adamantinisque propugnãs rationibus, abundéque veritatem certitudinémque eius demonstrans, corona martyrij seipsum exornauit. Cui Crescens quidem philosophus, vita morúmque æmulatione Cynicus, insidias struxit. Quum enim in multis sæpe colloquiis & disputationibus Crescentem, quòd pleraque perperam faceret, falsôque in professionẽ nostram criminans inuehetur, Iustinus conuiciisset, cum improbis quibusdam qui magistratus gerebant, atque itidem cum aliis, illico inspiratione contra Iustinũ facta, tormentis quamplurimis eum affecit, & postremò gladiis etiam confecit, veræ prorsus sapientiæ sectatorem. Ita ille ad desideratum sibi Christum transiit. Quæ autem passurus fuerat, ea antea quoque in ea, quam diximus, defensione diuinans prædixit, ad hunc modum scribens: Ego quidem insidias & fustuariũ expecto à quopiam, qui alicuius sit nominis, vel ab ipso etiam Crescente insipiente, arrogantiæ quippe magis quàm sa-

pientiæ amante. Indignus nanque est, qui philosophus & sapientiæ amator dicatur: propterea quòd publicè de rebus quas ignorat, videlicet quòd Christiani athei prorsúsque sine Deo & impij sint, asseuerat, ad gratiam & libidinem eorum qui ab eo sunt in errorem seducti, id faciens. Si enim doctrinam Christi, quam non attigit, reprehendẽdo proscindit, improbissimus est, idiotis atque indoctis hominibus multo deterior: qui sæpe de rebus quas ignorant, loqui, & falsò testificari supersedent.

Sin Christianam professionem didicit, aut amplitudinem eius non intellexit: aut certè intellexit, & ne Christianus esse suspectus fiat, nos criminatur. Itaque longè adhuc est importunior, nihil ingenui & liberalis ingenij habẽs, vtpote inepta & absurda opinione vir, timoríque sordido obnoxius, &c.

DIVI IVSTINI philosophi & Martyris, operum hîc contentorum Catalogus.

Ad Zenam & Serenum fratres epistola.
Sermo exhortatorius ad Gentes.
Cum Tryphone Iudæo colloquium.
Apologia pro Christianis, ad Senatum Romanum.
Apologia altera pro Christianis, ad Aelium Adrianum & Antoninum Pium Imperatores.
Expositio fidei de recta confessione, siue de sancta & coessentiali Trinitate.
Confutatio dogmatum aliquot Aristotelicorum.
Quæstiones Christianæ ad Gentiles, & gentilium responsiones, earumq; refutationes.
Responsiones ad Orthodoxos, de quibusdam necessariis quæstionibus.
Quæstiones Græcanicæ, siue Gentiles ad Christianos, de incorporeo, & de Deo, déque resurrectione mortuorum.

IVSTINVS

IVSTINVS ZENÆ ET SERENO FRATRIBUS. S. D.

Sigismundo Gelenio interprete.

DE ea quæ videtur quibusdam eruditio, cùm sit rationis expers inutilisque disciplina, petita è traditionibus hominum, cum Pharisæis vita opinionéque consentientium, in Epistola ad Papam diligentissimè disserui. verùm ne videar reprehensor nimius, vtque bene ac fœliciter degẽdi cupidis occasionem salutarem præbeam, quamuis iam antè accuratè scripsisse ad Principes mihi videor, non grauabor tamen vobis quoque scribere, quo cognoscatis instituta quorundam puerilia. prodest enim scire conuersationes à ratione alienas, ne quis improuiso studio in eas incidat. Vos certe recte facitis quòd vt boni viri euadatis admitimini: sed quoniam his turbatorum temporum motibus ad mundum

retraliimini, à quo noster seruator nos auocat, negans se esse ex eo: & vt veritatis amici simus nobis consulens, expectemúsque effectum cœlestis potentiæ, voluntatem æterni patris exsequentes, & longe alieni à mundanis rixis ac æmulationibus. Nam sibimetipse infestus est quiuis iracundus, & contentio solet in authoris caput recidere: id quod crebris exemplis compertum est, quosdam cum nesciant vnde acceperint iniuriam, seipsos diuexare ac rodere. Non est igitur molestè resistendum prouocantibus & lacessentibus, sed constanter placidéque respondendum hoc tantum: Nunquam efficies vt me dimoueas à proposito. Curandum autem vt pacem habeamus cum aduersariis, nec indulgendum iræ, vel sic sibi blandiendo, vt dicas: Tali sum ingenio, non possum non irasci: vel sic, vt etiam à solenni communione precibúsque publicis abstineas. Nam iuxta naturæ ductum viuere, est hominis qui nondũ credidit: sicut æmulari per inuidiam, est longe à veritate semoti. Debemus igitur quemuis docere, ingenuè condonatis offensis præteritis, modò ne sit aduersus monita contumax. non desunt certe qui

dam qui iuxta carnem proficiunt, iracundiæ suæ patrocinantes ex Euangelio, & sententiæ in quam proniores sunt, accõmodantes seruatoris nostri oracula: in quorum potestate si esset situm gehennæ quoslibet addicere, totus mundus exhaustus esset eorum sæuitia, attamen quantũ in ipsis est & condemnant, & ignis fornaces aperiunt, ideo nos non simus talium similes præterea suadeo vobis, videatis quas res contemplari conueniat, & proximis erudiendis tradere: quãdoquidem opus est vt quisque primùm apud se retractet quicquid suspectum de falsita e habet, atque ita demum admoneat alios, donec aut persuadeat, aut erroris ipse coarguatur. aberimus autem à perturbationibus, si primatum non affectauerimus, & alios affectantes cum æquo animo tulerimus, & cesserimus ingerentibus se ad ea ad quæ seruator inuitat neminẽ. quòd si quis nobis occlamet, sileamus: si victor sibi videbitur, derideamus: ne ob inanem gloriam præsentibus aliis & audientibus, putet se ex æquo contendendo illorum quoque peruicaciam alere. licebit per me cuiuis qui male quid asseuerat, cogitet me aut perperam sentire, aut nolle, non

auderéue contradicere: modò silendo sim mihi conscius, posse rationem reddere: & tamen qui videtur reprehensibilis, non dedignetur fratri persuadere: & qui admonet, non iracunde id faciat, sed familiariter. oportet enim vt ambo accommodentur sibi inuicem, & ad pacem contendant patiter: quandoquidé etiam patrem illum videmus occurrisse pœnitenti filio, & non expectato aduentu obuiam excepisse huius pœnitentiam: bonitas enim à fide profecta vtrunque placatum conciliat, siquidem & iniurius peccatum agnoscendo flectit amicum: & affectum iniuria pœnitebit, quòd aduersus familiarem fuerit commotior. proinde oportet fidelem procul abesse ab omni carnali affectu atque concupiscentia: alioquin committit in dei templo sacrilegium, vel si libere dicendum est, è seipso deū profligat, vt cuius occalluit conscientia nullam ferentis admonitionem, dum mauult imitari Adamum, & Euæ factum probare quàm Christo commori. atque diligéter cauendum est ne vita nostra sit culpabilis, néve sermonem nugis impendamus: sed plerunque taciti, non nisi modeste respondeamus quãdo vsus postulat. cauen-

dum item à malis suspicionibus, aut si incidant, examinandæ sunt, patienter compescendo iracundiam: nec inuidendum si quis amari præ nobis cupiat, ac ne in ministeria quidem debemus nos ingerere, quasi seruitutem affectando, & vltro deuorando (vt aiunt) amaritudinem: sed agenda cũcta iuxta rectam fidei regulam. quisquis enim secus fecerit, tanquam per extentum funem incedens, leui momento decidet, quantumuis in admiratione fuerit apud ociosos & stupentes ad alienam iactantiam. sciendum igitur, qualia sint ostentatorum studia, qualia veritatem sectantium & exercentium: ac perinde gubernandum cuique suum nauigium, non fingendo gubernandi peritiam, nec tempestates horrendo, sed expectando quæcunque pericula. nam mera caro sumus, nec boni quicquam in nobis habitat: aduocandus est igitur ad nostri curam medicus: sic enim fugato morbo continget sanitas. Curandum item vt sermone neque à vulgo nihil differamus, neque nimis profuse abutamur: alter enim ille segnis est & inefficax, alter præ se fert mundana studia. Cibus sumendus non ad voluptatem, sed vt viuendo aliquibus simus

vtiles. quòd si quando nos egestas apprehenderit, contenti simus rebus tenuibus. Vultis audire compendio quomodo effugiatis molestas? nullam fortunam aspernamini, ita fiet vt neque ditati cadatis in iactantiã, neque peregestatem collabatur vobis animus, dum mens ratione virtutéque munita eundem semper vultum obtinet. præterea credendum est, hunc mũdum alienum esse, & in eo nihil nobis proprium, nisi fidem religionémque. proinde nec amicitia terrena quærenda est, nec opulentia, qualem stulti homines magnificiunt, placentes sibi ob amplitudinem patriæ, aut commodorum copiam, quæ ne desideranda quidem sunt. Non enim sumus ex hoc seculo, nisi cognati huius mundi esse volumus: & vt compendio dicam, qui vult fœliciter viuere, nec videre multa nec audire studeat: & quæ videt auditve, dissimulet. Hinc enim originem habet tranquillitas animi, cæterum qui multis se negotiis ingerit, & seipsum lædit & proximum, peccátque vltrò contendendo cum eo. Ergo quodcunque negotium incidit, iterum atque iterum dispiciendum est, & tum demum relinquendum, si nec vstione nec sectione sit curabile. Loquendum etiam mundanum nihil, sed quicquid nos ad virtutẽ instruit: quod ni fiat, multam scurilitatẽ non effugimus, & contentiosis occasionẽ præbemus. Sunt enim quidam sic addicti suis opinionibus, vt quantum in ipsis est, ex die noctem faciant: & quia in absurda imaginatione occalluerunt, non credunt quosdam recto sapere, his in tantum iniqui, vt malint mendacibus eorum obtrectationibus credere: nequid dicam de his, qui propter malam conscientiam, quod de aliis dicitur, ad se trahunt, & quicquid de quouis loquaris, ad se pertinere putant, atque indo vt fit, nouas confingunt fabulas & tragœdias, contenti suas suspiciones dicere vel scribere: illos quoque merito ridendos iudico, qui in angulo cum sodali quopiam componunt librorum capita, & orationes ad nihil conducibiles, excitaturas tantùm murmura, & obambulando se tanquam in scena ostentaturas: quemadmodum ille qui Orestem agens immani & vasta voce, terribilis magnúsque visus est populo stulto, propter cothurnatos pedes ligneos & vétrem factitium, inusitatúmque habitum ac personam prodigiosam, eodẽ modo qui

zelum & linguæ libertatem profitétur, vt fiant voti compotes, contentioſe ſibi affingunt quamlibet libertatis ſpeciem, deuoratis æmulatoribus, non aliter quàm bacchæ ſub pacis prætextu lanceas thyrſis ſuis inſerunt. Hoc quoque cauendum, ne modò hilari vultu prodeamus, modò tetrico, & (ſi verum licet dicere) in totum abſtinendum ab officio quotidiano diuiſo in partes xij. mea quidem ſententia, quiſquis cum mundo ſapit extra rectã regulam, ſeipſe condemnat, ſciens ſua ſtudia, & in ſe bellum inteſtinum agnoſcens, nec tamen pacem intra pectus attrahens. Amici honorandi ſunt omnes, & reprehenſio non exercenda ſolum, ſed & admittenda eſt. Vini vſus tantiſper conceditur, dum à lectionibus interquieſcimus: qui ſecus facit, ſit vino perditus, & mente deprauatur, mero calens continue. Dum proximus loquitur, nec vituperandus nec vetandus eſt, ſed ſinendus donec ſilentio pudefactus ipſe finem faciat. Conſilium quod in commune confert omnibus, per vnum proferendum eſt. Qui peccat, moneri debet, nec tamen publice, niſi hoc poſtulet eius contumacia. Mulieres etiam alloquendæ ſunt ſeriò

propter vanitatem ingenij, donec enim ſe facit ſpectabilem, & ſexum prætexit, & indulget otio, fœmina eſt, & proinde nõdum fidelis, quapropter nec inſectemur eas, nec tamen eis blandiamur: ſic autem diligamus, vt abſit periculum: multipliciter enim admittitur vitium, ideo vigilandum, vacando ſeruatoris eloquiis, ne de quoquam quicquam mali dicamus audiamúſve. Affricatur enim menti ſcabies, ita vt multis malis humoribus repleatur ex aliorum colloquiis, quamobrem vtilia ſola ſunt audienda faciendáque, ſicut docet Euangelium, fugienda verò quæcunque mentem ſupplantant. Quærendũ de oraculis diuinis prudenter, ſi fieri poteſt: ſin minus, ſaltem vulgari modo. Amenti enim roganti de ſapientia, hoc ipſum imputatur pro ſapiẽtia: Qui autẽ ſibi videtur ſapere, magna notabitur ignominia. Vocat autem ſpiritus amẽtem, qui per imperitiam fallitur ſenſibus, vt amentem intelligamus atque ſimplicẽ. Paulus quoque ſic ſcribit: Quis nouit mentem domini daturus ei conſilium? ac rurſum: Nos autem mentem Chriſti habemus. Nam qui per incogitantiam ſecus quàm oportet dicit facítve, is cum ſibi videatur pru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens, fatuus existimabitur: redigendus est autem ad modestiam non verbis tantùm, verùm & operibus, ne simus præstigiatores impostoréſque, sed mites, non adulatores etiam. Præterea decet recte institutum hominem quietum ac minime curiosum esse, non iracundum, non tacentem contumaciter, considerantem quicquid opus est, an possit sic eloqui bene, ac tum demum proloquentem. Hymni etiam, Psalmi, odę, laudéſque canantur, at non per contentionem, vt quidã faciunt, quo id alios male habeat, dum taxantur obscure per quædam ænigmata, ne videantur quæri diſsidia, & hac arte cælari contentionis studia, quo minus accusationi obnoxia fiant. Consilium audiendũ est, non dandum tantummodo: & persuaderi oportet ei quem velis in tuam sententiam traducere. Bene sentiendum de aliorum quoque prudentia, non vsurpãdo sibi soli intelligentiam, cauendũmque ne plus æquo nobis tribuendo incidamus in periculum. Præceptor non est contemnendus, sed monendus si minus sapiat: quòd si vera docet, parere ei debemus & obsequi: contentiosus enim vir peccatum suum conduplicat: & cum

cedere debeat, vult Cadmeam (vt aiunt) victoriam vincere. in causa est vanæ gloriæ cupiditas, dum ne erratum fateatur, mauult opinioni suæ quamuis periculoſę acquiescere. Ridiculi enim sunt, qui vt aliquid euincant, agunt quotidianis clamoribus, quos Eris illa obiecto pomo concitat, vt de rebus mundanis differant. Alij quidam histriones miseri nihil se nescire aiunt, profitentes & fabrilem artem & sutoriam, & in quauis re pollicentes suam industriam: quod si quis de his nugatoribus dubitet, prosequuntur eum odio. Sunt & illi vane gloriosi, qui proximo benefaciunt vt laudentur ab hominibus. Hi quoque in magno sunt periculo, qui inuocant diem Domini: aut enim persursum habent euasuros se illud iudicium, aut proximo debent remittere, vt & ipsis Deus remittat sua peccata, isti verò ira præcipites malunt astringere suis debitis vincula. Obseruanda est etiam quorundam arrogãtia, qui cum deberent moniti sese corrigere, stolide responsant: Non est cur causam dicam te iudice: suspicare de me vt libet. Taceo de his, qui sibi placentes consultorem reiiciunt fastu mundano turgidi, & in promptu ha-

bent illud: Tu me nec seruare potes: nec desunt qui tam conscientia quàm bona mente carentes ex alienis peccatis voluptatem capiunt. improbandi & illi qui offendi se dissimulant, & quamuis modeste loqui conantur, tamen colore, oculis, capitis supercilioruúmve nutu, aut manuú gestu se produnt: impossibile est enim seipsum non accusare. omnis autem fidelis quando se putat haberi ludibrio, malam mentem illusoris ex aduerso pensitat, cuius nouit insolentiam: & vt compendio dicam: quisquis seipsum iudicat, ab omni delicto abest plurimum. Ex istis autem clamosis iurgatoribus nemo est sobrius, qui verò nunc pallet, nunc rubet, colorem subinde varians, chamæleontem refert errantem in æstuosis solitudinibus. Obseruandum est etiam quomodo quidã inter legendum afficiantur: nec interea mores eorum & sensus deprehenduntur per homines acri iudicio præditos. interdum & vita indicat qualis sit anima: nam per conuersationem etiam occulta cognoscuntur. Nec est contendendũ cum eo qui dat operam, vt quomodocunque fiat superior, & modo victor habeatur, veras rationes negligit. debent autem col-

loquia fieri cum bona conscientia. Ambulationes corpus exerceant, non proximum circumueniant iniquis negotiationibus. Nec absurdum fuerit legis comitate diluere opinionem morositatis & nimiæ sapientię. nam & naturæ requisita secessus secretos postulant, in quos quidam simulate se conferunt, vt ibi aduersus aliquem cogitent, quemadmodum autem apud Comicum pater filium luxu perditum tolerat, & si forte vnguentum olfaciat, bene olere negat, vt eius licentiam cohibeat: sic & ego consulo prudentioribus nimis dura disciplina educatis, vt præ se ferant & rerum & sermonum imperitiam. at quicunque sapit suo iudicio, non cedit monitis, & repugnando aduersatur consultoribus, contentus suis cogitationibus more hominum infidelium. Quapropter præbeamus nos irreprehensibiles, non sola quæ nobis placent, agẽdo, verum & quæ multis, vt salutem consequantur. Irascendum, si fieri potest, nũquam. nam hæc est quædam species insaniæ: quód si quãdo ira incumbit, vtendũ est hac ad sanandum proximum. nam qui rationem ei non adhibet, & seipsum & proximum odio prosequitur: se pertur-

bans, & illum afficiens molestia, scriptum est enim, quòd quisquis irascitur fratri suo temere, reus erit iudicio. hunc enim motum quiuis mentis compos considerare potest: nonnulli verò proximos admonendo seipsos condemnant. quod enim quis docet alterum, hoc ipse prior faciat, ne imprudens dum proximum arguit, contra semetipsum ferat sententiam. igitur qui sapit, quoties animaduertit in aliorũ peccata, sic apud se loquetur: num forte ego quoque talis sum? Vinum nec ad ebrietatem bibatur quotidie, nec vt aqua requiratur. nam vtrunque Dei creatura est: sed aqua necessaria, vinum autem ad curam corporis. qui verò lingua impedita micat velut igneis oculis, & pedibus vacillat impos sensuum, venenum recepit letiferum: quasi è ferro non falcem faceret aliúdve instrumentum rusticum, sed gladium aut lanceam, in alium vsum resurgés quàm Deus parauerat. nam vini potor cum debeat hieme bibere ad frigoris remedium, æstate verò ad tuendam sanitatem viscerum, abutitur hoc ad insaniam, & immodicè ingesto feruens more porcorum canúmque gerit se turpiter. nos autem oportet secus quàm luxurio-

sos rectè vti Dei donis: nec ebrietate sitim accersere, sed ne sitiamus potum capere. nam qui vinum sorbillando, velut febrientes, bibunt, propediem peribunt per intemperantiam. Fugienda & liguritio contento paucis ac necessariis. nam sicut corpus morbidum, multis variísque opus habet remediis, sic malè affecta anima tantùm non coriis vesci appetit: tum si quis causam quærat, corporis morbum comminiscitur. talibus respondebimus, non omniũ factorum quę nobis probantur rationem reddi facile, quandoquidem adulteri quoque & homicidæ ac fugitiui conantur excusare quæ faciunt: sed qui veram causam mali rogatus profert, is rẽ miram eloquitur. proinde cibo vtendum quo minus esuriamus. tali qui contentus non est, cuperet sibi centum manus, & quinquaginta capita, Geryoni tricipiti seximanóque inuidens, quòd multis manibus faucibúsque nequeat gulæ cibos suggerere. Nec diuitiæ laudandæ sunt, nec paupertas vituperanda. nam illę conflantur è damnata materia, quæ tandem perit consumiturq; à vermibus, incẽdiis, ruinis, tyrannis atque prædonibus: at hęc relictis rebus sęcularibus veritatẽ solam

Inquirit, nec ab vllis temporancis distrahitur. Hæc vobis scribo adhortans ad tranquillitatem animi, & ad virtutis perfectionẽ vos præparãs. nã qui secus facit, exorbitat à data sibi regula, & ob turbatum ordinem fit expers præmij, etiamsi valde adiuuetur à strenuis certatoribus, cibo, potu, vestitúque accepto, nihilominus corona carebit. & illi quidem sublimes inuecti intra dilectam ciuitatem patris, honore sempiterno fruentur, isti cõtrà propter præsentem alimoniam vera voluptate frustrabuntur. Vxorculæ honorandæ sunt, cautè, ne forte fallamur, conuersandúmque cum eis modice ac sobrie, timendo earum consuetudinis periculum, propter notam earum inconstantiam, quę semper meminerunt eius rei ad quam se factas putant. sed ante omnia cauendum ab occultis earum mundanis studiis, quæ ne ipsæ quidem probant, faciũt tamen in proximorum perniciem. Sic fit vt nonnullæ, quia non audent propalam fucare faciem, furtiuis artibus id faciant. in aquam enim aut oleum prospiciendo decernunt, possintne aduersus pudicitiã bellum gerere. imó & alio modo struũt insidias. implexo enim clàm capillitio, quasi

quasi non liceat in propatulo comam curiosius excolere, proximorum barbam mentúmque contrectant summis digitis: interdum etiã capite immoto oculos per totum suum corpus circumferunt. oportet igitur cum talibus versari forti animo, & patulos ramos eorum resecare: flectũtur enim deorsum quàm primum prehenduntur, & fructus earum absumitur à vulpibus in foueis degentibus. ideo sicut Propheta docet, stimulo asinus, scutica equus incitandus est: vt tardus castigetur, & effrenis cohibeatur verberibus. absit igitur vt simus equi, sicut Hieremias loquitur, insaniẽtes in fœminas, & adhinnientes ad vxorem proximi. est autem soror omnis mulier: dicitúrque vxor proximi, hoc est, Iesu Christi seruatoris nostri: quæ propter amorem Dei patrísque omnium, cui propinquitate iũgitur, honorari debet atque diligi: sicut Paulus dicit: Desponsaui vos omnes vni marito, vt exhibeam Christo castam virginem. Est & propinqua mulier caro nostra, cui adhinnire non decet. adhinnit autem etiam, qui nondum concupita potitus est, efferuescente cupidine, quamuis non sequatur perpetratio. Oportet au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem & pueros attendere, quoniam talium est regnum cœlorum. Nec ægroti negligendi sunt, vt dicamus: Ministrare non didici. quisquis enim delicias causatur, & quòd non assueuerit, sciat se quoque tractandum similiter: quod vbi acciderit, suapte sententia damnabitur, ea ferendo quæ ipse fecit aliis. proinde ne negligentes quidem negligendi sunt. Deus enim est qui iudicat, & quicunque cupit beneficium accipere, benefaciendo thesaurizet sibi proximi beneficétiam. Pudor autem non conuenit. quocirca nemo nos propter manuum laborem miseros ac inopes existiment. id solummodo cauendũ est, ne qui Deum se nosse profitetur, ob malam vitiosámque vitam fiat reprehensibilis. Dicam paucis: Tristitia mundana mortem operatur in his quos occupat: ea quæ iuxta Dei voluntatem contristat, vitæ intellectum parit. Sed ante omnia scire oportet, & morbos imminere nostris corpusculis & damna & egestatem, esséque ingratos homines in proximo. ideo præmeditari debemus futura, ne postquã venerint, obstupefaciant corda nostra miraculo. nam præmeditatus in tali casu dicturus est, Sciebam te venturum, non in-

expectatus ades, tuum insultum iam ante præsagiebam. ad eum modum siquis se præparauit, subsistet sine ruinæ periculo: at ex improuiso turbari, vociferari, interdum & lamentari, est mentis valde miseræ. Itaque soli virtuti studendum, & sectandi qui de hac disputant. quòd si qui dictis facta non adiungunt, his valere iussis, commilitones nostros quæramus. nã qui eloquentiæ studet, & quod priuatam vitam agat, nihil boni operatur, nescit se multorum tyrannide oppressum seruire vitiis, & absterrere alios volentes per rectam viam incedere. Beatus igitur qui mũdum cor habet: nam hic solus Deum videre potest. Ab inuidia verò & æmulatione fidelis homo procul abesse debet: ac potius precari quotidie, vt & verbis abundemus & polleamus operibus. membra enim sumus inuicem. quamobrem dolenti condoleamus, laudato gratulemur, vitando alienos à Christi legibus. Hæc vobis fratres dum confulo, reliquos etiam per vos admoneo, vt voluntatem Dei faciant. Dominus autem gloriæ, qui est in secula, det omnibus vobis cum electis honorem ac requiem assequi, cuius gratia sit cum vobis omnibus.

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET Martyris Sermo ad Gentes exhortatorius.

Sigismundo Gelenio interprete.

EXHORTATVRVS vos viri Græci religione, ante omnia Deum precor, vt mihi dicenda suggerat, vobis verò det, vt omissa obstinata peruicacia, erroréque accepto à maioribus, præferatis iam vtiliora: néve putetis vos illis iniuriam facere, si ab eis dissentiendo potiora sequamini. solet enim exactum rerum examen, eas quæ prius placuerant, experimento certiore deprehendere, quòd aliter quàm æstimabantur se habeant. ergo quoniam de vero dei cultu dicere proposuimus, quo nihil habetur præstantius apud securæ vitæ amatores, futuri post hanc iudicij memores: quod nó solum maiores nóstri diuinitus

afflati vates legislatoréque prædicát, sed vestra etiam existimatione sapientes tam poëtæ, quàm philosophi, professores apud vos rerum diuinarú scientiæ: visum est mihi operępretium, primùm examinare nostros ac vestros pietatis doctores, qui & quot, quibúsve temporibus fuerint: vt homines antea falso religionis nomine imbuti à suis progenitoribus, saltem nunc tandem errorem pristinum sentiant ac deserant: nos verò manifestis argumentis euincamus esse nos sectatores pietatis maiorum Deo gratissimæ. Quos igitur viri Græci religionis vestræ doctores dicitis? poëtásne? atqui non erit in rem vestram, si cum poëtarum studiosis conflictemur. sciunt enim ipsi quàm ridicula sit eorum theogonia quam vocát, vt liquet ex Homero, antiquissimo summóque poëtarum vestratium. nam is primùm ex aqua deos ait habere originem. sic enim canit:

Oceanúsque Deúm genitor, Tethysq; genitrix.

Deinde quid de præcipuo suo dicat, quem & patrem hominúmque Deúmq; appellat, memorandum est, ait enim:

Iuppiter omnipotens belli mortalibus autor.

Nec solum belli militibus, sed &

periurij Troianis, filia sua sequestra dicit
autorem, eundem amantem, lamẽtantem,
afflictantem se, & aliorum deorum insi-
diis impetitum introducit, aliubi sic de-
plorantem suum filium:

Hei mihi, quem ante omnes Sarpedona diligo,
fato
Hic Patrocli manibus fertur periturus in ar-
ma:

aliubi verò Hectorem in hunc
modum:

Eheu: charum ego virum raptari circũ mœnia
His oculis video, magno cũ animi mei dolore.

Quid porrò de aliorum deorum cõ-
tra Iouem conspiratione dicat, norunt
quotquot legerunt versus hos:

Cum eum vellent alij dij constringere
Iuno & Neptunus & Minerua.

& nisi Briareum illum, vt ipsi vo-
cant, formidassent dij beati, vinctus ab
eis fuisset Iupiter. Nec silentio præter-
eundum videtur, quod de amoribus eius
ac libidine memorat. facit enim ipsum hic
verbis cum Iunone sua loquentem:

Nunquam enim vllius vel deæ amor, vel fœ-
minæ,
Animum mihi in pectore sic circumfusus do-
muit:

Neque tum cum amaui Ixionium vxorem, ne-
que cum Danaem Acrisionæ
Filiã, neque cum celebris illius Phœnicis filiã.
Neque cum Semelen, neque cum Alcmenam
Thebis,
Neque cum Cererem formosam capillis regtnã.
Neque cum gloriosam Latonam, neque cum
ipsam.

Dicendum quid & de reliquis diis
ex eodem poemate Homeri discere li-
ceat, Martem Venerémque à Diomede
vulneratos narrat, & aliorum multorum
casus varios. id enim ex verbis Diones fi-
liam consolantis discimus, quæ sic eam
alloquitur:

Pater o nata mea, & tolera, quamuis ægra.
Multi enim nostrum, qui cœlestes domos habe-
mus, passi sumus
Ab hominibus, diras mala alij aliis inferentes.
Passus est Mars, cum eum Otus durúsque E-
phialtes,
Filij Aloei constrinxerunt duro vinculo.
Cum quidam in ferreo carcere vinctus fuit tre-
decim menses.
Passa est Iuno, cum eam durus filius Amphi-
tryonis
Secundum dexteram mammam tridente sa-
gitta

Universidad de Deusto
Biblioteca

vulnerauit, cum quidem eam inuasit dolor insanabilis.
Passus est & Dis immanis celerem sagittam,
Cùm eum hic vir, filius Iouis Aegiochi,
In Pylo inter mortuos vulneraus, doloribus affecit.
Ascendit autem in domum Iouis, & magnum olympum,
Corde dolens, doloribus penetratus: sagitta verò
Humero graui affixa erat animóque ipse cruciabatur.

Quòd si & reliquorum deorum pugnas libet cognoscere, audiamus vestrũ poëtam dicentem:

Tantus strepitus exortus est deorum inter se confligentium.
Nam contra Neptunum regem
Stetit Phœbus Apollo, habens alata tela.
Contra Martem glauca oculos Minerua.
Iunoni restitit aurcam colum habens clamosa
Diana floribus gaudens, soror Apollinis.
Latonæ restitit Mercurius.

Hæc & huiusmodi alia de diis Homerus vos docuit, nec is solùm, sed & Hesiodus. itaque si præcipuis poëtis creditis, qui à prima stirpe deducunt eorum stemmata, alterutrum consequitur, vt eos aut tales esse, aut omnino nullos credatis.

Quòd si poëtarũ parum grauis apud vos est autoritas, vt quibus concessum sit cõminisci fabulas, & multa de diis nugari à veritate alienissima, quos tandem alios habetis pro pietatis doctoribus, & à quo edoctos? nõ est enim possibile vt tam magnarum diuinarúmque rerum notitiam teneat aliquis citra doctoris operam. num sapientes vestros proferetis & philosophos? ad hos enim tãquam ad arcem munitissimam soletis confugere, quando poëtarum de diis opiniones refutantur. Ergo quoniam à priscis illis decet incipere, hinc orsus exponam singulorum dogmata, multo magis ridenda quàm sit poëtarum theologia. Thales Milesius, qui primus rerum naturam scrutari cœpit, pronunciauit, aquam esse omnium principium. nam ex ea constare, & in eam rursum dissolui omnia. Hunc secutus Anaximander eius ciuis, ab infinito ait orta omnia, ex hoc enim nata, in hoc ipsum redire post interitum. Tertius Anaximenes, hic quoque Milesius, aerem dicit rerum omnium originem, ab hoc profecta cuncta in hunc redire. Heraclitus Ponticus omnium principium igni tribuit, docens ex hoc orta in hunc finire omnia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anaxagoras Clazomenius ad homœomerias quasdam refert vniuersorũ principia. Archelaus Apollodori filius Atheniensis, aerem infinitum & eius crasitiem raritatémque ait rerum principium. omnes hi successores Thaletis naturalem tractarunt philosophiam. deinde alterius sectæ autor Pythagoras Mnesarchi filius Samius, arbitratur principium numeros & mensuras & horum concinnitates, elementáque ex vtrisque composita, præterea vnitatem & infinitam dyada. Epicurus Neoclis F. Atheniesis dicit rerum principium esse corpuscula quæ ratione percipiuntur, expertia vacui ingenita, incorruptibilia, quæ nec frangi, nec formari queant è suis partibus, ac ne alterari quidem, & ideo ratione percipi. Empedocles Metonis filius Agrigentinus, mauult id quatuor elementis tribuere, igni, aeri, aquæ, terræque. his addit duas potestates summas, litem & amicitiam, hanc quæ vniat res, illam quæ separet. Videtis igitur quanta confusio sit apud istos vestros sapientes, quos religionis doctores habetis: alius vult ignem esse rerum omnium principium, alius aerem, alius aquam, alius aliud quippiam ex his

quæ suprà diximus: cum tamen omnes hi conentur probabilibus rationibus opiniones suas vt bonas adstruere, & has cæteris potiores demonstrare. Hæc sunt eorum placita. Quomodo igitur putatis viri Græci, salutis cupidos hic posse tuto religione vera credere, inter quos ipsos parum conuenit dissidentes in suis opinionibus? Dicent fortasse qui pertinaciter retinent errorem veterem, se non à supradictis, sed à philosophorum celeberrimis absolutissimísq; disciplinã religionis accepisse, Platone videlicet atq; Aristotele: hos enim aiunt, scire veram perfectámque pietatem. ex istis ego libenter scitarer, primùm à quibus eos ipsos didicisse credant. non est enim possibile absque vllo doctore tam arduas res vel discere vel alios docere. deinde horum quoque opiniones examinari æquum est. eo. cognoscemus enim an non horum vterque ab altero dissentiat. quòd si & hos discordes comperiemus, facile opinor eorum manifestam ignorantiã damnabimus. siquidem Plato tanquam à superis decidisset, perlustrasséque diligenter omnia cœlestia, summum Deum dicit esse in ignea substantia. Aristoteles autẽ

in libro, quo Alexandro Macedoni tradit compendium suæ philosophiæ, aperte oppugnat Platonis opinionem, negãs Deum esse in ignea substantia, fingénsque quintam quandam ætheream & immutabilem essentiam, in qua ille degat, scribit enim sic: Nõ vt quidam in Deum peccantes aiunt, eum esse in ignea substãtia. deinde non contentus hoc in Platonem iacto conuitio, Homerum ex eius republica pulsum vt mendacem & à veritate ad vanas imagines transfugam, citat testem de corpore illo æthereo, sic scribens: Certè Homerus etiam ita canit: Iupiter cœlum amplum sortitus est in æthere ac nubibus. Ad eum modum vult graui testimonio suam opinionem approbare, non intelligens, si hoc poëta teste vtendum sit, fore vt multæ ipsius opiniones falsitatis coarguantur. nam Thales Milesius, qui primus apud Græcos philosophari aggressus est, ex huius carmine occasionem nactus, negabat opiniones Aristotelicas de principiis. nam cùm hic omnium principium dicat deum & materiam, Thales illo citra controuersiam antiquissimus, de aqua id asseuerat, ex hac omnia nata prædicat, & in eãdem

dissolui omnia. id colligit, primùm quia genitura, ex qua cuncta oriuntur animalia, est humida. deinde, quia stirpes omnes humore nutritæ fructum ferunt: quòd si humiditate destituantur, arescunt continuò. Verùm hac sua coniectura non contentus, Homerum testem adducit idoneum, sic canentem:

Oceanus qui origo est omnium.

An non igitur merito Thales ad hunc modum appellabit Aristotelem, Cur Platonis opiniones oppugnans vt veraci assentiris Homero? nobis verò dissentiens negas poëtam veridicum? vnde liquet mirandos illos sapientes vestros ne in aliis quidem rebus consentire. nam cùm Plato tria dicat huius vniuersitatis principia, Deum, materiam, speciem, siue ideam: deum factorem omnium: materiam subiectum primæ generationis, quod creãdi occasionem præbuerit: & speciem illam rerum singularum exemplarem: Aristoteles speciei nullam mentionem facit inter principia, duo tantum asserens, deum & materiam. Rursum quum Plato in prima summáque cœli sphæra planetis superiore, primum deum cum ideis collocet: Aristoteles post primum illum deum nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideas, sed quędam intelligentiarum numina subiungit: adeò de rebus cœlestibus discrepant: itaque scire debemus, ne nostras quidem eos potuisse cognoscere, sed de his quoque discordantes, fidem sibi abrogare cœlestia scrutantibus. certe de humana anima eis nō cōuenire, ex vtriusque dictis apparet. nam Plato tripartitā eā ait, partim rationalē, partim irascibilē, partim concupiscibilē: Aristoteles non tam late patentem facit, vt quę non complectatur partes corruptibiles, sed solam rationalem. Plato clamat, omnem animā esse immortalem: Aristoteles entelechiā eam nominans, non immortalem censet, sed mortalem. ille in perpetuo motu dicit eam esse: hic immobilem ipsam ait motus omnis authorem. Veruntamen in his alter contradicit alteri. quòd si quis diligenter seorsim cōsideret singulos, nec ipsi constanter manent in suis opinionibus. Plato modò tria principia dicit omnium, deum, materiam, speciem: modò quatuor, addendo his vniuersalem animam. Rursum cùm prius materiam dixisset ingenitam, postea genitam ipsam asserit. & cùm prius speciei tribuisset proprium principium, propriámque essentiam, dein eam

inter cogitata censet. præterea cum prius docuisset, quicquid gignitur interiturum esse, mox ait, nonnulla genita fieri posse incorruptibilia & indissolubilia. Quæ igitur est causa, vt nō solum à se inuicem, sed à seipsis vestri sapientes dissideant? nimirum quòd nolint à scientibus discere, sed seipsos existiment humanis suis cogitationibus res cœlestes posse exactè cognoscere, cùm tamen ne terrenas quidem per nosse valeant. certe humanam animam quidam vestrates philosophi aiūt in nobis, quidam circa nos esse. nam ne in hoc quidem consentiunt, sed tanquam ignorantiam partiti variè malunt etiam de anima inter se contendere. quidam aiunt eam esse ignem, quidam aerem, quidam mētem, quidam motum, quidam exhalationem, nonnulli vim defluentem à sideribus, alij motiuum numerum, aquam alij prolificam: in summa, turbata quædā & dissona inualuit apud eos opinio, vno tantùm nomine laudabilis apud sinceros iudices, quòd isti videntur velle se inuicem erroris atque falsitatis coarguere. Ergo quandoquidem nihil videri de religione à vestris doctoribus licet discere & ex mutuis dissidiis satis apparet eorum

ignorantia, reliquum opinor est vt ad nostros maiores reuertamur, etiam ætate multo antiquiores vestris magistris: qui neque suas imaginationes nobis ingerũt, neque inter se rixantur, aut conantur alter alterius placita subuertere: sed absque seditione contentionéque nos docent quicquid diuinitus acceperunt scientia. nam nec naturę ope, nec humana cogitatione, tam magnas ac diuinas res homo potest percipere, sed dono descendente in sanctos viros cœlitus: qui non opus habent arte disserendi, aut contentiose disputandi, modo se puros præbeant operationi diuini spiritus: vt ipsum numen superne descendens pulset eos tanquam lyram aut citharam, & cœlestem eis sapientiam reuelet. Quamobrem tanquam vno ore vnáque lingua, de deo, de mundi creatione, de homine cõdito, de immortalitate humanæ animæ, de futuro post hanc vitam iudicio, déque omnibus cognitu necessariis, pariter eodem consensu nos docuerunt, idque in diuersis temporibus locisque constituti, cum hanc doctrinam traderent. incipiam igitur à primo apud nos propheta legislatoréque Mose, bona fide indicato prius quo vixit seculo,

seculo. vt enim libentius credatis, non tantùm ex sacris historiis nostris vobiscum agam, quibus nondum fidem habetis propter inueteratum errorem hæreditarium, sed & ex vestris, à religione nostra alieniſsimis. sic fiet vt sciatis, omnibus vestris sapientibus, poëtis, historicis, philosophis, legislatoribus, antiquiorem fuisse nostrum Mosem, primum pietatis doctorem, vt liquet ex Græcorum historiis. Nam temporibus Ogygis & Inachi, quos quidam è vestris putant terrigenas, Moses fuisse proditur, author princépsque Iudaici generis. id enim Polemo narrat in primo libro De rebus Græcorum, & Apion Posidonij F. in suo contra Iudæos Commentario, itémque in quarto Historiarum scribens, Inacho apud Argiuos regnante, & Amasíde apud Aegyptios, Iudæos ab eis defeciſse, & Mosis ductu secessisse. Ptolemæus quoque Mendesius in rebus Aegyptiorum eadem hæc memorat, & cũ his Hellanicus Philochorúsque in Acthide, qui scripserunt res Athenienſium. præterea Castor, Thallus, Alexãder Polyhistor, & Philo, Iosephúsque Iudæorum doctiſsimi, omnes mentionem facientes Mosis, vt prisci antiquiſ-

simúque Iudæ gentis principis. certe Iosephus antiquitatem suæ historiæ profitetur ipso titulo sic: Flauij Iosephi de Antiquitatibus Iudæorum, Archæologiam opus hoc nominans. Diodorus quoque apud vos celeberrimus historicus, bibliothecarum abbreuiator, qui se ait per xxx. continuos annos lustrata Europa Asiáque propriis pleráque contemplatum oculis, historiarum libros xl. conscripsit. is in primo refert, se accepisse ab Aegyptiis sacerdotibus, quod apud priscos Moses primus legislator fuerit, de quo his ipsis verbis loquitur: Nam post prisca illa instituta Aegyptiorum, quæ in deorum heroúmque vitis narrant fabulæ, primus fertur Moses scriptas leges tradidisse populo, cásque obseruasse, vir magnanimus, & humanæ vitæ vtilissimus. Aliquanto pòst in antiquorum legislatorum mentione Mosem primum recenset his verbis. Apud Iudæos Mosem vulgo deum appellatum, siue propter mirificum diuinúmque huius inuentum profuturũ populo, siue quod cæteros legislatores facultate persuadendi multum antecelleret. alterum verò Aegyptium legislatorem fuisse aiunt Sauchnim, virum prudentissimum. tertium Sesonchosim regem, non solùm rebus bello gestis illustrem apud Aegyptios sed & pugnacis huius gentis formatorem legibus impositis. quartum legislatorem aiunt fuisse Bochorim regem, sapientem atque callidum. Post hunc Amasis rex reges retrahasse dicitur, quem ferunt nomorum præfectos instituisse, & totius Aegypti res disposuisse ordinasséque, sextus denique Darius Xersis pater, huic genti leges dedisse fertur. Hæc sunt viri Græci, quæ alieni à nostra pietate de Mosis vetustate prodiderunt memoriæ, fatendo se accepisse ab Aegyptiorum sacerdotibus, apud quos Moses non solùm natus est, sed & educatus, vt adoptatus à regis filia, & ideo cura omni dignus habitus, sicut produnt præstantissimi historicorũ Philo & Iosephus, quibus libuit vitam eius & genus gestáque mandare literis. nam hi res Iudæorũ scribentes, á Chaldæis deducunt Mosis originem, cuius maiores propter famem è Phœnicia migrarint in Aegyptum. ibi natum aiunt hunc virum, quem deus ob eximiam virtutem honoratum, imperatorem, principem, legislatorémque sui populi esse voluerit, quan-

do visum fuit ei Hebræos in attributam eis regionem reducere. Huic sanctorum primo Deus cœlitus diuinam fatidicamque concessit gratiam, & hunc primum religionis nostræ doctorem instituit, quem mox cæteri prophetæ secuti sunt benignitate eiusdem numinis, eandem doctrinam de iisdem rebus nobis tradituri. Hi sunt quos religionis nostræ magistros profitemur, non humanorum commentorum doctores, sed diuinitus acceptæ gratiæ. vos verò, quandoquidem errori maiorum assueti hos fastiditis, quosnam alios religionis vestræ autores fide dignos proferetis in medium? impossibile est enim (vt sæpe dixi) magnas diuinasq; res absq; præceptoris opera vel discere, vel aliis discendas recte tradere. Ergo quoniam iam satis per ea quæ diximus philosophi vestri conuicti sunt impostura atque ignorantiæ, omissis his, sicut prius poëtis, confugietis tandem ad illa falsa oracula: id enim molire quosdam audio. Reliquum igitur opinor, vt quæ aliquando vos iactare memini, ea commodum vobis ingeram. Scitante quodam, vt ipsi fatemini vestrum oraculum, qui vnquam religiosi viri fuerint, sic responsum dicitis.

Soli Chaldæi sapientiã adepti sunt, & Hebræi, Deum regem per se genitum sancte colentes.

Ergo quoniam putatis vos ex oraculis veritatem posse discere, cũ vestras historias de Mose scriptas ab hominibus à nostra religione alienis legitis, & inde discitis cum cæteros, tum prophetas Hebræos fuisse à Chaldæis oriundos, nolite mirari, si virum è pio natum genere, vita respondẽtem suis maioribus, deus hac honoris prærogatiua dignatus est, vt omnium primus vates exortus sit. arbitror autem etiam tempora consideranda, quibus vestri floruere philosophi, vt sciatis, non ita dudum esse ex quo extiterunt. sic enim facilius intelligetur Mosis antiquitas. verùm ne in ratione temporum videar prolixior, his paucis contentus ero. Socrates Platonis, Plato Aristotelis præceptor fuit. hi floruerunt Philippi & Alexandri Macedonum seculo, quo & oratores Athenienses, vt satis liquet vel è Demosthenis aduersus Philippum orationibus. itaque modis omnibus perspicuum est, omnibus historiis Mosaicam esse longe antiquiorem, cum & illud scire debeatis, nihil Græcos certò prodidisse quod sit superius olympiadibus, nec

eos habere vllos annales veteres de rebus suis aut barbaricis. sola Mosis prophetæ præcessit historia, quam, diuino spiritu afflatus ille scripsit literis Hebraicis. Græcorum enim scripta nulla tum erant, quod & literatores demonstrant, qui aiunt, Cadmum primum literas importasse à Phœnicibus in Græciam. testatur & Plato, præcipuus vester philosophus, inuentum hoc non esse vetustum admodum. scribit enim in Timæo, Solonem sapientum sapientissimum ex Aegypto reuersum Critiæ dixisse, ex quodam Aegyptio ætatis integræ sacerdote se audisse verba hæc: ô Solon Solon, vos Græci perpetuò pueri estis, nec quisquam Græcus senex est. Ac mox: Semper estis iuuenes anima, in qua nulla est à priscis accepta opinio, nulla cana scientia. ignota sunt hæc vobis, quia superstites cladibus & literis, muti vita defuncti sunt. Sciendum igitur, quancunque Græcorum historiam literis pòst inuentis scriptam, siue quis poëtas veteres, siue legislatores, siue historicos, siue philosophos, siue oratores proferat: quandoquidé cõstat hos Græcis scripsisse literis. Quòd si quis contendat, Mosis etiam aliorúmque prophetarum monu-

menta Græcis scriptá characteribus, discat è profanis historiis, Ptolemæum Aegypti regem, dum Alexandrinam bibliothecam apparat, & vndecunque libros contrahit, ea iam referta, vbi dicit priscas historias Hebraicis literis exaratas seruari summa diligentia, voluisse has cognoscere: accitósque ab eo septuaginta viros Græcæ Hebraicæque linguæ peritos, vertisse hos libros iussu ipsius petitos à Hierosolymis: vt absque vllo impedimento interpretationé suam celerius absoluerent, mandasse regem non in ipsa vrbe, sed ad septimum inde stadium, vbi Pharos turris attollitur, totidem exstrui cellulas, vt separatim quisque verteret: cum prius ministris iniunxisset vt illis præberent omnia: extrùm inter se conferre versionem non sinerent, quo exactius nosceretur consensus eorum & diligentia. vbi verò animaduertit septuaginta viros eisdem verbis etiam vsos non modo sententiis, & ne vna quidem diuersos vocula, sed easdem res totidem prolatas dictionibus attonitum, persuasúmque id accidisse non sine numine, omnibus eos vt deo caros dignatum honoribus, atque ita ma-

gnifice donatos remisisse in patriam, liberos verò præ miraculo in bibliotheca sua consecrasse. Nihil hic fingimus viri Græci, nec narramus fabulam, sed quod ipsi vidimus Alexandriæ, vbi cellularum Phariarum vestigia spectauimus, ex indigenis rem à maioribus per manus acceptam audiuimus: quæ & vos potestis ab aliis discere, præsertim probatis historicis, Philone ac Iosepho aliisque pluribus. Quòd si quis obstinatus neget hos Iudæorum libros ad se pertinere, seruatos hodiéque in eorum synagogis, dicátque nos frustra inde pietatem discere, audiat ipsam scripturam, quòd hæc doctrina non illorum sed nostra sit. seruari autem etiam nunc apud Iudæos nostram religionem, deo nobis prospiciente: qui ne maledicis occasionem præbeamus proferendo codices eos ex ecclesia, malumus illos è Iudæorũ synagoga proferri, vt ex lectione manifeste appareat nostram esse doctrinam quicquid scripserunt viri sanctissimi. Oportet igitur vos viri Græci, futuri prouidos, & expectantes illud non à piis modò, sed ab exteris prædicatum iudicium, vestrorum maiorum errorem improbatum

omittere, ne falsas traditiones pro veris accipiatis: præstat perspicere frustrationis periculum & in ipsos maiores, quos præceptores vocatis, inquirere. nã & illi multa per diuinam prouidentiam coacti sunt in rem nostram eloqui, præsertim quotquot in Aegyptum peregrinati, à Mose huiúsque posteris ad pietatem instructiores sunt redditi. puto enim non ignorare quicunque legistis Diodori atque cęterorum historias, vt Orpheus, Homerus, Solon qui leges scripsit Atheniensibus, Pythagoras, Plato & alij quidam in Aegypto versati, adiuísque scriptis Mosaicis postea contrarias prioribus potioréque sententias de diis introduxerint. Orpheus certe ille, qui primus apud vos cecinisse plures deos videri poterat, & hanc opinionem docuisse, quid deinde Musæo filio cæteríque germanis auditoribus de vno solo Deo prædicet, audire operæpretium ex istimo. sic enim inquit:

Eloquar quibus fas est portas claudite prophanũ
Vniuersi: tu verò audi, lucifera progniate lumẽ
Musæ, effabor enim vera, neque te quæ prius
In pectore apparuerunt, clara vita priuabunt.
Tu verò diuinum sermonem intuens huic assidè

Dirigens cordis mentale vas: & rite insiste
Viam solúmque intuere mundi regem.
Vnus est per se genitus, ab eo vno cuncta pro-
gnata sunt,
Et in eis ipse superat, nec eum quisquam
Mortalium videt, at ipse omnes videt.
Hic ex bono malum mortalibus dat,
Et bellum horridum, & dolores lachrymosos.
Neque quisquam est alius præter magnum
regem.
Eum autem ego non video. nam circumfusus
est firma nube.
Omnibus enim mortalibus mortales pupillæ sunt
in oculis,
Ita vt videre nequeant Iouem omnium rectorem.
Is enim ferreo cœlo affixus est
In aureo solio, pedibúsque terram premit,
Manúmque dexteram ad finem Oceani
Vndique extendit. contremiscunt enim longe
montes,
Et flumina, gurgésque cani & amœni maris.

Atque idem alibi sic dicit:

Vnus Iupiter, vnus Dis, vnus sol, vnus Bacchus,
Vnus deus in omnibus, quid tibi singula hæc
eloquor?

Atque idem in Iuramentis:

Cœlum ego te obtestor, dei magni sapiétis opus

Orationem te patris obtestor, quam primam
effatus est,
Cum mundum vniuersum suis firmauit cõsiliis.

Quid sibi vult dum dicit:

Orationem te patris obtestor, quam primam ef-
fatus est?

Hoc loco Dei sermonem nominat per quem cœlum, terra vniuersáque creatura est condita, sicut nos docent sanctorum prophetarum oracula: quorum partem aliquam & ipse nactus in Aegypto, cognouit quòd Dei verbo facta sint omnia. quo circa postquàm dixit:

Orationem te patris obtestor quam primam ef-
fatus est; subdit:

Cum mundum vniuersum suis firmauit consiliis.

Hic verbum orationem nominat, metri gratia. id verum esse indè colligitur, quia vbi per leges carminis licet, non abhorret à sermonis vocabulo.

Sic enim dicit:

Tu verò diuinum sermonem intuens, hunc fre-
quenta

Quin & illa Sibyllæ antiquissimæ carmina, cuius Plato, Aristophanes, aliíque complures mentionem faciunt, liber vobis occinere, quid de vno solo Deo dicat in hunc modum:

Vnus deus solus est, præmagnus, ingenitus,
Omnipotens, inuisibilis, videns ipse omnia,
Ipse verò non cernitur ab vlla carne mortali.

Et alibi sic:

Nos verò ab immortalis semitis aberrauimus,
Operaq; manufacta veneramur amenti animo,
Simulachra statuarũ, defunctiorũmque hominũ.

Etrursus alibi:

Felices erunt in terris homines illi
Qui amabunt magnum deum, eum vel laudãtes
Antequam comedant & bibant freti pietate.
Qui, quidem templa omnia repudiabũt vbi viderint,
Et aras, vanas lapidum stupidorum statuas,
Sanguine animaliũ cõtaminatas, & sacrificiũ
Quadrupedum: spectabúntque magnam vnius dei gloriam.

Hactenus Sibylla. cæterùm poëta Homerus abusus poëtica licentia, & priorem illam Orphei de multis diis opinionem imitatus, fabulosè cõplures deos memorat, ne videatur dissentire ab illius poëmate, quod sibi æmulandũ proposuerat, adeò vt & initialem versum similem fecerit. Nam cum Orpheus sic exordiatur:

Iram cane dea Cereris frugiferentis.

Ipse scripsit:

Iram cane dea Pelida Achillis.

Malens opinor, enormitatem admittere in primo versu, quam primus mentionem deorum facere. postea tamen suam sententiam de vno solo Deo aperit, vel vbi in persona Phœnicis Achillem sic alloquitur.

Non sic mihi promittat deus ipse
Se mihi detracturum senectutem, facturúmque
me iuuenem pubentem.

Vbi dum per nominis excellentiam dicit, Deus ipse, significat eũ qui verè deus est, vel vbi Vlixes ad Græcorum plebem dicit:

Multos imperitare malum est, rex vnicus esto.

Quòd autem multorum dominatio nõ bona, sed mala sit, reipsa indicare voluit, dum narrat deorũ bella, pugnas, seditiones, insidias mutuas, propter eorum multitudinem. nam monarchiã pacatam esse cõuenit Hæc est Homeri poetæ opinio. Quòd si è scena quoque testimonia, de vno deo addi placet, audite Sophoclem sic loquentem:

Vnus verè, vnus deus est,
Qui cœlum condidit, amplámque terram,
Amœnísque fructus maris, & ventorũ impetus.
Sed nos multi mortales corde errantes,
Excximus malorum solatium,

Deorum simulachra ex lapidibus & ligni,
Aut aurcorum aut eborneorum figuras.
His que sacrificia & pulchros conuentus
Peragentes, putamus nos esse pios.

Hæc Sophocles. Pythagoras quoque Mnesarchi filius, qui placita suæ philosophiæ per arcana symbola expoſuit, vt docent qui eius vitam ſcripſerunt, dignam Aegyptiaca peregrinatione opinionem de vno deo protulit. cum enim vnitatem dicit principium rerum omniũ, & hanc ipſam cauſam vniuerſorum bonorum, vnum ſolum deum eſſe docet allegoricè. id ita eſſe inde colligitur, quia vnitatem & vnum ait multum differre à ſe inuicem. vnitatem enim cenſet in rebus intelligibilibus, vnum verò in numeris. Quòd ſi magis declarari vobis vultis Pythagoræ de vno Deo ſententiam, audite hanc: Deus vnus eſt, non, vt quidam ſuſpicantur, extra opus à ſe ornatum ac diſpoſitum, ſed in ſeipſo totus in orbe toto, inſpectans quę gignuntur omnia, cùm ſit temperamentum, cunctorum temporum, opifex potẽtiarum operúmque ſuorum, omnium principium, vnum lumináre in cœlo, pater omnium, vniuerſorum, mens & animatio, circulorum motus omnium. Ita Pythagoras at Plato videtur quidem de vno ſolo Deo doctrinam Moſis cæterorúmque prophetarum agnoſcere, quam in Aegypto didicerat: tamen propter Socratis caſum veritus ne contra ſe quoque aliquis Anytus aut Melitus accuſator exoriretur, qui populo Athenienſi occlamaret: Plato iura curioſitate ſua violat, quos ciuitas colit deos eſſe non exiſtimat: metu cicutæ variè ſermonem de diis figurat, negantibus eos & aſſerentibus præbens materiam. ſicut facile ex ipſius dictis licet cognoſcere. poſtquam enim demonſtrauit eſſe mortale quicquid gignitur: poſtea dicit, deos genitos. ergo ſi omnium rerum principium Deum & materiam eſſe vult, neceſſariò ſequitur deos prognatos eſſe è materia. quòd ſi è materia, ex qua malum ortum ait, quales dij prognati ex ea cenſendi ſint, conſiderandum relinquit recte ſapientibus. nam ideo materiam dixit ingenitam, ne videretur Deum mali factorem aſſerere. de diis quidem à Deo conditis ſic loquutus: Dij deorum quorum ego ſum conditor: de eo qui vere Deus eſt, recte ſentire videtur. cum enim in Aegypto audiſſet, olim Deum

Mosi dixisse, Ego sum Ens ille, quando ad Hebræos eum mittebat, intellexit deũ non indicasse illi nomen suum proprium. nullum enim potest deo conuenire propriè. nam nomina imponuntur rebus, vt per ea dignoscatur ipsarum varietas: deus autem neque superiorem quenquam habuit à quo nomen acciperet, neque seipse nominare voluit cum vnus & solus esset, sicut de seipso per prophetas testatur: Ego deus primus, & ego deinceps, nec est præter me deus alius.

Ideo sicut antea dicebam, cum Mosem ad Hebræos mitteret, non nomine vsus est, sed participio quodam, quo se vnum solúmque deum esse significat.

Ego sum, inquit, Ens ille, videlicet ad differentiam eorum qui non sunt: vt sciant qui seducti fuerant, se non veris diis fuisse deditos, sed qui nusquam rerum sunt. quocirca Deus sciens priscos homines impostura parentibus suis facta memores, quando hostis humani generis dæmon fraudulentè dixit eis: Si meis monitis Dei mandata posthabueritis, eritis diis similes: deos nominans qui non sunt, vt homines putarent esse & alios deos, ac se quoque posse deos fieri. ideò Mosi dixit

cit: Ego sum ille Ens: vt per hoc participium Ens, eum qui est ab iis qui non sunt discerneret. homines autem illi qui à dæmone decepti mandata dei contemnere ausi fuerunt, exiuerunt è paradiso, memores nominis deorum, quod tamen esse inane nondum à Deo didicerant, nec vllos esse alios præterea. non erat enim æquum primos facilis mandati præuaricatores doceri amplius, sed iustas pœnas luere. itaque merito pulsi è paradiso, ob solam, vt putabant, inobedientiam, & ignari se peccasse quòd deos crederent qui non sunt, deorum nomen tradiderunt posteris. Hæc est igitur prima de diis falsa imaginatio, habens à decepto patre originem. Deus igitur sciens non esse veram de multis diis opinionem, extirpaturus eam velut molestum morbũ ex anima, ante omnia Mosi se ostendens dixit ei: Ego sum ille Ens: oportebat enim, opinor, futurum Hebraicæ gentis imperatorem ac principem, nihil prius quam verum deum discere. ideò primo huic conspectus, quatenus Deus potest videri ab homine, dixit ei: Ego sum Ens ille. deinde legato ad Hebræos designato iubet vt illis quoque nunciet: Qui est

misit me ad vos. His plato in Aegypto cognitis, delectatus eadem de vno Deo sententia, Mosem quidem vnum solum Deum esse docentem nominare apud Athenienses parum tutum ducebat, timens Areopagitas: sed quicquid boni ab illo didicerat, dissimulans, quasi suam opinionem proposuit in Timæo, erudito sane ac diligenter elaborato opere, in quo diuinas quoque res tractare aggressus, eadem quæ Moses, scribit de Deo. ait enim: Equidem ante omnia differendum censeo, quid sit Ens sempiternum ingenitum & quid, quod gignitur quidem, est tamen nunquam. hæc viri Græci nónne intelligentibus videntur eadem, solo articulo distantia? Moses dicit ὁ ὤν, Plato verò τὸ ὄν. vtrumque hoc deo sempiterno conuenire apparet. is enim est solus ille qui semper est, vtpote ingenitus.

Quid igitur si illud alterum cum sempiterno collatum, de quo ait: & quid, quod gignitur quidem, est tamen nunquam, diligenter considerandum est. Inuenimus enim eum aperte dicere, quòd ingenitus ille sempiternus sit, geniti verò siue conditi (vt ipse de his dicit) Dij deorum quorum ego sum conditor) & gignantur & pereant. sic enim ipse loquitur: Equidem ante omnia differendum censeo, quid sit Ens sempiternum, ingenitum: & quid quod gignitur quidem, est tamen nunquam. Illud intellectu per rationis indaginem percipi potest, cùm semper sit idem: hoc opinione per irrationalem sensum attingi, cùm gignatur & intereat, sit tamen nunquam. Hæc dicta recte intelligere valentibus interitum genitorum deorum prædicant. necesse autem opinor hoc quoque animaduertere, quòd nō factorem eum Plato, sed conditorem nominat, cùm multum interest hæc interfit iuxta ipsius opinionem. nā factor, nulla re adiutus, suapte virtute potéque suum opus perficit: at conditor facultatem condendi sumit à materia. Sed fortasse quidam pertinaces in religione multorum deorū, obiicient nobis ipsius cōditoris verba sic alloquentis à se cōditos: Quia generati estis, immortales quidē & indissolubiles omnino non estis: nec tamen vnquam dissoluemini, nec mortis fatum subibitis, cum voluntas mea sit vobis pro vinculo nexúque validissimo. Hic Plato timens cultores multorum numinum, inducit conditorem istum loquen-

tem sibiipsi contraria. iam enim dixerat: Omne quod gignitur esse corruptibile, nunc facit eum loqui contraria, non animaduertens se non posse hoc pacto mendacij crimen effugere: aut enim prius illud dicendo: Omne genitum est corruptibile, mentitur: aut nunc pronunciãdo contrarium. nam si iuxta priorem sentẽtiam necessariò quicquid gignitur corrumpitur, quomodo consistit vt id possibile fiat, quod necesse est esse impossibile? itaque frustra videtur Plato isti conditori tribuere impossibilia, vt semel mortalibus factis productísque è materia, nũc immortalitatem polliceatur. nam materiæ potentia, cum iuxta Platonicos conditori æquæua sit, eius voluntati repugnatura videtur. nihil enim potestatis habet qui non fecit, in id quod ipse non fecit. ergo neque cogi poterit illa, nempe constituta extra omnem necessitatem. & hoc est cur Plato sic scripsit: Necessitati ne Deum quidem vim facere, prouerbio iactatur. cur igitur Homerum pellit è sua Republica, qui Phœnicem in legatione ad Achillem fingit sic loquentem.

Execrabiles sunt etiam ipsi dij?

Quamuis Homerus non de rege, & vt Plato existimat, conditore deorum hoc dixerit, sed de quibusdam quos Græci cẽsent in deorum numero, sicut ex ipsius Platonis verbis licet colligere, dicentis Dij deorum. nam illi vni primóque deo dat Homerus potestatem in omnes & imperium, sub figmento catenæ aureæ. reliquos verò deos tantum abesse putat ab eius deitate, vt hos coniungat hominibus. certe Vlixem inducit Achilli dicentem de Hectore.

Furit horrendum fretus Ioue, nec tantilli facit vel homines vel deos.

Hinc certò coniicio, poëtam æquè ac Platonem ab Aegyptiis persuasum, de vno Deo manifeste prædicare, quod quisquis huic fidit, eos qui non sunt negligat. nam & aliubi poëta idem alio verbo tantundem pollente vritur, pronomine vice Platonis participij, Entem deum indicantis, vbi inquit: Quid sit ens sempiternum, ingenitum. Nec enim temere dicta mihi videntur illa Phœnicis:

Non si mihi promittat deus ipse
Deiecturum se mihi senectutem, factúrumque me iuuenem pubentem.

Nam Ipse pronomen, eum qui vere est

Deum significat, sicut in illo de Chaldæis & Iudæis reddito vobis oraculo. percontanti enim cuidam, Qui vnquam pij homines fuerint, sic respõsum datum fertur.

Soli Chaldæi sapientiam adepti sunt, & Hebræi,
Genitum per seculum venerantes deum ipsum.

Cur igitur Plato incusat Homerum quòd deos exorabiles dixerit: quamuis id vtiliter dictum ex ipsis verbis appareat. proprium enim est vota sacráque numini placando facientium, desistere, & peccati pœnitere. nam qui Deum flecti non putant, haudquaquam habent cessandi à peccatis propositum, vt qui pœnitentiam credãt inutilem. Cur igitur damnata Homeri sententia dicentis deum flexibilem, ipse philosophus deorum cõditorem inducit mutari tam facile, vt nunc deos mortales, nũc eosdem immortales dicat? nec hoc contentus, etiam de materia, ex qua deos ait necessariò conditos, sermonem variat, modò genitam dicens, modò ingenitam, non animaduertens se in crimen obiectum Homero impingere, dicenti, deorum conditorem mutari tam facile, quamuis ille de eodẽ prædicet contrarium. ait enim cum de seipso loqui fic:

Nec reuocanda, nec irrita, vanáve dico futura,
Quæcunque annuero, & promisero vertice nutu.

Verùm ista Plato videtur inuisus tradere, à diis aliena, videlicet cultores multorum deorum veritus. quæcunque autẽ à Mose prophetisque accepta putat communicanda cum aliis, ea mauult mysticè apud pietatis studiosos proferre, suam opinionem subindicans. Delectatus enim illis verbis Dei Mosem alloquentis: Ego sum Ens ille, breuitatéque orationis elatæ per participium, multum diúque contemplatus eam, cognouit quòd Deus voles indicare Mosi sempiternitatem suam, Ego sum Ens ille, inquit: syllaba Ens non tantum vnum tempus significante, sed tria, præteritum, præsens, futurúmque. sic enim & Plato vocem hanc Ens vsurpat de infinito tempore, cum dicit: sit tamen nũquam. nam vox hæc Nunquam non de præterito, vt quidã putant, sed de futuro dicitur tempore. sic enim ea profani etiã scriptores vtuntur. quamobrem velut interpretaturus non intelligentibus quod mystice de sempiternitate Dei dixerat per participium, ad verbum sic scribit philosophus: Deus iuxta vetus verbum, princi-

pium, finem mediúmque omnium rerum obtinens. Hic aperte vetus verbum legem Mosis nominat, licet illum cicutæ metu non nominet. norat enim quàm exosa esset Græcis viri huius doctrina, attamé per vetustatem verbi Mosem manifeste significat. Quòd autem prisca primáque sit lex Moseos, iam à Diodoro cæteríque historicis satis demonstratum est. nam Mosem Diodorus omnium antiquissimum legislatoré fuisse autor est, ante inuentas Græcorum literas, quibus res gestas mãdauerunt. Nec est mirandũ, si Plato ex autoritate Mosis de sempiternitate Dei scripsit ad eum modum. Inuenies enim in eius arcanis, post verum entem Deum etiam prophetas veram rerum habere notitiam. sic enim in Timæo scribit, differens de quibusdam principiis: Rationes probabiles necessitati coniunctas sequendo, ignem cæteráque corpora principium supponimus: superiora principia Deus nouit, & quotquot hominum illi cari sunt. Quos alios viros Deo caros existimat, nisi Mosem prophetásque cæteros? ex quorum lectione didicerat ea, quæ in primo de Republica tradit in hunc modũ: Postquam eo deuenit aliquis, vt breui mori-

turũ se opinetur, inuadit eum timor, & cura quædam vitæ actæ per socordiam, nã & fabulæ quæ de inferis narrantur, quomodo sceleſtos pœnas meritas dare illic oporteat, irrisæ hactenus, mouent tunc animum, ne fortè verè sint, solicitum: & ipse siue propter senectutis debilitatem, siue quia propinquior illis, res eorum magis considerat. proinde anxius secum reputat, numquem affecerit aliqua iniuria. qui ergo inuenerit sæpe, se iura violasse, terretur sicut pueri somno excíti & cum spe viuit pessima, qui autem nullius maleficij sibi est conscius, eum comitatur suauis spes, senectutis altrix commoda, vt inquit Pindarus: scite namque mi Socrates id dececinit: Quicũque iuste sanctéque vitam exigit, dulcis eum spes sequitur cor nutriens, senectutémque fouens, quæ spes maxime hominum versatilem gubernat animum. hæc in primo de Repub. in decimo autem apertissime quæ apud prophetas legerat, quãuis autores metu Græcorum dissimulet, sub ficticia persona cuiusdam in acie cæsi, & duodecima post die funerãdi, ac in rogi strue rediuiui, denarrantísque res inferas recenset his verbis: Dicebat se interfuisse, cùm alium inter-

rogaret quispiam, vbinam esset Aridæus magnus. hic autem in quadam Pamphyliæ ciuitate tyrannus fuerat ante annum ab eo tempore millesimum, qui senem patrem & maiorem natu fratrem occiderat, aliáque impia scelera perpetrauerat: interrogatúmque illum aiebat respondisse: Non venit Aridæus neque veniet. ô dirum spectaculum. dum enim egressuri hiatum peteremus, cætera omnia perpessi illum protinus vidimus aliósque cum eo omnes ferme tyrannos: inter quos & priuatos nónullos, qui magna scelera perpetrauerant, quos ascendere iam se propter modum ausos hiatus ille minime permittebat: sed horrendum mugiebat quotiens aliquis eorum qui vel insanabiles essent vel nondum purgati, egredi niterentur. aderant illic feroces quidam viri aspectu ignei: qui quàm primum mugitum audirent, hos abripiebant, videlicet Aridæum cum eius similibus: iniectísque in manus pedes, cervicémque vinculis, prosternebant eos & excarnificabant, ac mox extra viam tractos lacerátósque sentibus, monstrabant prætereuntibus, referendo causam huius cruciatus, & cur retraherentur in tartarum, ibi cum multis variísque ag-

tentur terroribus, nullum maiorem eis accidere, quã si mugitus ille occurrat exitum petentibus, quandoquidem eo quiescente vnusquisque libentissime ascenderet. has pœnas esse damnatorum contrarias piorũ præmiis. Hic mihi videtur Plato nõ solum de extremo iudicio, prophetarum didicisse oracula, sed & de ea quam Græci nõ credunt resurrectione. dum enim ait animam iudicari cum corpore, satis indicat se resurrectionem credere. alioqui quomodo Aridæus & cæteri relicto super terram corpore, cuius sunt partes, caput, manus, pedes, cutísque, tales pœnas luebant apud inferos? non enim dicturi sunt, caput, manus, pedes, cutímque habere animam. sed cùm in Aegypto audisset Plato prophetarum testimonia, & percepisset doctrinam de resurrectione corporis, docet nos cum corpore iudicari animam. nec Plato solus, sed & Homerus similiter in Aegypto edoctus, Tityum similes pœnas ait pendere. sic enim in Neciomantia facit Vlixem narrantem Alcinoo:

Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota novem cui iugera corpus

Porrigitur, rostróque immanis vultur adunco.
Immortale iecur tondet. Iecur enim nõ animæ, sed corporis indicat. Ad eundem modum & Sisyphum & Tantalum cum corpore puniri scribit. Peregrinatum autem Homerum in Aegyptum, multa quæ ibi didicerat transtulisse in suã poëma satis nos docet Diodorus historicorum celeberrimus. ibi enim eum didicisse, quòd Helena Nepenthes illud iram curarúmque obliuionem inducens, à Polydanna Theonis vxore acceptum Spartam secum deportarit: quo remedio dicit ipsam vsam contra mœsticiam Telemachi à suo Menelao recepti hospitio. aureamque Venerem, nominat propter Aegyptiam historiam. norat enim in ea regione templum Veneris cognométo Aureæ, & campum eiusdem appellationis. quorsum autem hęc memoro? ni mirum vt ostẽdam, hunc poëtam etiam è sacris prophetarum literis multa in suum carmen transtulisse, & in primis eius libri initium, quo Moses creationem mundi describit. hic enim sic scribit: In principio fecit Deus cœlum & terram, dein solem, lunam, stellásque, hæc ille in Aegypto doctus, & ea descriptione delectatus Achillis clipeo

à Vulcano fabrefacto inseruit, tanquam creationis illius imaginem, his versibus:

Principio cœlũ & terram, campósque liquentes,
Lucentémque globum lunæ, Titaniáque astra.

Paradisi quoque imaginem descripsit in hortis Alcinoi, quos semper virere dicit plenos continuatis fructibus.

Ibi magnæ creuerunt arbores longæ,
Pyri, & punicæ, & malí fructuosæ,
Ficúsque dulces, & oliuæ longæ,
Quarum nunquã fructus perit, nec intermittit
Hyeme nec æstate perennans: quin semper aura
Zephyria flans alia gignit, alia coquit.
Pyrus post pyrũ senescit, & malus post malum,
Et vua post vuam, & ficus post ficum.
Hic ei sata est fructuosa vinea, cuius altera area
In plano loco siccatur sole: alias autẽ vindemiãt,
Alias calcant. adsunt immatura vuæ
Delapso flore, aliæ maturescunt.

Nónne hæc verba manifestam habent imitationẽ paradisi, de quo Moses narrat primus prophetaꝫ Quòd si quis & turris substructionem videre voluerit, per quam illius seculi homines moliti sunt ad cœlũ aditum, inuenier de hac quoque satis pulchram allegoriam, vbi Oti Ephialtæque mentionem poëta facit his versibus:

Qui & diis immortalibus minati sunt in

Olympo
Esse bellum illaturos.
Ossam in Olympo conati sunt imponere, & Ossæ
Frondosum Pelion, vt cœlum accedi posset.

Item de proiecto de cœlis hoste humani generis, quem diabolum vocant sacræ literæ, propter calumnia petitum primum hominem. Cõsideret diligenter qui volet, inueniet poetam, quamuis nusquam nominet diabolum, fingere tamen ei nomen ab ipsius studio sceleratissimo. Aten enim nominans, ait à suo deo præcipitatum de cœlo, videlicet memor qui Esaias propheta de hoc scripserit. carmen sic habet:

Statim prehendit Aten pinguem capillos,
Assignans animo suo, inrauitque senectum ingens
inrauium,
Nunquam se in Olympum stellatumque cubile
Rursus accepturum Aten, qua omnes ledit.
Sic fatus deiecit eam de cælo stellato,
Manu circumuersum: atque ea protinus aliud
hominum opera.

Plato quoque, dum post deum principia rerum facit materiam & ideam, non aliunde quàm à Mose occasionem nactus videtur: qui tametsi seu speciei seu ideæ nomen è scriptis Mosis didicerat; nonnihil

tamen è peritis eorum audierat, nullam ex his acquiri certam noticiam absque contemplatione mystica. scribit enim Moses, Deum sic ad ipsum loquutum de suo tabernaculo: Et facies mihi tabernaculum per omnia simile exemplari quod in mõte prælcriptũ ostendi tibi. Ac rursum paulò pòst: Sic vtique facies iuxta formam quam in monte ostendi tibi. Hæc scripta nactus Plato, postquam diligenter pẽtauit, ita vt debuit, existimauit esse quãdam antiquiorem speciem, separatam ab ista quæ sensu percipitur, illam etiam rerum exemplar nominare solitus. quoniam Mosis literæ sic loquuntur de tabernaculo: Iuxta speciem in monte indicatam tibi, sic facies illud. Ad eundem modum de terra, cœlo, homine, in errorem lapsus videtur. nam & horum ideas esse putat. Moses scribit: In principio fecit Deus cœlum & terram: deinde subiungit: Terra autem erat rudis & inuisibilis: id ita intellexit philosophus, Terra autem erat dictum de antiquiore terra, quoniam Moses ait: Terra autem erat rudis & inuisibilis. quod autem dixit: Fecit Deus cœlum & terram: pertraxit dictum de terra sensibili facta ad illius antiquioris formam siue speciem.

Item de cœlo creato, alterum factum esse, quod firmamentum nominatur, idque sensibile: alterum verò esse intelligibile, de quo vates ille inquit: Cœlũ cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Idem accidit in homine, qué primò nominat Moses, deinde post multas creaturas quomodo ex humo fictus sit memorat dicés: Et fecit Deus hominé, limo de terra desumpto. Putauit igitur Plato supra nominatũ hominẽ antiquiorem hoc condito: posteriorem autẽ è limo fictũ ad illíus speciem. Cæterùm hominé è terra fictum Homerus quoque cognouit è sacris antiquitatibus, vbi legitur: Terra es, & in terram reuerteris: & ideò cadauer Hectoris terram nominat. sic enim de Achille Hectorem post necem raptante loquitur.

Dilacerare cupit terram iam verbere surdo.

Rursum aliubi Menelaus socios tergiuersantes ad prouocationẽ Hectoris singularem pugnam poscentis sic increpat.

Vos omnes opto terra vt fiatis & vnda.

Præ ira cupiens in terram eos resolui antiquam originem. Hæc è priscis cõmentariis in Aegypto decerpta Homerus & Plato suis scriptis inseruerũt. alioqui vnde Plato didicit, Ioué curru alato vectari, nisi

si nisi è propheterum lectione? sciebat enim prophetam sic loqui de Cherubim: Et exiuit gloria Domini de domo eius, & ascendit super Cherubim. Et sumpserunt Cherubim alas suas & currus hærebat eis, & gloria domini Dei Israel erat ei superimposita. Hinc nactus occasionẽ Plato ille magniloquus liberè prædicat cœlestem Iouem maximum, qui alarum currum agitat, alioquin vnde hęc nisi è Mose prophetisque didicit? vnde illud quod dicit de ignea dei essentia? nónne è tertio Regnorum libro? vbi scriptum est: Non in spiritu Dominus, & post spiritum cõmotio: non in commotione Dominus, & post cõmotionem ignis: non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis. Verùm illa sensu anagogico, diligentíque contemplatione, viris piis intelligenda sunt. Plato verò non satis id dictũ contẽplatus ait, deum esse in essentia ignea. Iã si quis consideret donum illud dei cœlitus descendens in sanctos homines, quod spiritum sanctum prophetæ nominant, adhibeátque diligentiam, inueniet hoc etiam à Platone, licet aliter id nominante prædicari eo libro, in quo cũ Menone disputat. Vexitus enim Dei donũ spiritum

sanctum nominare, ne videretur prophetas sequi doctrinæ Græcanicæ tædio, cœlitus id à deo fatetur descendere, non tamen spiritum sanctũ, sed virtutem nominare dignatus. differés enim cum Menone de reminiscentia, post multas de virtute quæstiones, vtrũ discédo meditandóue acquiri possit, an nõ, aut neutro hoc modo, sed à natura cõtingat hominibus, aut alio modo quopiam, tandem pronunciat verbis totidem: Quòd si toto hoc sermone bene quæsiuimus & disseruimus, virtus nec à natura datur, nec per doctrinam paratur, sed diuinitus contingit citra mentis operam, quibuscunque contingit. Hæc opinor manifeste de spiritu sancto sub virtutis nomine ex prophetis in sua scripta Plato transtulit. quemadmodum facit vates vnum eundemq; spiritum in septem spiritus aiunt diuidi: sic & ipse vnam eandemq; virtutem nominans, hanc in quatuor virtutes partitur, nullam quinti spiritus mentionem apertam faciens, per allegoriam tamen prophetarum de eo dicta proferés. sic enim ait circa finem dialogi qui Menon inscribitur: Hac itaque ratione apparet, virtutem diuinitus cõtingere his quibus contingit. Veritatem ta-

men de hoc perspicuã tũ domũ cõprehẽdemus, & quomodo parãda sit virtus, vbi quid ipsa per se sit, vestigauerimus. Videte quomodo superne descendens donũ virtuté tamùm nominat. Præterea quærendũ putat, virtuté ne, an aliud quid, nominare id cõueniat, dubio procul timés id sanctũ nominare spiritũ, ne videatur prophetarũ sequi doctrinã. Quid tépus, vnde cũ cœlo natũ didicit? Scribit enim: Tépus cũ cœlo ortũ est, vt simul orta simul intereant, si quãdo interitura sunt. Hæc nónne è Mose sacro scripsore didicit? sciebat enim cõstare tempus è diebus mensibúsq; in anni orbẽ redeuntibus. & quia prima dies post cœlum cõditum vniuerso tempori dedit principium (vt Moses scribit, In principio fecit deus cœlum & terram: ac mox: Et factus est dies vnus à parte totum tempus significans) diem nominat tempus, ne si vsus fuisset hac voce dies, apud Athenienses populũ accusaretur pro Mosis discipulo. Cœlum porrò interiturum vnde in mentem ei venit? nónne & hoc à prophetis didicit, quorum hanc putauit sententiam? Quòd si quis rationem statuarum examinet, cur primi harum opifices deos humana forma exprimendos putauerint:

inueniet id quoque desumptum è diuina historia. cùm enim ibi ex persona dei dicatur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã: hoc dictũ sic acceperunt, quasi humana forma deum referat: atque ità persuaserunt sibi, deos formandos ad effigiem hominum: videlicet, vt ipsi putabant, similium. Quorsum hæc viri Græci? vt sciatis, nõ esse possibile discere veram religionem ab istis, qui nihil de suo potuerunt proferre mirandum vel prophanis hominibus, sed tantùm quæ à Mose ac reliquis prophetis desumpserãt, inseruerunt suis cõmẽtariis. Iam igitur tempus est viri Græci, vt auctoritate externarum historiarum persuasi, Mosem cęterosq; prophetas antiquiores fuisse omnibus vestris sapientibus, desistatis ab inueterato errore maiorum, versetisq; sacras prophetarum historias, vnde religionem veram discatis: non ex artificiosis sermonibus ad persuadendum compositis. nam id propriũ est veritatem cœlantibus: sed è simplici contextu verborum ac nominum, enunciante quæcunque sanctus cœlestisque spiritus per affiatos studiosis religionis veræ aperire voluit. Itaque nõ pudeat vos abiicere cũcta priscorum de-

liria: & speciosos illos sed inanes strepitus omittendo, in quibus summam voluptatem collocatis: arripite quę sunt vtilia, nullam enim iniuriam facietis vestris maioribus, si in diuersum deflectatis ab illorum falsis opinionibus, quos credibile est earũ iam sero pœnitere apud inferos: qui si possent vos illinc de suis post obitũ calamitatibus certiores facere, sciretis ĩ libenter vobis à tantis malis pręcauerent. nũc quoniã non est vobis possibile id ex illis discere, ac ne ex istis quidẽ falsõ nominatis philosophiæ professoribus, relictis vos sacrorũ vatum prophetis, non reformone, sed in operibus cõsistit nostra religio) sed inquirendo apud eos quæ ad æternam vitam faciant. nã quotquot inani studio suam infamant philosophiam, nihil scire conuincuntur, atque etiam ipsi fateri hoc coguntur, non solùm dissidiis mutuis, sed & inconstanti ac varia suorũ dogmatum expositione. quòd si veritatis inuentio confessione omniũ finis est philosophiæ, quo iure isti qui veritatis notitiã non assequuntur, philosophi nominari postulant? nam si Socrates ille omnium

sapientum vestratium sapientissimus, vel oraculi (vt fertur) testimonio pronunciantis, ἄνδρων ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος fatetur se nihil scire: quomodo posteriores etiam rerum cœlestium profitentur scientiam? nam ideo se sapientem pronũciatum ait, quia reliquis simulantibus rerũ scientiam, ipse ingenue fatebatur se scire nihil. sic enim loquitur: Ideo mihi videor paulò sapientior, quia quæ ignoro, eorũ ne opinor quidem habere me noticiam. Nec est quod aliquis putet hãc ironiam, quia nonnunquã in differendo figura hac vtitur. nam illa extrema eius oratio, qua causam suam egit iturus in carcerem, declarat eum serio fassum ignorãtiam. ipsius verba sunt hęc: Sed iã hora est hinc abire, me quidem vt moriar, vos autem vt viuatis. Vtri verò nostrum in melius eant, omnibus præter deum incertum est. Verùm Socrates hac extrema voce in curia Martis emissa, in carcerem se proripuit, Deo soli tribuens rerum nobis obscurarũ scientiam. posteriores autem ne terrenarum quidem rerum adepti noticiam, cœlestiũ tanquam à se visarum scientiam profitentur. certe Aristoteles ac si diligentius Platone scrutatus esset cœlestia, non vt ille

in ignea substantia Deum esse dicit, nec ei suffragatur: sed in quinto elemento ætheris simili eum esse pronunciat, & hoc credi eloquentiæ suæ postulat, qui ne Euripi quidem Chalcidẽsis naturam pernoscere valuit, & id ignominiosum ratus præ pudore tęlióque è vita migrauit. Nemo igitur prudens salutem suam istorum facundiæ posthabeat: sed cera obturatis auribus (vt est in vetere fabula) harum Sirenũ illecebras nocentissimas fugiat. nam supradicti viri tanquam escam obiiciendo facundiam, vulgus à rectà religione conãtur abducere, imitando illum seductorem, qui plures deos prędicare primis hominibus ausus est: quibus impostoribus nolim esse vos faciles, sed potius versare prophetias sacrorum hominũ. Id si aut piget facere, aut quominus faciatis vetat prisca superstitio, cùm nõ alium deposcitis vnũ solum Deum discere, qua nota præcipuè sinceritas religionis discernitur: saltẽ Orpheo credite, qui priorem de multis diis doctrinam recantans, mox vtiliorem & necessariam substituit, his proditis quæ paulò antè retulit: & fidem habete reliquis etiam, eadem de vno deo docentibus. nã illius prouidentia factũ est vobis consulẽ-

eis, vt vel ab inuitis veritas extorqueret testimonium confirmaturum prophetarum de vno deo sentétiam, vt vno cõsensu damnata multorum deorum superstitione, prẽberetur vobis veritatis cognoscendæ occasio. Poteritis etiam facile partem aliquam religionis veræ discere vel è priscis Sibyllæ oraculis, prope ad propheticam doctrinam accedentibus. hanc aiunt è Babylone oriundam, Berosi rerũ Chaldaicarum scriptoris filiam, nescio quomodo ijs Campaniam delatam, & Cumis oracula solitam reddere, ad sextum à Baiis lapidem, quod oppidum celebratur propter aquas calidas. in ea vrbe spectauimus locum quendam instar amplissimæ basilicæ cauatum ex vno saxo solido, rem admiratione dignissimam, vbi oraculum eius fuisse narrant indigenę, sicut acceperunt à suis maioribus. in eius antri meditullio monstrantur putei tres eodem in saxo aperti: quorum aqua lotam aiebant in penitissimam eius antri cellam solere secedere, ac mox in antro medio sublimẽ sedentem effari oracula. Huius fatidicæ Sibyllæ inter multos alios scriptores & Plato in Phædro meminit: & vt mihi videtur, propter eius oracula vatibus

diuinitatẽ tribuit. viderat enim euentos respõdere huius antiquis prædictionibus: cuius rei miraculũ in Menone dialogo vates sic ad verbum laudat: Merito igitur diuinos vocabimus vates de quibus loquimur, nõ mediocriter afflatos numine quo rapiuntur, quando magno successu dicũt faciúntque res maximas, quas nequaquam intelligunt. Quibus verbis aperte significat Sibyllina oracula. hæc enim scripta sua non corrigebat, nec expoliebat, sicut poëtæ faciunt, quando metrorum à se rationem exiguunt: sed tantisper dum numine afflaretur, vatem agebat, quo mox cessante nihil eorum carminum meminerat. & hæc est causa cur non seruata sint omnia. id ipse Cumis audiui ab his qui me deducebant, visendi gratia, locos vbi vaticinabatur ostẽdentibus, & quandam vrnam lenticularem aheneam, in qua reliquias eius aiebant conditas. inter cætera narrabãt, se accepisse à maioribus, eos qui petebãt oracula, homines rudi seculo natos, sæpe deprauasse metra: ideo in nonnullis desiderari diligentiam, quod vates ad se reuersa immemor fieret eorum quæ cecinerat, notarij verò in exscribendis laberentur per imperitiam. Hinc apparet,

ad Sibyllina oracula referendam illam Platonis sententiam: Magno successu dicunt faciúntq; res maximas, quas nequaquam intelligunt. Proinde viri Græci, quandoquidem nec in poëtarum carminibus sita est vera religio, nec in doctrina qua vobis placetis, omisso carminum ac dictionum examine, res in eis contentas considerate absque peruicacia: & agnoscite quantam felicitatem percipere possitis è sacræ vatis de Iesu Christi seruatoris nostri aduentu præsagiis: qui cum sit Dei sermo indiuisus potentia, hominem assumpsit creatum ad imaginem Dei ac similitudinem, atque ita priscorum pietatem nobis redegit in memoriam, quam posteri dereliquerant, seducti per inuidiam dæmonis ad superstitionem falsorũ numinum. Quòd si vos piget credere quę traduntur de ficto è limo homine, vestra saltem audite oracula, quibus fidem non adimitis: inuenietis in quodam hymno in omnipotentis Dei laudem edito insertum versum hunc:

Mortalem primum finxit, Adamúmque vocauit.

Quem hymnum scio seruari apud multos è vestris, ad coarguẽdam incredu-

litatem resistentium veritati confessæ ab omnibus. Credite inquam viri Græci, nisi apud vos imaginatio vanorum deorum plus valet quàm salutis proprię ratio credite Sibyllæ antiquissimæ, cuius libri per totum orbem seruantur, afflatu diuino proditi, docéntque non esse deos quos vulgus existimat, & aduentum Iesu Christi seruatoris nostri prædicunt apertissimè, atque etiam quicquid gestutus erat. erit id vobis ad legendos sacros prophetas ceu præludium. quòd si quis mauult ab antiquissimis philosophis de Deo discere, Acmonẽ & Mercurium audiat. Acmonem, qui in suis libris Deum nominat occultissimum: Mercurium verò diserte dicentem: Deum intelligere est difficile, eloqui verò impossibile, etiam ei qui potest intelligere. certò igitur persuasum esse oportet, haud aliũde rectum Dei cultũ posse percipi, quam à solis prophetis ex authoritate diuini spiritus vos docentibus.

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET Martyris cum Tryphone Iudæo colloquium ad M. Pompeium.

Sigismundo Gelenio interprete.

DEAMBVLANTI mihi mane in porticu, obuius quidam aliis comitatus, Aue, inquit, philosophe, & cum dicto cõuersus mecum ambulabat. idé fecerunt eius socij, Ego verò homine resalutato, Quid potissimùm, inquã? Tũ ille: audiui Argis à Corintho Socratico, nó esse cõtenendũ quẽquam in isto habitu, comiter potius inuitandum ad colloquium, si qua fortè vel ad me vel ad illum ipsum inde redeat vtilitas. bonum enim id fore vtrique, etiamsi iuuetur alteruter. quapropter libenter compellauite, sicut meus mos est, quoties aliquem in hoc habitu video: hi quoque comites sperant se boni aliquid ex te audituros. Huic ego iocabundus: At quisnam es tu

optime mortalium? is verò nomen & genus edidit ingenuè: Tryphon, inquit, vocor, homo Hebræus circunciſũſque, nunc è Græcia propter bella profugus, in Corintho eius vrbe plerunque degere solitus. Et qui potes, inquam, tantam vtilitatem expectare è philosophia, quantam è legislatore tuo prophetisque cæteris? Quid, inquit, nónne philosophi de Deo semper disputant, crebras quæstiones mouendo de monarchia eius atque prouidentia? an non hoc est philosophorum, de rebus diuinis inquirere? Est, inquam, vt nostra fert opinio, attamen magna pars ne id quidem curat, vnúsne an plures dij sunt, & prouideántne rebus nostris, an non, quasi hæc scire nihil ad felicitatem conferat: imò vobis etiam persuadere conantur, Deum prouidere quidem vniuersitati huic eiúsque speciebꝰ ac generibus, mihi verò, & tibi, singulísque non item: alioqui superuacuas fore preces nocturnas diurnásque. quòd autem ista tendant facilè deprehenditur: nimirum hæc opinio securitatem sibi quærit atque licentiam faciẽdi quicquid collibuerit, dum nec pœna timetur, nec vllum à Deo speratur commodum.

quid enim sperarent qui aiunt, iterari semper eadem, & me téque denuò victuros similiter, nihilo meliores deteriorésve redditos? Alij verò persuasum habentes, immortalem & incorpoream esse animam, nec pœnas malefactorum daturam putant, cùm careat corpore: nec Dei fauore opus eam habere, cùm non sit morti obnoxia. Ille subridens ciuiliter: tu verò quidnam sentis de rebus his? quid de Deo? dic quæsumam est tua philosophia? Dicam, inquam, quod mihi sanè videtur: Reuera enim philosophia est possessio præcipua, & Deo carissima, cui nos addictos sola cõmendat. suntque hi verè sancti qui ad eã applicãt animũ. quid autem ea sit, & cur demissa ad homines, vulgus ignoratialioqui nõ Platonici essent, non Stoici, nõ Peripatetici, non Theoretici, non Pythagorici, cùm sit vnica hæc scientia. cur autẽ facta sit multiceps, dicã. Qui primi hãc tractare aggressi sunt, veri celebres eo nomine, sectatores nacti sunt non examinaturos veritatem, sed admiraturos tantũ illorum tolerantiã, continentiam, eloquentiámque, & pro vero habituros quicquid à suis doctoribus accepissent singuli: qui & ipsi mox eadem tra-

diderunt posterioribus, & alia his similia, nomine imposito ab inuentore dogmatis. ego quoque initio cupidus eius sodalitij, dedi me in disciplinam cuidã Stoici: & satis diu cum eo moratus, cùm nihil in cognitione Dei proficerem (nam nec ipse norat, & negabat hanc disciplinam esse necessariam) hoc relicto ad alium transiui professione Peripateticũ, acutum virum, vt sibi videbatur. hic passus me secum versari aliquot dies, postea mercedem sibi statui poposcit, ne familiaritas nostra esset nobis inutilis. quapropter & hunc reliqui, haud amplius habens pro philosopho. cùm autem animus adhuc mihi gestiret audire aliquid eximium & philosophiæ proprium, accessi laudatum virum Pythagoreum, magnæ sapientiæ sibi conscium: ac mox postquam cœpi agere cum eo de me recipiendo inter auditores domesticos, Es ne versatus, inquit, in musica & astronomia geometriáque? an putas te percepturum quicquam ad felicitatem pertinens, nisi hæc prius discas, & animam à rebus sensibilibus ad intelligibiles traductam, reddas aptam virtutis, ipsiúsque summi boni contemplationi? cùmque multa dixisset

in laudem harum disciplinarum,& quàm sint necessariæ, ablegauit me fassum eas nescire. grauiter id tuli, nec immerito, spe frustratus,tanto magis, quia putaram eum scire aliquid. ac rursum pensitanti quantum temporis insumendum esset his disciplinis,non libuit differre tandiu.tandem visum est consultius accedere Platonicos, propter existimationem horum egregiam. itaque adiunxi me cuidam in hac secta eximio, qui tum recens in patriam meam venerat,& apud hunc degens proficiebam indies:placebátque mihi admodum rerum incorporearum cogitatio: & idearum consideratio mihi reddebat intellectum volucrem,adeò vt breui mihi viderer factus sapiens, stultè sperans fore vt cõfestim Deum videam. hic enim finis philosophiæ Platonicæ. sic affecto collibuit aliquando vt quiete satiarer, secedere in solitudinem nullis tritam callibus, in rusculum quoddam maritimum.ei cùm propinquarem solus fuit ille, senex quidam aspectu non cõtemnendus, mansuetos mores vultu præferens, sequebatur me interuallo modico. vt verò me ad eum verti, subsiti acriter illum intuens, Agnoscis me? inquit: negaui.

Cur igitur ita me contemplaris? Miror, inquam, quomodo acciderit vt eundem quem ego locum peteres. putabam enim hic reperiri neminem. sum, inquit, solicitus de domesticis quibus eram absentibus,ideo veni prospecturus ficũ de compareant. tu verò quid hic agis? Delector, inquam, locis talibus, vbi abiq; impedimento mecum ipse colloquor, quoniam studiosis eruditionis conducit maxime. Ergo huic, inquit, mauis studere quã labori aut veritati, & sophistæ potius vis esse quàm peritus rerum agendarum? Et quod est, inquam, potius negotium, quàm rationem cuncta moderantem inuenire, & hac apprehensa perspicere huius ductu aliorum errorem,& eorum studia, quomodo nihil sanum aut deo gratum agant? cæterùm sine philosophia nemo rectam rationem intelligit. quocirca oportet omnem hominem philosophari,& hanc præcipuã functionem ducere:reliqua verò secundo, tertióque loco ponere, vt quæ cum philosophia coniuncta mediocriter amplectẽda sunt: seiunctim verò si tractentur, molesta & illiberalia. Tum ille, Ergo philosophia felicitatem parit? Parit, inquam,& quidẽ

sola, quid est inquit, philosophia? quam felicitatem affert? dic si licet. Est, inquam, Entis scientia, & veritatis notitia, cuius sapientiæ præmium est felicitas. Deum verò quid vocas? inquit: Id, inquam, quod circa eadem eodem modo semper se habet, & omnium rerum causa est Deũ esse aio. Hæc responsione audita ille delectatus roganit demùm: Scientia nónne est nomen cõmune rebus variis? nam cuiusuis artis peritus, sciens vocatur, imperatoriæ, gubernatoriæ, medicę & aliarum tam humanarum quàm diuinarũ? itáne? Scientia est quæcunque præbet vel humanarum rerũ vel diuinarũ notitiã. Num harũ quoque diuinitatis & iustitiæ? Etiã. Quid igitur, éssne perinde si homo sciat deum, ac si musicã, aut arithmeticam, aut astronomiam sciret, aut tale quidpiam? Nequaquam. Ergo non recte, inquit, respõdisti ad meam percontationem. nam alteras scientias discendo differendóque, alteras videndo discimus. Si quis tibi diceret, esse in India quoddam animal, naturæ diuersæ ab omnibus aliis, varium ac multiplex, tale aut tale non prius id si visum nosses: imò ne narrare quidé pos-

ses quicquam de eo, nisi auditũ ex eo qui viderit. Certe nõ possem. Quomodo igitur, inquit, philosophi possunt de Deo recte vel loqui vel sapere, cuius nullam visu auditúve compertam habent noticiam? Atqui non potest, inquam, oculis, mi pater, aspici Deus vt cætera animalia, sed sola mente percipitur, vt ait Plato, cui ego assentio, inest igitur, inquit, méti nostrę talis quáq; vis, vt sit in percipiẽdo quã sensus efficacior? aut poterit mẽs humana Deũ videre, ni sit exornata sancto spíritu? Certe Plato, inquam, ait, talé esse mentis oculũ, & ad hoc nobis datũ, vt eo clare possimus Ens illud cernere, quod est causa omnium rerũ intelligibilium, carens colore, figura, quantitate, & cæteris quæcunque videt vulgaris oculus: ipsum, inquam, Ens superius omni essentia, nullo modo effabile, solum pulchrum bonúmque, repente in bene natis animis exoriẽs propter cognationem & vidẽdi cupidinem. At quæ nobis est cum Deo cognatio? est ne anima quoque diuina & immortalis, illius ipsius regiæ meo-rũ particula? ita ne vt illa mens Deum videt, nostra quoque potest numen intelligere, & hinc felicitatem assẽqui?

Universidad de Deusto
Biblioteca

profecto potest inquũ. Pergebat ille quęrere: Omnésne animæ capiuntur ab omnibus animalibus, an alia hominis est, alia equi & asini? Respondi, Non: sed cædem sunt in omnibus. Ergo, inquit, & equi & asini videbunt Deum, aut videbunt aliquando? Non inquam, imò ne vulgus quidem hominum, nisi qui iuste vixerunt, purgati per iustitiam virtutésque cæteras. Ergo, inquit, non propter cognationem videt mens Deũ, nec quia mens est, sed quia iusta & sobria. Etiam, inquam: & quia habet quo Deum intelligat. Quid igitur, iniustæ sunt capræ ouésque? Nemini, inquam, faciũt iniuriam. Ergo iuxta tuam rationem hæc quoque animalia videbunt? Nõ, nam ea tale corpus impedit. Tum ille: crede mihi, si daretur eis sermo, iustius illa nostro corpori conuitium facerent. verùm ista nũc sinamus, sit ita vt dicis. Illud responde, in corporéne videt anima, an liberata ab eo? Et in humano corpore, inquam, potest mente cernere, sed multo magis soluta, iam sibiipsi reddita, potitur eo quem semper concupiscebat. Meminísque huius reuersa in hominem? Non opinor, inquã. Quid igitur prodest vidisse, aut quid

plus lucratur qui vidit, quàm qui non, si ne vidisse quidem meminit? Non possum, inquam, dicere. Quid illæ quæ indignę iudicatæ sunt hoc spectaculo? quid patiuntur? Includuntur in quædam brutorum corpora, & hæc pœna est earum? Sciunt igitur se peccasse, & ob hanc causam in talibus esse corporibus? Non opinor. Ergóne his quidem sua pœna prodesse videtur. imò ne puniri quidem eas dicerem, si pœnam non percipiunt. Non certe. Ergo animę nec Deum vident, nec mutant sua corpora alioqui scirent se puniri, & timerent ne posthac in peccatum inciderent. quòd autem intelligere possint esse Deum, & iustitiam ac pietatem bonas existimare, id verò assentio. Recte dicis, inquam. Nihil igitur de his rebus sciunt illi philosophi. nam ne hoc quidẽ respondere possunt, quid sit anima. Non, vt videtur. Imò nec immortalis dicenda est. quia si immortalis, esset vtique ingenita: quamuis immortalem & ingenitam asseuerent quidam Platonici. an forte múdum quoque ais ingenitum? Sunt qui dicant, sed his non assentio. Recte facis. cuius enim prudentiæ fuerit putare corpus, solidum, durum, compositum, muta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bile, quotidie generationē corruptionēque recipiés, carere ortu atq; principio? quòd si mundus ortum habuit, necessariò consequitur animas quoque sic extitisse, quæ aliquando nusquam fuerant. factæ sunt enim propter homines cæteráque animantes: alioqui propriam naturam haberent, non communem cum suis corporibus. Ita plane se res habere videtur. Ergo non sunt immortales. Non, quādoquidem & mūdum factum comperimus. Non tamen aio mori omnes animas. id enim lucrū profecto esset malis hominib⁹. quid igitur? piorum animas in meliore quopiam loco degere, iniustas & malas in deteriore, vbi expectent tempus iudicij. tum verò quæcunque dignæ Deo visæ fuerint, non moriuntur amplius: cæteræ puniuntur quamdiu has puniri Deus voluerit. Num tale quid dicis, quale Plato in Timæo de mundo subindicat, eum esse quidem corruptibilem inquantum est genitus, non dissoluendum tamē, nec fati sorti obnoxium, Deo sic volente? Num idem tibi videtur de anima & quibúsuis cæteris? Videtur. quicquid enim est Deo posterius, aut vnquam futurum est, naturā habet corruptibilem: &

potest interire ne sit amplius. nam solus Deus ingenitus & incorruptibilis, hanc ob rem Deus est, reliqua omnia post hūc, facta sunt & corruptibilia. quapropter & moriuntur animæ & puniuntur. nam si essent ingenitæ, nec peccarent, nec essent plenæ insipientia, nec audaces, aut aduerso timidæ, nec vnquam sponte migrarent in sues, serpentes, canésque, ac ne cogi quidem eas fas esset, siquidem sunt ingenitæ: nam ingenitum ingenito est æquale, simile, idémque, nec honore, nec potentia præferendū alterum alteri: quocirca neque multa sunt ingenita. si enim vlla esset in eis differentia, non posset inueniri causa eius quantumuis quæsita: nūc in infinitum cogitationem extendens, tādem fessus in vno ingenito desines, & hunc dices causam rerum omnium. Ergo latuerunt hæc, inquam, Platonem, Pythagorámque viros sapientes, in quibus ceu arcem quandam philosophiæ collocabamus? Non curo, inquit, Platonem, nec Pythagoram, nec vllum prorsus opinatum talia. veritas enim sic se habet, id inde potes discere. Anima aut vita est, aut vitam habet. Si vita est, aliud quiddam viuificabit, non seipsam: sicut motus aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

potius mouet quàm ſeipſum. viuere autem animam nemo negat. quòd ſi viuit, viuit non quoniam ipſa ſit vita, ſed vt vitæ particeps. diuerſa ſunt autem quod participat, & quod participatur: vitæ autem anima ſit particeps, quia Deus vult eam viuere. atque ita nunquam participabit, niſi quando Deus volet eam viuere. nec enim ex ſeipſa viuit vt Deus: ſed ſicut homo nõ eſt ſemper, nec anima ſemper eſt in corpore, ſed quando hæc harmonia diſſoluitur, relinquit anima corpus, & homo eſſe deſinit. ſic quando anima interitura eſt, deſtituit eam vitalis ſpiritus, & poſthac non eſt anima, ſed ipſa quoque reuertitur illuc vndè ſumpta fuerat. Quo igitur, inquam, præceptore poſthac vtendum eſt, quis nos adiuuabit, ſi ne apud iſtos quidẽ eſt veritas? Fuerunt quondam ante multa ſecula viri antiquiores iſtis omnibus, qui habentur pro philoſophis, beati, iuſti, Deo cari, loquuti diuino ſpiritu, qui prædixerunt quę nunc videmus fieri. prophetæ vocantur, hi ſoli veritatem & ſciuerunt & prolocuti ſunt hominibus, nec veriti quenquam, nec reueriti, non decepti opinionibus, ſed ea tantum effati quæ audierunt viderúntque, repleti ſancto ſpiritu: manent eorum ſcripta & hodie, licet lectori ex his vtilitatem capere maximam, diſcenti de principiis finéque, ac cæteris quæ oportet ſcire philoſophum illis credulum. non vtuntur enim in differendo demonſtrationibus, vtpote veritatis teſtes fide digniores quàm vt his opus habeant, cæterùm euentus præteriti præſentéſque cogunt nos fidem habere horum ſermonibus: quamuis etiam propter prodigia quæ patrarunt, digni fuere quibus crederetur: quoniam & deum celebrabãt factorem patrémque omnium, & Chriſtum prænunciabant mittendum ab eo filium: quod pſeudoprophetæ impoſtore impuróque ſpiritu pleni nec fecerunt nec faciunt, tantùm obſtupefaciendis hominibus audent prodigioſa quædam, & illuſores ſpiritus, genióſque celebrant. tu verò ante omnia precare vt tibi aperiatur lucis ianua: nõ ſunt enim hæc cuiuis perſpicua, ſed ſolis quibus intellectum dat Deus & Chriſtus ipſius. Hæc & alia plura, quæ nunc non eſt tempeſtiuum memorare, locutus ille abiit, hortatus me prius vt ea ſequerer: nec eum vidi poſteo. mihi continuo quidam ignis accenſus eſt in anima, correpto prophetarum amore,

& illorum quicunque Christo cari sunt: & cum mecum sermones hos reuoluerem, hanc solam philosophiam comperiebam tutam & vtilem: atque ita euasi philosophus. optarim autem eandem mentem & cæteris, ne à Seruatoris verbis discederent. possunt enim religionem incutere à via recta deflectentibus, & meditantes ipsâ reficere quiete iucundissima. proinde si tibi ipse cordi es, si ad salutem aspiras Deo fretus non alieno ab hoc negotio, licet tibi per agnitum Christum Dei ad perfectionem felicitatémque peruenire. Hæc vbi amicè locutus sum, risum sustulerunt Tryphonis comites. ipse autem subridens, Placent, inquit, hæc: & probo tuum istud tam vehemens rerum diuinarum studium. melius tamen faceres, si adhuc cũ Platone philosophareris, aut alio quopiam cultore fortitudinis, temperantiæ, sobrietatisque, quàm quod verbis te decipi passus es mendacibus, & induci in sententiam nullius pretij hominũ. manenti enim tibi in illo instituto philosophiæ, & innocenter viuenti, superesset melioris fati spes: postquam autem relicto Deo spem collocasti in homine, quæ salutem habes reliquam? ergo si & nic au-

dire vis (nam te amicum iam existimo) circuncisionem primùm accipe, deinde obseruationem sabbatorum, nouiluniorum, & cæterorum Dei festorum, & semel omnium quæ lex præscribit, tum demum habiturus Deum propitium. Christus autem sitne natus, & vbi sit, nescitur: imò ipse se nondum scit, nec vllam potestatem habet, donec Elias veniat, & vnctum manifestet omnibus. vos vano rumore persuasi Christum vobis quendam fingitis, & propter eum temere in perniciem ruitis. Ignoscatur tibi, inquam, ô homo & remittatur. nescis enim quid dicas, sed credens doctoribus scripturas non intelligẽtibus, & seductus falsis vaticiniis, loqueris quicquid in mentem venit. quòd si libet, reddetur tibi ratio. nos non errare, sed constanter facere dum perseueramus in huius confessione, etiamsi probris nos affician hominer, & negare cogant tyranni crudelissimi. nam cuestigio declarabo, nos non vanis credere fabulis, neque dubiis sermonibus, sed plenis diuino spiritu, virtute scatentibus, & gratia florentibus. Hic rursum cachinno & exclamatione indecora exceptus sum ab eius comitibus. tum ego parabam disco-

dere. ille verò me prehensum pallio negabat prius dimissurum se, quàm præstarem pollicita Ergo, inquam, ne obstrepant tui socij, nec tumultuentur tam turpiter, sed si volunt, audiant quieti silentésque: aut abeant si quid habent negotij, per quod eis auscultare non vacat: nos verò in aliquo secessu quiescentes pergamus colloqui: Placuit Tryphoni hæc conditio. itaque digressi sumus ab illis in aream porticus. ex quibus duo cauillati in nostrum studium abierunt. nos verò postquam eò peruenimus vbi sedilia saxea sunt sibi inuicem opposita, in altero concedit Tryphon cum sociis, & à quodã iniecta mentione belli Iudaici, colloquebantur. postquam cõtigerunt, ego sic incœpi denuo: Nihilne in nobis aliud culpatis viri amici, præter hoc quod non secundum legem viuimus? & secus quàm maiores vestri carnem non circuncidimus, nec ritu vestro seruamus sabbata? an forte vita etiam morésque nostri displicent? hoc quæro, num & vobis persuasum est nos humanis vesci carnibus, & post epulum extinctis lucernis in incestis volutari libidinibus? an hoc ipsum damnatis, quod credamus sermonibus, quos alienos à veritate pu-

tatis? Hoc est quod miramur, inquit Tryphon. vulgi autem rumores nequaquam fide digni sunt. non cadunt enim in humanam naturam. in vestro autem, vt vocatis, Euangelio tam ardua mirandáque mãdata inesse scio, vt arbitrer ea seruari posse à nemine. curaui enim vt ea legerem. Illud est in quo hæremus præcipuè, quod vos qui pietatem profitemini, & cæteris meliores videri vultis, nulla in re ceditis eis, nec differtis vita à profanis gentibus, dũ nec festa seruatis nec sabbata, nec circũcisionem habetis, & insuper in homine crucifixo spem collocatis. & tamen speratis vos impetraturos boni aliquid à Deo, cùm eius mandata non faciatis? an non legisti quod exterminabitur anima illa ẽ suo genere, quæcunque non circuncidetur octauo die? idem & de alienigenis & de empticiis præcipitur. ab huius instituti contemptu exorsi negligitis etiam sequentia, & postulatis vt credamus notum esse vobis Deum, cum nihil agatis eorum quæ religiosi agunt. Hæc obiecta si potes diluere, & declarare quomodo speretis quidlibet, etiamsi legem non seruetis, libenter te audiam, & similiter examinabimus cætera. Tum ego: Non erit vnquam

alius Deus mi Trypho, neque fuit à seculo, præter factorem & ordinatorem huius vniuersi: nec alium nostrum, alium vestrum existimamus Deum: sed illum ipsum qui eduxit patres vestros è terra Aegypto in manu potenti & excelso brachio: neque speramus in vllum alium. non enim est, sed in eum in quem & vos, Deum Abrahami & Isaaci & Iacobi. Speramus autem non per Mosem, neque per legem: alioquin idem quod vos faceremus. nūc quoniam memini me legere mi Trypho, prædictionem de lege postrema testamentō que omnium validissimo, quod iam debet seruari ab omnibus hominibus, quotquot Dei hæreditatem affectant: nam illa in Oreb promulgata lex, antiquata iam vestra tantùm est, hæc verò prorsus omnium: lex porrò legi substituta priorem facit irritam, sicut & testamentum recentius antiquiori omnem vim ademit: sempiterna nobis & vltima lex Christus datus est, & testamentum fidele, post quæ nō lex vlla, non mandatum, non præceptum sequetur. annon legisti quæ dicit Esaias? Audite me, audite me populi mei & reges auribus percipite, quod lex egredietur à me & iudicium meum in lucem gentium, pro-

pinquat celeriter iustitia mea, & egredietur salutare meum, & in brachium meum, Gentes sperabunt. Per Ieremiam quoque de hoc ipso nouo Testamento sic loquitur: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & faciam testamētum domui Israël, & domui Iudæ, Testamētum nouum, non quod feci patribus eorum in die qua prehendi manum eorum, vt educerem eos è terra Aegypto. Ergo si Deus Testamentum nouum iamdudum denunciauit, idque in lucem Gentium: & videmus, certóque scimus, per nomen eius, per illum crucifixū Iesum Christum, ab idolis cæteráque iniquitate cōuersos ad Deum, & vsque mortem perdurantes in confessione pietatéque rum ex operibus, tum è comitāte virtute perspicuum fit omnibus, hāc esse nouam legem; hoc nouum illud Testamentum, hanc expectationem cunctarum gentium, bona diuinitus expectantium. nam vere Israëlitica spiritualisque progenies Iudæ, Iacobi, Isaaci, Abrahamique illius in præputio fidei testimonium & benedictionem à Deo promeriti, vocatíque patris multarum gentiū nos sumus, per hunc crucifixum Christum Deo conciliati, sicut præcedente sermone demonstrabitur.

His addebam quod & aliubi Esaias clamat: Audite mea verba, & viuet anima vestra: & statuam vobis testamentum sempiternum, sancta Dauid fidelia. ecce testem eum dedi gentibus. gentes quæ non nôrãte inuocabunt te. populi qui nesciunt te, confugient ad te: propter Deum tuum illum sanctum Israëlis, quia te celebrem esse voluit. Hãc ipsam legem spreuistis vos, & vilipendistis illud nouum Testamentum eius sanctissimum: ac ne nunc quidem accipitis, neque malorum facinorum pœnitentiam agitis. adhuc enim aures vestræ obturatæ sunt, oculi cæcati, cor crassius redditum, sicut occlamat Ieremias: ac ne sic quidem auditis, præsto est legislator, & non videtis. pauperes Euangelium, cæci visum accipiunt, & non intelligitis. secunda iam circumcisione opus est, & vos propter carnem extollimini hæc nouа lex sabbathum à vobis perpetuum exigit, & vos otium vnius diei religionem absolutam putatis, non intelligentes quid vobis imperatum sit: tum quoties panes non fermentato vescimini, voluntati Dei vos dicitis satisfacere, nõ ista placent Domino Deo nostro. siquis est inter vos periurus aut fur, desinat: siquis adulter, resi-

piscat:

piscat: & feriatus est illo iucundo veróque Dei sabbato. siquis impuras manus habet, lauato, & purus erit. Esaias certe non mittit vos ad balneum, abluturos ibi eadem peccatáque cætera, quæ ne mare quidem quantum est expiaret: sed vt aptaret dudum per hæc significabatur salutem: quando non iam sanguine hircorum quiúmque, nec cinere iuuencæ, nec similę oblatione purificamur, sed fide per sanguiné Christi mortémque ipsius, qui propterea mortuus est, sicut ait idem Esaias: Reuelauit Dominus brachium sanctum suum in conspectu omnium gentium: & videbunt omnes gentes, & extrema terræ, salutem missam à Deo. Recedite, recedite, recedite, exite inde, & polluta ne tetigeritis: exite de medio eius: abstinite qui ferritis vasa Domini, quia non cum tumultu proficiscemini. præceder enim vos Dominus, & cõgregabit vos Dominus Deus Israël. Ecce intelliget puer meus & extolletur & celebrabitur valde. Sicut obstupescent super te multi, sic inglorius erit aspectus tuus & tua forma inter homines: adeò mirabitur eum gentes multæ, & reges cõtinebunt os suum: quia quibus non

est renunciatũ de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Nunciauimus ante illum vt seruulus, vt radix in terra sitienti, non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non habebat speciem nec pulchritudinem: sed erat species eius despecta, & deterior filiis hominum homo affectus plaga, & sciens ferre languorem, quia vultus eius auersus est. despectus fuit & nullius reputationis. hic peccata nostra fert, & pro nobis dolet. nos verò putauimus eum in labore esse, & plaga & afflictione. at ille vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. omnes quasi oues errauimus. homo via sua errauit, & Dominus tradidit eum peccatis nostris: & ipse propter afflictionem non aperit os suum: sicut ouis ad mactationẽ ductus est: & sicut agnus coram tondẽte se mutus sic nõ aperuit os suũ. in humiliatione & iudicio sublatus est: generationẽ autẽ eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius, propter scelera populi mei ductus est ad supplicium: &

dabo impios pro sepultura eius, & diuites pro morte eius: quia iniquitatẽ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. & Dominus vult conterere eum verbere. Si detur pro peccato anima vestra, videbit semen longæuum. & vult Dominus detrahere de labore animæ eius, vt ostendat ei lucem, & vt formet eum in prudentia, vt iustificet iustum bene seruientem multis, & peccata eorum ipse portabit. ideo ipse hæreditabit multos, & diuidet spolia fortium, à quibus tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorũ fuit traditus. Lætare sterilis quæ non paris, erumpe in clamorem quæ non parturis: quoniam multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habebat virum. Dixit enim Dominus: dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funes tuos, & paxillos tuos consolida. ad dextrã & ad læuam expande, & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas habitabis. noli timere confusa, nec erubescere affecta opprobriis: quia confusionis æternæ obliuiscêris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. quia

Dominus fecit nomen sibi, & qui eruit te, ipse Deus Israël omni terræ vocabitur, vt mulierem derelictam & pusillanimam vocauit te Dominus, vt vxorem exosam ab adolescentia. Ergo per lauacrum pœnitentiæ & noticiæ Dei, quod ad expiandam iniquitatem populorum Deo dicatorum fuit institutum, vt Esaias clamat, nos credidimus, & certo scimus, hoc esse illud baptisma quod olim prænunciatum fuerat, quod solum purificare pœnitentes potest, quod est aqua vitæ, isti autem putei quos vobisipsi fodistis, contriti sunt & ad nihil vobis vtiles. quæ enim est vtilitas istius mersationis, carnem solam reddentis nitidiorem? eluite iram, auariciam, inuidiam, odium ex anima: en vobis puritatem corporis. hoc enim significatur per panes azymos, ne faciatis male fermentata opera vetera. at vos omnia carnaliter intelligitis, & putatis pietatem, si talia faciendo habeatis animam plenam dolo & omnimoda malitia. ideo post septem dies azymos nouum fermentum vobis maceratis ex præcepto Dei, quod significat actionem aliorum operum, non imitationem pristinorum malorumque. Quòd autem hæc à vobis ille nouus legislator

postulet, recitabo vobis iterum verba quæ prius, & alia quædam adiiciam. Audite me dicitur per Esaiam, & viuet anima vestra, & faciam vobis Testamentum æternum, sancta Dauidis fidelia. ecce testem gentibus dedi eum, principem ac imperatorem populis. gentes quæ nescibãt te, inuocabunt te: & populi qui te ignorant, ad te confugient, propter Deum tuum sanctum illum Israelis, quia celebrauit te. quærite Deum, & cum inueneritis inuocate, dũ prope est. Relinquat impius vias suas, & vir iniquus consilia sua, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, quoniam multus est ad ignoscendum. non sunt enim consilia mea, sicut consilia vestra: neque viæ meæ, sicut viæ vestræ: sed quantum abest cœlum à terra, tãtum absunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. & quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram rigans & germinare faciens, vt det semen serenti & panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur ex ore meo. non reuertetur donec faciat quæcunque volui, & prosperetur in his ad quæ misi illud: quia in læti-

tia egrediemini, & in gaudio deducemini. nam montes & colles exultabunt expectando vos, & omnes arbores regionis plaudent ramis suis. pro saliunca exorietur cupressus, & pro vrtica myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur. Hæ prædictiones prophetarum, mi Trypho, partim primũ aduentum Christi nunciant, quando inglorius, indecorus, mortalisque in lucem proditurus eanitur: partim secundum, quãdo glorioso nubibus inuectus veniet conspicuus vestro populo, & agnoscent quem punxerũt, sicut Osee vnus ex duodecim prophetis & Daniel prædixerunt. Ieiunium quoque verum Deo ieiunare, vt ei placeatis, ex Esaia sic docente: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annũcia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me enim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt. quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra & omnes

debitores vestros repetitis. ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem vt audiatur in excelso clamor vester. nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? nunquid cotorquere quasi circulum caput suum, & saccum cinerémque sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? dicit Dominus. Dissolue omnes colligationes impietatis, solue pacta violenter grauantia. dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omnes syngraphas iniustas lacera. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque induc in domum tuam. si videris nudum, operi: & domesticos seminis tui ne despexeris. tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitas tua breui exorietur. & præibit ante te iustitia tua, & gloria Domini amiciet te. tunc inuocabis, & Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet: Ecce adsum. quòd si sustuleris obligationes, pacta, obmurmurationes, & dederis esurienti panem tuum ex animo, & animam oppressam satiaueris, tunc

exorietur in tenebris lumen tuum, & tenebræ tuæ fient meridies, & erit Deus tuus tecum semper, & saturaberis iuxta desiderium animæ tuæ, & ossa tua impinguabuntur, & erunt sicut hortus irriguus & fons aquarum, & terra quæ nunquam aquis destituitur. Proinde circumcidimini præputium cordis vestri, sicut Deum velle ex ipsius verbis intelligitis, qui per Mosem quoque sic clamat: Circumcidite præputiũ cordis vestri, & cervicem vestram ne induretis amplius, quia dominus deus vester, ipse est deus deorum & dominus dominantium, deus magnus, potens, terribilis, qui personam non accipit nec munera. & in Leuitico: Præuaricati sunt, & despexerunt me, & ambulauerunt coram me oblique: ambulabo igitur & ego cum eis oblique, & in solo hostico perdam eos: tunc erubescet incircumcisum cor eorum. Nam circumcisio carnalis Abrahamo in signũ data fuit, vt ab aliis gentibus & à nobis dicerneremini, & vt vobis solis calamitates incumberent, quas nunc iuste patimini: vt agri vestri fiant deserti, oppida delcantur incendio, fruges vobis inspectantibus ab hoste deuorentur, & nemo vestrum audeat ascendere Hierosolyma. non est enim aliud discrimen inter vos & mortales cæteros, præter carnis circumcisionem, nemo enim vestrum, vt opinor, perfricta fronte negabit, Deum præuidisse præuideréque futura, & cuique præparare quo dignus est: ergo vobis quoque hæc meritò acciderunt. occidistis iustum illum, & prophetas eius antea: nunc quoque nos, qui speramus in eum & in omnipotentem rerum factorem Deum à quo missus est, vilipenditis: & quantum in vobis est, notatis ignominia, execrando in vestris synagogis quotquot in Christum credunt. nec enim potestis nobis manus cruentas iniicere, cohibiti metu imperatorum: quoties autem potuistis, hoc etiam perpetrastis: quapropter Deus per Esaiam vos increpat: Videte vt periit iustus ille, & nemo considerat, nam è conspectu iustorum iustus sublatus est, erit in pace sepultura eius, sublatus est è medio. vos eum huc adegistis scelerati filij, semen adulterorum, & meretricis progenies, cui tandem illuditis? contra quem aperitis os? contra quem linguam

Universidad de Deusto
Biblioteca

laxatis? Non sunt enim cæteræ gentes huic iniquitati, qua nos & Christum exagitatis, sic obnoxiæ vt vos, quibus etiam pessimæ voluntatis erga iustum illum fuistis occasio. postquam enim crucifixistis illum solum innocentem, iustúmque hominem, per quem sanantur vibices eorum qui per ipsum ad patrem accedunt, & cognouistis eum rediuiuum ascendisse in cœlum, sicut prophetæ prædixerant: non solum non egistis scelerum pœnitentiam, sed selegistis certos homines Hierosolymis, quibus per omnes terras dimissis rumores sparsistis de Christianorum secta impia, confictis aduersus nos criminibus, quæ ab ignaris audimus, itaque non vobis solis peccati causa estis, sed & cæteris omnibus hominibus, vt merito vociferetur Esaias: Propter vos nomen meum conuiciis impetitur à Gentibus. Et: Væ animæ eorum, quoniam inierunt consilium malum contra seipsos, dicentes: Vinciamus iustum, quia nobis inutilis est, ideo fructum operum suorum comedent. Væ iniquo, mala enim iusta opera manuum eius retribuentur ei. Et rursum aliubi: Væ qui trahitis peccata

vestra quasi fune longo, & iniquitates vestras quasi loro iugali vitulæ. qui dicitis appropinquet eius celeritas: veniat consilium sancti Israël, vt sciamus illud. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: qui facitis è luce tenebras, & è tenebris lucem: ex amaro dulce, & è dulci amarum. Vos igitur illum solum innocentem & iustum à Deo missum vt esset lux hominum, data opera per omnes terras amaris & tenebrosis iniustisque appetistis calumniis. molestus enim visus est occlamans vobis vt scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. mensas quoque numulariorum in templo subuertit, subinde clamitans: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui & decimatis mentam & rutam, cæterùm dilectionem Dei & iudicium negligitis. Sepulchra incrustata, externè speciosa, intus plena mortuorum ossibus Item in scribas, Væ vobis scribæ, quia claues habetis: ipsi non intratis, nec alios intrare sinitis, cæci duces. Cùm enim fatearis mi Trypho, legisse te seruatoris nostri doctrinam, non inconuenienter, opinor, pauca illius verba pro-

pheticis addidi. Lauamini ergo & nunc repurgamini, eximite ex animis vestris maliciam. tale vobis lauacrum, & ve ram circumcisionem, Deus imperat. nec enim & hanc carnis mutilationem, & sabbata, & omnia festa obseruaremus simpliciter, ni causam sciremus cur vobis hæc mandata sint, nimirum propter iniquitatem vestram & cordis duritiem. cùm enim feramus quicquid homines dæmonésque mali contra nos moliuntur, vsque ad mortem & cruciatus vita effabiles, & insuper oremus pro inferentibus, ne minimam quidem vicem reponendo, sicut ille nouus legislator nos iubet: cur non ferremus quæ nihil lædunt? circumcisionem carnis & co & sabbata festáque. in hoc enim haremus, cur talia tantáque tolerantes non sustineamus hæc de quibus quæritur. videlicet non omnibus est necessaria hæc circumcisio: sed vobis solis, vt quod iam dixi, calamitates præsentes feratis. nam neque mersationes illas inutiles, quæ in piscinis & aquis pu tealibus fiunt, recipimus: nihil sunt enim collatæ ad hoc vitæ lauacrum, de deo clamat ipse deus: Me dereliquis

fontem viuum, & fodistis vobis cisternas perfractas, quæ aquam continere nequaquam potuerunt. Vos in carne circumcisi, opus habetis nostra circumcisione: nos hac contenti, non desideramus illam alteram: quæ si fuisset, vt vos existimatis, necessaria, Deus Adamum præputiatum nõ finxisset, nec Abelis dona, in præputio carnali offerentis victimas, dignatus fuisset aspicere, nec Enochum æquè præputiatum comprobasset, qui nusquam comparebat, quia Deus eum transtulerat. Lot incircumcisus euasit è Sodomis, deducentibus eum ipsis angelis & Domino. Noë humani generis instaurator, licet incircumcisus tamen vnà cum liberis arcam intrauit. incircumcisus erat Melchisedech sacerdos Altissimi, cui etiã. Abrahamus decimas obtulit, primus carnaliter circumcisus, & ab illo benedictionem accepit: secundum cuius ordinem æternum sacerdotem Deus se velle instituere, prædixit per Dauidem. vobis igitur solis necessaria fuit ista circumcisio: vt ex populo fieret non populus, & ex gente non gens, iuxta Oseæ duodecim prophetarum vnius vaticinium. omnes enim modo nominati iusti viri Deo

sine sabbatorum obseruatione placuerit, & post eos Abrahamus eiusque progenies vniuersa ad Mosen vsque, cuius tempore populus in deserto impietatem suam & ingratitudinem prodidit, erecta statua vitulo. quapropter Deus accommodans se populi moribus etiam sacra fieri iussit & victimas offerri, tàquam suo nomini, ne idolis seruiretis. quod tamen non obseruastis, adeò vt liberos mactaretis dæmoniis. eadem ratione imperata sunt sabbatta, vt Deum vobis reuocarent in memoriam. nam ipse hoc indicat his verbis: Vt sciatis me esse Deum qui in libertatem vos vindicauit, sic & cibis quibusdam vobis interdixit, vt vel inter comedendum bibendúmque haberetis eum præ oculis, alioquin ad obliuionem eius proclines & faciles, sicut Moses quoque testatur: Comedit bibitque populus, & surrexit vt ludaret. ac rursum: Edit Iacob, saturatus & impinguatus est, & recalcitrauit ille dilectus. impinguatus, incrassatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum: nam Noe iusto Deum concessisse ad cibum omne genus animalium, excepto cruenta carne, Moses narrat vobis in libro Geneseos. Cúmque ille subiicere vellet, vt olera herbæ: præoccupaui addens ipse hæc verba, vt olera herbæ quod non est, inquam, sic accipiendum, vt quia deus quemadmodum homini permisit cibatum ex oleribus, ita viscerationem ex animalibus, intelligatis iam tum Noe seculo discrimen factum inter animalia. nam cùm possim dicere, quoduis olus herbam esse, & comesum vires roborare, in hoc non immorabor: sed si olera herbæ discernimus non admittendo in cibos omnia, non vt impuris abstinemus, sed quòd amara sint, aut spinosa, aut letifera. quicquid autem bonitate suauitateque ad alimenta est vtile, seu marinum seu terrestre, libenter admittimus. sic & Deus per per Mosem vos iussit auersari quicquid impurum, iniquum, iniustum est, quoniam tum quoque cùm manna vos in deserto aleret, & tot prodigia videretis interer vos diuinitus fieri, adorabatis effigiem aurei vituli. itaque meritò clamante non desinit: Imprudentes filij, non est fides in eis. Ob eas iniquitates vestras maiorumque vestrorum, pro signo (vt dixi) Deus sabbatum vobis seruandum inimn-

xit, & mandata cætera imposuit: declarans quod propter profanas gentes, ne male audiret nomen suum apud eas, passus sit vestri generis quosdã esse superstites, ipsius verbis credite, quæ per Ieremiam sic loquutus est: Ego Dominus deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite tã studiis Aegyptiorũ cauete, & sabbata mea sanctificate, vt sint signum inter me & vos, & sciatis quia ego sum Dominus deus vester. Et exasperatis me, & filij vestri in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non custodiuerunt vt facerent ea: quæ cum fecerit homo viuet in eis: sed sabbata mea violauerunt. Et minatus sum fore vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & explerem iram meam in eis, non feci tamen propter nomen meum ne violaretur coram gentibus. eduxi eos in conspectu earum, & leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem in nationes, & in regiones dissiparem: eo quòd iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reiecissent, & sabbata mea violassent, & post desideria patrum suorum fuissent oculi eorum. Et ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent

viuẽt: & polluam non in muneribus suis, cum offerent omne quod aperit vuluam, vt deleam eos. Quòd autem propter peccata & idololatrias populi vestri, nõ quòd his oblationibus egeret, mandarit vobis hæc sacrificia, audite quid dicat per Amos vnum è duodecim clamans: Væ desiderãtibus diem Domini. ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & non lux: quomodo effugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus: & insiliat in domũ suã, & innitatur manibus super parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ dies domini & nõ lux: & caligo nõ habens splendorem? Odi & proieci festa vestra & non olfaciam nidorem celebritatum vestrarum. quoniam si obtuleritis mihi holocaustomata & victimas vestras, non accipiam: & vota pro salute vestra nõ exaudiam. aufer à me tumultum carminum vestrorum psalmorũmque, organis tuis non delector. Et voluetur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens inuadabilis. nunquid hostias mactastis mihi in deserto, domus Israel? dicit Dominus. Et assumpsistis tabernaculum Moloch. sidus dei vestri Rẽphan, imagines idolorũ quæ fecistis vobis. Et trãsferam vos vltra

Damascum, dicit dominus, Deus omnipotens nomen eius. Væ vobis qui montem Sion illuditis freti monte Samariæ, optimates populorum, qui decimatis nationibus intratis in domum Israel. transite in Chalannen & videte, & ite inde in Emath magnam, & descendite inde in Gethi optimas vrbes horum regnorũ: visuri si latior vestro est ager eorum, qui separati estis in diem malum, qui feriis abutiminii: qui cubatis in spondis eburneis, & lasciuitis instratis eorum. qui editis agnos egregios, & vitellos lactentes eximios. qui tripudiatis ad instrumentorum musicorum sonitum, putantes hanc voluptatem diuturnam, non fugituram continuo. qui potatis vinum è phialis, delibuti vnguẽtis primariis, non condolentes Iosephi posteris calamitatibus. quapropter nunc captiui traducentur à potẽtioribus in nouas colonias, & mutabitur maleficorum domicilium, & equorum hinnitus ex Ephraim auferetur. Rursum per Ieremiam: Conferte in vnum vsum viscerationes vestras, & mactatas victimas, & ipsi edite. nihil de victimis libationibũsque mandati patribus vestris, qua die manum eorum apprehendi vt eos è terra Aegypto educerem. Rursum per Dauidem Psalmo quadragesimonono sic loquitur: Deus deorũ dominus loquutus est, & vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. Deus manifeste veniet: deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit cœlũ desursum, & terram vt discernat suum populum. Cõgregate illi sanctos eius, qui exequũtur institutũ eius de sacrificiis. Et annunciabũt cœli iusticiã eius, quoniã deus iudex est. Audi populе mi, & loquar: tu Israel & testabor tibi: Deus tuus deus ego sum, nũ in sacrificiis tuis arguam te? holocaumata tua repræsentas mihi semper. Non accipio de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos anniculos, quia meæ sunt omnes ferę agrestes, iumenta in mõtibus & boues. Noui omnes volucres cœli, & amœnitas agri meæ potestatis est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis habitabilis, & quicquid eo continetur. nũquid vescor taurorum carnibus, aut bibo hircorum sanguinem? Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & celebrabis me. Peccatori

Universidad de Deusto
Biblioteca

autẽ dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? tu verò odisti disciplinã, & reiecisti sermones meos post tergũ. Si videbas furem, currebas cum eo: & adulteris fiebas particeps. Os tuum abundauit malicia, & lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens tuo fratri obloquebaris, & germano ponebas offendiculum. hæc fecisti, & tacui. putabas me tibi fore iniquitate similem? arguam te, & in os ingerã tibi peccata tua. Intelligite hæc qui obliuiscimini deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorabit me: & illic via qua ostendam ei salutare meum. Ergo nec victimas à vobis requirit, nec cum primum hęc mandauit, indigebat eis, sed sic peccata vestra postulabant. nam nec templum illud Hierosolymitanum, quod opus haberet eo, probauit vt suum domicilium: sed hoc tantum agebatur, vt ad illud reuocaremini ab idololatria. id ita esse confirmat Esaias dicens: Qualem domum ædificabitis mihi? ait Dominus. Cœlum mihi sedes, terra scabellum pedum meorum. Quod ni sic se habere fateamur, in multas absurditates incidemus & cogitabimus, non eundem fuisse

Deum seculo Enochi cæterorúmque, qui nec circumcisi fuerunt, nec seruauerunt sabbata, nec alia præcepta Mosaica: aut non semper idem fuisse ius vniuersale gẽium: quæ nemo non dixerit stulta & ridicula. illud potius fatendum, eum cùm idem sit semper, hæc & similia mandasse propter peccata hominũ, vt qui amans humani generis huic perpetuò prospicit, ipse rei nullius indigus, repręsentãs vtrò suam benignitatem atque iusticiam. alioquin si res secus se habet, respondete mihi boni viri, quid sentiatis de his quæstionibus. Cumq; nemo quicquã responderet, pergebã: Quapropter mi Trypho, tibi & iis qui volunt fieri proselyti, occlamarem ego diuina verba, quæ ex illo viro audiui. videtis quòd elementa non feriantur, nec agunt festum sabbato? manete vt nati estis. nã si ante Abrahamũ non erat opus circũcisione, nec ante Mosem sabbatis, festisque ac victimis, ne nunc quidem opus est, postquam volente Deo sine peccato ex genere Abrahami de Virgine Iesus Christus natus est. etenim Abraham ipse nondum circumcisus, propter fidem qua Deo credidit, iustificatus est, & benedictionẽ accepit ab eo, vt & scriptura do-

cet: circumcisionem vero in signum non ad iustificationem, vt scripturis & rei veritati credendum esset. itaque meritò dictum est de illo populo: Anima quæcunque nõ circumcidetur octauo die, exterminabitur è suo genere. præterea cùm nõ possit fœmininum genus carnalem circumcisionẽ assumere, satis apparet, in signum datam circumcisionem, nõ tanquã opus iusticiæ. quicquid enim ad iusticiã virtutẽq; pertinet, etiam fœminis Deus dedit vt ex æquo seruare possent. nũc videmus masculi corporis formam differre à fœmineo, tamen quantum ad hęc attinet, neutrum cẽseri iustum iniustúmue, sed propter pietatem ac iusticiam. Possem & illud manifestis argumentis, euincere, quòd per hãc octauam diem Deus mystice significabat eam esse potiorem septima. sed ne videar nunc sermonis diuerticula quærere, clara voce moneo vos vt intelligatis sanguinem illum circumcisionis iam superuacuũ, & sanguini salutari nos credere aliud nunc testamentum, & alia lex è Sion prodiit. Iesus Christus omnes eos qui volunt circuncidit iuxta prisca præsagia cultris lapideis: vt exoriatur gẽs iusta populus tenax fidei, cupidus veritatis, & in pace

perseuerans. Adeste omnes qui Deum timetis, qui desideratis videre felicitatem Hierusalem, adeste vt ambulemus in luce Domini. inuisit enim domum Iacob suũ populum: venite omnes gentes, confluamus in Hierusalem hanc quę iam non infestatur propter iniquitates populorum. conspicuus factus sum, inquit, his qui me non quærebant, & inuentus sum his qui de me non scitabantur. Sic enim clamat Esaias: Dixi, præsto sum, gentibus quæ nõ inuocarunt nomen meum. extendi manus meas per totum diem versus populum responsatorem & incredulum, qui non ambulat in via bona, sed peccata sua cõfectatur. populus exasperator est in conspectu meo. Contenti essent vel exiguam sortem in hæreditate nostra capere isti, qui sibi iusti videntur, & iactant se Abrahami posteros, sicut per Esaiam clamat spiritus sanctus ex persona ipsorum loquens: Aduerte è cœlo, & ex inclyta domo tua prospice vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum? super me continuerunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nescisset nos, & Israel ignorauit nos: tu domine pater

noster, & redemptor noster, à seculo nomen tuum. quare errare nos fecisti domine de viis tuis, induraſti cor nostrum ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ, vt parua pars montis sancti tui nobis in hæreditatem obueniat. facti sumus quasi à principio cum non dominareris nobis, nec inuocaretur nomen tuum super nos. vtinam dirúperes cœlos, tremor occuparet montes, & liquarentur sicut cera igne soluitur. comburet ignis inimicos tuos, vt innotescat eis nomen tuum: in aduentu tuo gentes trepidabũt, cum facies prodigia, trement mentes, præ metu. à seculo non audiuimus, nec oculi nostri viderunt Deus præter te, & opera tua, qui facies clementer omnibus resipiscentibus. occurriſti facientibus iustitiam, memores erunt viarum tuarum. ecce tu iratus es, & peccauimus. idcirco errauimus, & facti sumus impuri omnes, sicut pannus menstruatæ tota iustitia nostra, & cecidimus quasi folia propter iniquitates nostras, ita ventus nos auferet, non est qui inuocet nomen tuum, qui meminerit prehendere te: quia faciem tuam auertisti à nobis, & tradidisti nos propter peccata nostra. nunc Domine conuertere, quia populus tuus sumus omnes nos, ciuitas sancti tui deserta est, Sion in solitudinem redacta est, Hierusalem verò in execrationem. Domus sanctificationis & gloriæ nostræ, vbi laudarunt te patres nostri, deleta est incendio, & quicquid habebamus præclarum, collapsum est: & hæc fers Domine, calamitates nostras dissimulans? Tum Tryphon: Quid igitur dicis? negas quenquam nostrûm habiturum vllam portionem in monte sancto Dei? Non hoc dico, inquam, sed quicunque persecuti sunt Christum, & persequuntur, nec agunt peccatorum pœnitentiam, nihil hæreditatis habituros in monte sancto. sic enim Deus per Esaiam loquitur: Ego Dominus Deus vocaui te in iustitia, & apprehẽdam manum tuam, & tenebo te: dedi te in testamentum generis, in lucem gentium: vt aperias oculos cæcorum, vt educas compeditos è vinculis, & eos qui sedent in tenebris, è custodia carceris. Rursum: Extollite signum gentibus: ecce enim Dominus effecit vt audiatur vsque ad terras extimas. dicite filiabus Sion: ecce seruator aduentat recepta mercede sua, & opus eius

coram illo est. Et vocabunt eos populum sanctum redemptum à Domino. tu autem vocaberis Quæsita ciuitas, & non Derelicta. Quis est iste qui venit ex Edom, tinctis vestibus rubore Bosdreno, iste decorus in stola sua, ascendens cum robore valido? Ego loquor iustitiam, & salutare iudicium. Cur sunt rubra vestimenta tua, & indumenta tua sicut calcantium in pleno torcular? Torcular calcaui solissimus, & de gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo & contriui eos vt lutum, & effudi sanguinem eorum in terram. Dies enim vltionis peruenit ad eos, & adest annus redemptionis. Circumspexi, & nō erat qui succurreret: cōsideraui, & nemo opitulabatur: & saluum me fecit brachium meum, & conculcaui eos in ira mea, & sanguinem eorum in terram effudi. Ad hæc Tryphon: Cur excerpendo ex propheticis sermonibus quicquid liber, manifestum de sabbatis seruandis præceptum silentio præteris? Sic enim per Esaiam denunciatur: Si auerteris à sabbatis pedem tuum, ne facias voluntatem tuam in illo die sancto, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum Domini Dei tui, nec moueris pedē tuum

ad opus, nec locutus fueris sermonem ex ore tuo tuo: tunc confides in Domino, & imponet te super bona terræ: & cibabit te hæreditate patris tui Iacob. nam os domini loquutum est hæc. Tum ego, Amici, Non quod contra me facere tales prophetias existimem, prætermissæ sunt: sed quia puto vos & intellexisse & intelligere, quod etiamsi per omnes prophetas inculcentur vobis eadem quæ per Mosem sunt imperata, tamen propter duriciem cordis vestri & ingratitudinem Deus ita pergit, eadem occlamare, vt vel sic tandem resipiscentes ei conciliemini, & posthac nec filios mactetis dæmoniis, nec surum situs participes. aut dona mutuásque gratificationes cōsectemini, non reddendo iura pupillis, & causas viduarū non cognoscendo, ac ne à sanguine quidem puras manus seruando. Etenim filiæ Sion ambulatunt erecta ceruice, lasciuientes interim oculorum nutibus, & trahentes syrmata. Et aliubi clamat: Omnes deprauati sunt & inutiles redditi, non est qui intelligat, ne vnus quidem: linguis suis ad dolum vsi sunt, sepulchrum apertum guttur eorum, venenum aspidum sub labiis eorum, contritio & calamitas

in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. itaque sicut initio propter malitiam vestram hæc mandata sunt, sic manentibus in ea imò indies nequioribus, reuocantur hoc pacto in memoriam, ne Dei prorsus obliuiscamini. at vos populus duri cordis, insensatus, cæcus, claudúsque, filij perfidi, vt ipse dicit, labiis solis honoratis eum, corde ab illo alienissimi, docentes doctrinas vestras non ipsius. Dicite, cum Deus pontifices sacris operari sabbato iusserit, fuistne his auctor peccandi? aut circumcisis circumcidentibúsque octauo à natali die, ne sabbato quidem excepto? annon potuit id fieri pridie vel postridie, si Deus sciebat id non rectè fieri sabbato? quid illi superiores Mosis Abrahamsque seculo, vixit iusti & in præputio deo cari, cur non ab eo didicerunt circuncisionem & sabbata? Ibi Tryphon, iã antè audiuimus te hoc obiicientem, & hæsimus: est enim reuera dignum hæsitatione, ne vt vulgus respondeamus, sic illi visum. nam hæc tergiuersatio semper est in promptu ad quæsita respondere non valentibus. Tum ego: Ergo quandoquidem è scripturis & ex ipsa rerum natura vos conuinco, no-

lite inquam cunctari, sed indubitanter incircunciso mihi credite. breue tempus vobis ad assentiendum supereſt. si Christus prius venerit, frustra flebitis nõ enim vos audiet. Nouate vobis noualia, clamat Ieremias ad populum, & nolite in spinas sementem iacere. Circumcidimini Domino, sed circumcidimini cordis vestri præputio. cauete igitur ne in spineta & arua inculta iaciatis semen, vnde nullus vobis fructus proueniat. noscite Christum, & ecce nouale pulcherrimum & pingue in vestris cordibus. Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo omnes circumcisos in Aegypto, Iudæa, Idumæa, terráque Moabitarum, quoniam Gentes omnes incircumcisæ sunt & tota domus Israel incircumcisum cor habet. videtis non hanc circumcisionem, quæ in signum data est, Deum requirere? nam nec Aegyptiis prodest, nec Moabitis, nec Idumæis: sed sit vel Scytha quis aut Persa, modo habeat notitiam Dei & Christi eius, nec ius illud æternũ violet, circumcisus est circũcisione optima vtilissimáque: & vt amicus Dei donis fruitur, vicissim illi offerẽs. Recitabo

vobis amici verba ipsius Dei, sic alloquentis populum per Malachiam vnum de duodecim prophetarum. sunt autem hæc: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus: & munus non accipiam de manu vestra. ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus & in omni loco sacrificatur & offertur nomini mei oblatio munda: quia magnū est nomen meum in gentibus, dicit dominus: vos autem polluistis illud. Et per Dauid dē ait: Populus quem non noram, seruiuit mihi, auditu auriculæ obediuit mihi. Celebremus Deum vniuersæ gentes congregatæ, quia visitauit nos quoque. celebremus eum per regem gloriæ, per Dominū exercituum. visum est enim ei gentes quoque conplecti sua beneuolentia, & sacra nostra sibi gratius quàm vestra suscipit. proin nihil moror circumcisionem, postquam dei testimonio probatus sum: quid opus est vestra lotione, postquam spiritu sancto rigatus sum? hæc me persuasurū opinor, vel mediocrem intellectum habentibus: non sunt enim hi sermones à me compositi, nec ornati humano artificio, sed Dauid psaltes hæc cecinit, Esaias Euangelistæ nunciauit, Zacharias præco proclamauit, Moses in literas retulit. agnoscisne Tryphon in vestris literis sunt condita, imò non tam vestris quàm nostris. nos enim eis credimus: vos legendo non intelligitis. nolite igitur auersari & nobis exprobrare corporis præputium, quod ipse Deus finxit, aut ægrè ferre quod caldam sabbato bibimus: quandoquidem deus mundum hac die gubernat sicut cæteris: pontifices etiam sacra sicut cæteris diebus, ita & hac, iussi sunt facere. præterea tot viri iustitiæ testimonium habent à Deo, qui nihil harum cæremoniarum attigerūt. certe maliciam vestram proditis, dum homines insani Deo facitis calumniam, quasi eadem iura non semper omnes docuerit. multis enim absurda nec digna deo hæc doctrina videtur, qui non habent eam gratiam vt intelligant, populum vestrum deprauatum & animalium, per eam reuocari paternè ad mentem meliorem, efficique prophetiam hanc æternam, quæ Mosis obitum secuta est, quod & Psalmus affirmat ô amici, esse verba eius dulciora melle suóque, dumtaxat nobis qui erudimur eis, adeò vt ne

mortis quidem terrore adigi queamus ad negationem hominis domini. quòd autem nos qui credimus in eum, oremus, vt nos seruet ab externis, id est, malis fraudulentisque spiritibus, ex persona vnius fidelis apud prophetam loquentis intelligitur. rogamus enim deum continuè, vt à dæmoniis pietatis hostibus, quæ quondam adorabamus, nos per Iesum Christum conseruet: vt postquam ad Deum conuersi sumus ipsius fauore auxilióque, sumus irreprehensibiles. illum enim adiutorem & liberatorem vocamus, cuius etiam nominis vim timent dæmonia tormenta: & hodie adiurata per nomen Iesu Christi crucifixi sub Pontio Pilato Iudææ præside, imperata faciunt, vt hinc quoque liqueat omnibus, quod pater tam ei potestatem dederit, quantam dæmonia formidant subdita illius nomini. & præteritæ passionis eius dispensationi. quòd si hoc passionis consilium tam potestatem mox protulit, proferetque nunc etiam: quid futurum est cùm veniet in gloria? prædixit enim hoc Daniel, hominis filium venturum, nube deuectum, angelis comitantibus. Verba eius sunt hæc: Aspiciebã donec throni positi sunt, &

& antiquus dierum sedit: vestimentũ eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. thronus eius, flamma ignis: rotæ eius, ignis ardens: igneus fluuius rapidus egrediebatur ex eius facie: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia apparebant ei, iudices consederunt, & libri aperti sunt. Aspiciebam vocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur: & occisa est bestia eredtis verberibus, & periit corpus eius traditum incendio. & reliquis bestiis potestas adempta est, & tempora vitæ constituta sunt eis vsque tempus & occasionem temporis. Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat. & venit vsque ad antiquum dierum, & præsto fuit in conspectu eius, adductus ab apparitoribus. & data est ei potestas maiestásque regia, & omnes gentes nationatim, cunctique magistratus earum, vt seruirent ei. potestas eius potestas æterna, non auferenda ab eo, nec regnum eius vnquam interiturum est. in eo stat meo spiritus meus cohorruit, & visiones capitis mei terrebant me. accessi enim de

Universidad de Deusto
Biblioteca

assistentibus, & diligenter scitatus sum ex eo de his rebus omnibus, qui respondens mihi eas interpretatus est. Hæ quatuor bestiæ magnæ, sunt regna quatuor, quæ delebuntur de terra, nec recipient regnū vsque in seculum & in seculum seculorū. Tunc libuit perscrutari de bestia quarta horribili cuncta vastante, dentes eius ferrei, vngues ahenei: deuorabat & comminuebat, pedibus cōculcando reliquias & de cornibus decem quę habebat in capite, & de vno adnato, cuius opera exciderant tria ex prioribus cornua: quod cornu habebat oculos & os magnū loquum, & aspectus eius erat cæteris amplior: animaduertebam cornu illud moueri bellum aduersus sanctos, & prosligare ipsos: donec veni: antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis altissimi, & tempus aduenit, & regni obtinuerunt sancti altissimi. Et dictum est mihi de quarta bestia, fore hanc regnum quartum in terra, amplius cętetis regnis superioribus, & deuoraturum vniuersam terram, & conculcaturum ac deleturum eam. Porrò cornua decem, reges decem, exurgent postea, & vnus erit peior priorib⁹, qui tres reges humiliabit, & obli-

quetur altissimo, & alios sanctos altissimi subuertet, putabitque se posse mutare leges & tempora, & tradentur in manus eius vsque tempus & tempus & dimidium temporis. Et consederunt iudices vt auferant hunc principatum conterendum & disperiturum vsque in finem. Regnum autem & potestas & amplitudo regnorum quæ sub cœlo sunt, data est populo altissimi, cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes potestates seruient ei & obedient. hucusque finis verbi. Ego Daniel ecstasi correptus sum vehementer, & sermo ille penetrauit me, verbum autem in corde meo conseruaui. Vbi vero desij, subiecit Tryphon, Bone vir, hæ similésque scripturæ iubent nos expectare filium hominis magnum quempiam & illustrem, acceptum æternum illud regnum ab antiquo dierum, at iste vester quem Christum dicitis, obscurus fuit & inglorius, adeò vt in extremam execrationem in lege Dei proditam inciderit. in crucem enim actus est. At hæc ego: amici, nisi iam ē scripturis memorassem aspectum eius ignobilem, genus inenarrabile, & quod pro morte eius morti tradentur diuites, quod

vibice eius sanati sumus, quòd more ouis
dum endum esse prædictum fuerat: tum
de duobus aduentibus, altero quando
punxistis eum, altero quando agnoscetis
quem punxeritis, & plangetis tribu-
tum separatis mulierum virorumque cœ-
tibus: obscurè incertèque loqui viderer.
nunc autem nihil non demonstro è sacris
prophetarum vestrorum literis, sperans
posse inueniri aliquem vestrum ex eo nu-
mero, qui per gratiam Domini Sabaoth
superstites relinquantur ad salutem æter-
nam. Ergo vt apertius intelligatis id,
quod quærimus, adducam vobis alia
quoque oracula è beato Dauide, ex qui-
bus & Dominũ illum qui Christus à sanc-
to prophetico spiritu dicitor, percipie-
tis, & vniuersalem rerum Dominum pa-
trémque, subducentem eum à terrâ, in-
bentémque sedere à dextris suis, donec
ponat inimicos scabellum pedum eius. Id
fit ex quo in cœlum assumptus est post
resurrectionem. Dominus noster Iesus
Christus, dum complentur témpora, &
ille contumelioſe audenterque obloctu-
turus altissimo iam est proloribus, quem
Daniel significat duraturum per tempus
& tempora & dimidium temporis, quod

vos ignorantes quanto tempore dura-
turus sit, secus intelligitis. tempus enim
c. annos interpretamini. id si verum est,
vt minimũ ccel. annos regnare oportet
illum iniquitatis hominem: vt quod dixit
sanctus Daniel & tempora, duo tantum
tempora esse dicta supputemus. atque hęc
omnia per digressiones vobis loquor,
vt tandem credatis Deo vos increpanti
quòd sitis imprudentes filij: & his verbis
minitanti: Quapropter ecce apponam
transferre populum hunc, & transferam
eos: & auferam sapientiam à sapientibus,
& intellectum intelligentium celabo: de-
finatísque tum vos ipsos tum auditores
vestros seducere, discatísque à nobis, qui-
bus per Christi gratiam sapere contigit.
verba autem per Dauidem enunciata
sunt hæc: Dixit Dominus domino meo,
sede à dextris meis, donec ponam inimi-
cos tuos scabellum pedum tuorum. Vir-
gam virtutis emittet tibi Dominus è Sió,
dominare in medio inimicorum tuorum:
Tecum principium in die virtutis tuæ in
splendoribus sanctorum tuorum, ex vte-
ro ante luciferum genui te. Iurauit do-
minus, nec pœnitebit eum, tu es sacerdos
in æternum secũdum ordinem Melchise-

dech. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in gentibus, implebit ruinas. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Nec me latet, inquam, vos hunc Psalmum interpretari confidenter, quasi de rege vestro Ezechia loquatur. sed falli vos, ex ipsis verbis perspiciatis, efficiã. iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos æternus secundũ ordinẽ Melchisedech. & quæ sequuntur præcedúntque. quòd autem Ezechias nec sacerdos Dei nec æternus sit, ne vos quidem audebitis contendere. in nostrum vero Iesum hæc cõpetere, ex his ipsis verbis liquet, nisi auribus obturãtis etiam cor excęcatum habueritis. dum enim dicit, Iurauit Dominus, nec pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech: iurans Deus incredulitati vestrę declarauit, esse hunc sacerdõtem iuxta ordinem Melchisedech, qualis Melchisedech sacerdos altissimi refertur in literis Mosaicis: qui fuit sacerdos incircumcisorum, pro Abrahamo tamen vota fecit acceptus ab eo decimis: talẽ æternũ, illũ suum sacerdõté, quem spiritus sanctus vocat Dominũ, apud incircuncisos fore prædixit

qui etiam circumcisos ad se accedentes, hoc est ipsi fidẽtes, & benedictionem ab eo pętentes amplexurus & benedicturus sit. quòd autem primùm futurus sit homo humilis, extollendus postea, Psalmi finis indicat: E torrente in via bibit, ac mox: propterea exaltabit caput. Et quo magis persuadeam, vos nihil in scripturis intelligere, proferam & alium Psalmum Dauidis affati sancto spiritu, vtcunque vos eum ad Salomonem ex illo prognatum & ipsum regem vestrum accommodare conamini. refertur autem & hic ad Christũ nostrum dominũ. vos verò verborũ similitudine vos ipsos decipitis. nam cùm dicit: Lex domini est irreprehensibilis, non illam futuram, sed Mosaicã interpretamini; reclamante Deo, qui nouã legem nonnumquã testamentum pollicetur. Et vbi legitis: Deus iudicium tuum regi da: quia Salomon fuit rex, de hoc Psalmum canere asseueratis: quamuis è verbis Psalmi satis appareat, illum æternum regem prædicari, Christum videlicet. nam Christus est rex, sacerdos, deus, dominus, angelus, homo, imperator, lapis, puer natus, passibilis primùm, deinde in cœlum ascendens, rursum venturus

cum gloria, cuius regnum prædicatur æternum, sicut demonstro & scripturis omnibus. quod vt intelligatis, Psalmi verba recitabo. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole & ante lunam in ætates ætatum. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stilla stillans super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & multa pax donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet, & dabitur ei

de auro Arabiæ, & vota facient pro illo semper, tota die benedicent ei. Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & efflorescent è ciuitate sicut herbæ terræ. Erit nomen eius benedictum in secula: ante Solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in seculum & in seculum seculi: & replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. In fine Psalmi huius adscriptum est: Defecerunt hymni Dauid filij Iessæ. Scio quidem Salomonem fuisse regem illustrem, à quo templum illud Hierosolymitanum fuit conditum: nihil tamen eorum quæ in Psalmo dicuntur, obuenit illi, vt apparet. nam neque omnes reges adorauerunt eum, neque regnauit vsque terræ terminos, neque inimici coram eo procidentes linxerunt puluerem, imò audeo dicere quod in libris Regnorum de eo scribitur, propter mulierem operatum eum sacris idolorum apud Sidonios: quod facere non sustinerent qui ex gentibus per Iesum crucifixum ad

cognitionem Dei creatoris venerunt, sed mallent omnes cruciatus mortem vl-que perpeti, quàm sacrificare idolo, aut gustare de victima. Tum Trypho, Atqui audio multos qui Iesum confitentur, & Christiani vocantur, nō abstinere ab immolaticiis, negantes id esse noxium. Respondi, Hoc quoque, quod non desunt qui Christianos se profiteantur, & crucifixum Iesum Dominum ac Christum agnoscant, nec tamen præcepta eius doceant, sed impostorum spirituū: nobis fidem manifestiorem adstruit, qui spem habemus in illius pollicitis. quicquid enim prædixit gesturos quosdam in suo nomine, id fieri cernimus. Dixit enim: Multi venient in nomine meo, exterius induti pellibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces. &, Erunt factiones sectæque. &: Canete vobis à pseudoprophetis qui venient ad vos externè induti pellibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces. &, Exorientur multi pseudochristi & pseudoapostoli, & multos seducent à fidelibus. Sunt igitur, & fuerunt, & vix amici, multi, qui docent dicere & facere impias res & contumeliosas in deum, eùm tamen in nomine Iesu veniant. &

sunt inter nos distincti cognominibus, denominati à quibusdam viris, vt quisque fuit author alicuius nouæ doctrinę & sententiæ. nam aliter alij blasphemant rerum conditorem, Christúmque ab illius prophetis prænunciatum, & Deum Abrahami, Isaci, Iacobíque docent. ex his eum nemine communicamus, quippe qui nouimus eos esse impios, irreligiosos, iniustos, iniquósque homines & nomine tantùm confiteri Iesum, re autem nequaquam colere, quantumuis Christianos se appellitent: quemadmodum gentiles Dei nomen adscribunt manufactis staruis, quod mox profanant impiis & illicitis mysteriis. ex his alij vocātur Marciani, alij Valentiniani, alij Basilidiani, alij Saturniani, alij alio vocabulo, quisque à primo inuentore sui dogmatis. sicut vnusquisque ex his qui philosophari putantur, quod initio sermonis dixi, parētis eius doctrinę philosophi nomen professioni suæ adaptat. Itaque vt dixi, & hinc certò scimus, Iesum fuisse præscium futurorum, & ex aliis qui prædixit obuētura fidelibus, Christum ipsum cōfitentibus, quicquid enim patimur ad internecionem infestati à domesticis,

iam olim prædixerat vt nullo modo eius dictavel acta reprehẽdere liceat, ideo tam pro vobis, quam pro inimicis omnibus deprecamur, vt nobiscum resipiscatis, & desinatis conuiciis impetere Iesum Christum nulli culpæ criminíve obnoxium, siue spectes ipsius opera, siue doctrinam, siue prodigia quæ fiunt ad inuocatum eius nomen, siue priscorum vatum oracula, eius aduentus prænuncia: vtque illo freti salutem inueniatis quando reuertetur cum gloria, & effugiatis ignis æterni supplicium. Respondit ille, Esto vt dicis prophetarum oraculis credi Christũ esse possibilem, eundem vocari lapidem, post primum aduentum in quo passioni fuit obnoxius, iterum venturum in gloria, iudicem iam æternúmque regem atque pontificem: nunc doce sit ne hic à prophetis prænunciatus? Tum ego, Fiat vt iubes, amice Tryphon, accedam ad probationes quas postulas, cum tempestiuum fuerit. nunc patieris me prius memorare prophetias quas volo, vt ostendã quod Christus deus ac dominus exercituũ Iacobíq; vocetur per similitudinem à sancto spiritu: & quod insensati, sicut Deus eos increpat, sint interpretes vestri, qui hæc non de

Christo intelligũt sed de Salomone, quãdo intulit Testimonij tabernaculum in templum recens à se conditum. est autem Psalmus Dauidis hic: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & omnes qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eũ, & super flumina præparauit eũ. Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui nõ accepit in vano animam suã, nec iurauit in dolo proximo suo: Hic accipiet benedictionẽ à domino, & misericordiam à deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eũ, quærentium faciem dei Iacob. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercituum ipse est rex gloriæ Ergo demonstratũ est, quòd non Salomon, sed noster Christus, sit dominus exercituum. is quando post resurrectionem è mortuis in cœlum ascendit, iubentur cœlestes principes ordinati à Deo portas cœlorũ ape-

rire, vt hic introeat qui est rex gloriæ, & post ascensionem dexter patri sedeat, donec ponat inimicos scabellũ pedum suorum, sicut per alium Psalmum declaratum est. Quoniam enim principes cœlestes videbant speciem eius indecoram, inhonorem, & ingloriam, non agnoscentes eum scitabantur: Quis est iste rex gloriæ? quibus respondet sanctus spiritus ex persona patris aut propria, Dominus exercituum, ipse est hic rex gloriæ. nequòd neque de Salomone rege illustrissimo, neque de tabernaculo Testimonij, ianitor vllus templi Hierosolymitani ausus fuisset dicere, Quis est iste rex gloriæ? vnusquisque fatebitur. Et in diapsalmate quadragesimisexti Psalmi legunture, inquam, de Christo hæc: Ascendit Deus in iubilo, dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite, Quoniam rex omnis terræ Deus psallite sapienter. Regnauit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahami, quoniam Dei fortes terræ vehementer elcuati sunt. Item in nonagesimooctauo Psalmo exprobrat vobis Iuda-

tus sanctus, & hunc quem non vultis regnare, regem Samuelis, Aaronis, Mosis, exterorũmque semel omnium declarat. Verba Psalmi sunt hæc: Dominus regnauit, irascãtur populi: qui sedet super Cherubim, moueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Moses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabãt (ait scriptura) Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos: quia custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis. Domine Deꝰ noster tu exaudiebas eos. Deus tu propitius fuisti eis, & vleiscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate Dominũ Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus Dominus Deus noster. Tum Tryphon: Homo, bonũ fuisset nos parere institutoribus, & abstinere à vestris colloquiis, nec de his

rebus tecum verba facere, blasphemiae enim multas loqueris, dum contendis, crucifixum istum adfuisse Mosi & Aaroni, loquutúmque eis in columna nubis, deinde hominem factum pertulisse crucis supplicium, ac mox in cœlum ascendisse, rediturum olim in terras, ea propter adorandum esse. Respondi, Scio verbo Dei doctus, vobis absconditam esse hanc magnam creatoris omnipotentis sapientiam: ideò vobis condolens adnitor vt hæc nostra paradoxa intelligere vos efficiam: sin minus, saltem ipse sim insons in die iudicij. audietis enim quæ magis etiam vt vobis noua demiremini. nolite tamen pauescere, sed auscultate attentius, & examinare pergite, contemptis magistrorum vestrorum traditionibus: quandoquidem compertum est, eos non intelligere quæ Deus per spiritu prophetico prodidit, vt qui sua malint discipulis obtrudere. certè in quadragesimo quarto Psal. similiter Christus prædicatur sic: Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. lingua mea calamus scribæ velociter scribentis: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit

xit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum tu potentissime, specie tua & pulchritudine tua & intende & prospere procede, & regna. Propter veritatem, mansuetudinem iustitiam: que & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ sunt exacutæ ô potentissime, populi sub te cadent, in corde inimicorum regis. Sedes tua Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrram & stactem & casiam à vestibus tuis, à turribus eburneis, ex quibus delectarunt te filiæ regum in honore tuo. Astitit regina à dextris tuis vestitu deaurato circumamicta. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui domusque paternæ: & concupiscet rex pulchritudinem tuam: quoniam ipse est Dominus tuus, & adorabunt eum. Et filia Tyri in muneribus, vultum tuum supplicabunt plebis. Omnis gloria filiæ regis, ab intus in fimbriis aureis circumamicta, varietatibus. Afferentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur cum hilaritate ac lætitia, deducentur

centur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constituesque eos principes super omnem terram. Memor erò nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in seculum seculi. Nec mirum, inquam, si & nos odio prosequimini, quod coarguimus mentis vestræ obstinationem. nam Elias ipse de vobis Deum alloquem queritur: Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua diruerunt, ego relictus sum solus, & quærunt mihi animam adimere. cui responsum est, Adhuc sunt mihi septem millia virorum, qui non flexerunt genu coram Baalis ista tua. quemadmodùm igitur propter illa septem millia Deus iram suam cohibuit, sic & nunc nondum intulit damnationem nec infert, cùm sciat quotidie quosdam nomen Christi discere, & erroris viam relinquere: quorum singuli accipiunt dona vt quisque dignus est; illustrati per hoc Christi nomen. alius enim accipit spiritum prudentiæ, alius consilij, alius fortitudinis, alius sanationis, alius præscientiæ, alius doctrinæ, alius timoris Dei. Ad hæc Tryphon: Dum ista loqueris, debitrix rei scias velo. Ego contrà: Audiam, inquam,

non insanio nec deliro, sed prophetarum est hoc vaticinium, fore vt Christus in cœlum reversus nos iure victoriæ captos reducat ab erroris, donatos suis muneribus. carmen sic habet: Ascendit in altum, captiuam abduxit captiuitatem, dona dedit hominibus. Nos igitur quidam Christi sublimitatem cognouimus, vos vestro iudicio sapientes & scientes sublimitatis conuincimus, qui labia tantùm honoratis Deum & Christum ipsius: at nos operibus, cognitione, corde vsque ad mortem honoramus eum, quem ex ipsa veritate didicimus. Vos autem fortassis etiam ideo dubitatis fateri, hunc esse Christum, sicut scripturæ docent, & ea quæ per illius nomen patrari videmus: ne infectationem ferat principium, qui agitati furiis impostoris serpentini spiritus, non desinent enecare ac persequi confessores Christi nominis, donec iterum veniat, & impositio fine omnibus, cuique retribuat pro merito. Ibi Tryphon, Imaginem expecto fatidicam, cur putes hunc quem ais enixum per spiritum, ascendisse in cœlum, esse illum Christum Dominum. quod Christum passibilem scripturæ prædicent, iterum venturum cum gloria, & subiectis ei gentibus omni-

bus in æternum regnaturum, satis antea declarasti sacrarum literarum testimonio, quòd autem hic ipse sit, fac me certiorem. Tum ego: Id quidem ò amici demonstratum est ex vestra mea cõfessione, modò autem habeatis: attamen ne putetis me hesitare, quòd nequeam expedire probationes quas requiritis, faciam quæ pollicitus sum, vbi locum commodum nactus reuertor ad continuandum quæ dicere cœperam. Mysterium, solennis sacrificij quo in Paschæ festo mactatur agnus ex oraculo, figura, brisi eratis cuius sanguine fideles testi vngunt postes suos, id est scripturas, nam opus à Deo factum Adam ille, vt scitis, factum est domicilium status nostri: diximus, id præceptum fuisse temporaneum, hinc apparet, quia Deus nusquam permittit mactari agnum paschalem, præter locum in quo inuocatur nomen ipsius: nimirum quia scimus venturos dies post passionem Christi, quando solum Hierosolymitanum tradendum esset hostibus, cessantibus semel omnibus victimis quin & illud quod agnus totus assari iubebatur, crucifigendum Christum significabat: siquidem agnus ille in crucis formâ exipsis assatur, alter enim

rectus paxillus ab imo vsque caput trajicitur, alter item trasuersus per occiput, cui armi agni alligantur. idem significant in ieunio selecti ad sacra hirci duo similes, alter emissarius, alter victima, videlicet duos Christi aduentus prænunciantes: primum quãdo cum velut piaculatem solerdotésque: iniectis ei violentis manibus vt neci darentur: secundum, quando in eodem solo Hierosolymitano agnoscetis eum quem dudum contempseratis, & lustralem victimam obtuleratis pro omnibus peccatoribus resipiscentibus, & ieiunium quale describit Esaias ieiuniantibus, facerantibus strangulationes pactorum violetorum, obseruantibusque exterra ibidem epulierata, quorum superius mentionem fecimus, quæ Christo fideles solent obseruare. Illud quoque scitis, solennem duorum hircorum oblationem ieiunij tempore, non alibi quàm Hierosolymis permissam fieri, sicut nec similaquæ pro mundatis à lepra solet offerri ex more, figuratè significans panem Eucharistiæ: quê ille mentis suæ passionis suæ purgandis ab omni peccato animis hominũ, Iesus Christus Dominus noster tradidit

posteris: vt interim gratias agamus Deo, tum pro mundo propter hominem creato cum cæteris quæ hoc continentur, tum pro redemptione qua liberati sumus à peccatis, principatibus ac potestatibus in vniuersum debellatis iuxta diuinum consilium. Quapropter de sacrificiis vestris, quæ tunc offerebatis, sic loquitur Deus vt suprà dixi, per Malachiam vnum è duodecim: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus: & munus non accipiam de manu vestra. ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco adolentur odoramenta nomini meo victimæque puræ: quia magnum est nomen meum in gentibus: vos autem polluistis illud. Cæterum de sacrificio quod offertur in omni loco à nobis gentibus, id est, Eucharistiæ tum pane tum poculo, ibidem prædicit dicens, nos clarificare nomen eius, quod vos profanetis. Sic & præceptū circumcisionis, quæ ab omnibus nuper natis exigitur octauo die, figura erat veræ circumcisionis, resecantis errorem atque malitiam, per eum qui à mortuis resurrexit vna sabbatorum die, Iesum Christum nostrum Dominum. vna enim sabbatorū

manens prima omnium, vocatur octaua in orbem recurrente numero, non obstante quod prima maneat. Quin & duodecim tintinabula è stola pontificis dependentia iuxta præscriptum, significabant duodecim Apostolos pendentes à potentia Christi æterni sacerdotis, per quorum vocem totus mundus gloria gratiáq; Dei ac Christi repletus est. Propterea Dauid dicit: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Item Esaias ex persona Apostolorum Christo dicentium, quòd non audito sermoni suo credent gentes, sed ipsius potentiæ: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? annunciauimus in conspectu eius vt puer, vt radix in terra sitiēte: & quę deinceps sequētia suprà memorauimus. Quod autem dicitur pluraliter, Annunciauimus in conspectu eius, ac mox singulariter, Vt puer: significat multos cōuersos à malicia per obedientiā fecisse imperata illius, atq; ita vniuersos factos tanquam vnum puerum: sicut videre licet in corpore, cum multa membra numerentur, vniuersa corpus vnum esse vocarique. nam & populus & concio cùm sint multi homines, tan-

quamvnum quiddam vno appellantur vocabulo. Alia quoque cuncta instituta Mosaica recensendo possem inquam, ô viri, demonstrare signa fuisse figuráſque prænunciatas eorum quæ Christo erant obuentura, atque etiam eorum quæ vel prædestinati ad fidem in illum, vel ipse Christus, gesturi erant. sed quoniam quæ recensita videntur sufficere, iam reuertor ad sermonis seriem. Ergo sicut Abrahamo coepta circumcisio, à Mose sabbata, victimæ, oblationes, festáque quæ demonstrauit instituta propter dura corda vestri populi: sic cessare deberent ex voluntate patris, postquam ex genere Abrahami & tribu Iudæ, virgineque Dauidicæ stirpis, natus est filius Dei Christus qui prænunciatus est venturus, vt fieret lex æterna & nouum testamentum vniuerso mundo, quemadmodum è suprà memoratis prophetis apparuit. Nos certe qui huius opis ad Deum accessimus, non carnalem istam circumcisionem assumpsimus, sed spiritualem illam, quam Enoch & similes obseruauerunt, hanc nos per baptisma, vtpote peccatores nati, à Deo misericorditer accepimus: & licet omnibus similiter accipere. Nunc rei postulat vt dicamus de natiuitatis il-

lius mysterio. Esaiæ genus ipsius Christi negat esse hominibus enarrabile, cùm dixerit: Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius ob iniquitates populi, ad mortem ductus est. ergo quòd inenarrabile sit genus huius morituri, vt eius vibice sanarentur peccatores, spiritus propheticus hæc locutus est. atque vt modus etiam natiuitatis, quo in mundum prodiit, referretur ab hominibus illis credentibus, per eundem Esaiam spiritus diuinus prodidit his verbis: Et adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum, aut in excelsum. & dixit Achaz, Non petam, nec tentabo dominum. & dixit Esaias: Audite ergo domus Dauid: numquid parum est vobis molestos esse hominibus, quia molesti estis & domino? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. butyrum & mel edet, prius quàm sciat reprobare malum, & bonum eligere. quia prius quàm sciat puer vocare patrem aut matrem, capiet opima Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum: & occupabitur terra,

quam tu tractas durius, à facie regum duorum. Adducet dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cũ rege Assyriorum. Itaque liquet, Abrahæ posterorum neminem, præter nostrum Christum natum esse de virgine, imò ne prædictum ad quidem ullo quoquam alio, attamen quia vos & magistri vestri audetis contendere, in Esaiæ prophetia scriptum, Ecce puella concipiet, non, ecce virgo concipiet, & reliqua, ideò id de Ezecia rege vestro interpretamini, conabor hæc paucis contra vos disserere, & declarare dicta esse de hoc quem nos Christum cõfitemur. Sic enim insons, quantum ad vos attinet, ibo ab ar, si operam dedero vt demonstrationem huius fidem faciam, vos si in obstinatione duri cordis manseritis, aut propositum Christianis mortem horrescentes veritati assentire nolueritis, ipsi eritis in culpa vosmetipsos decipiendo, & credendo quòd cùm sitis Abrahami progenies carnalis, omnino hæredes eritis bonorũ quæ deus per Christum se daturum promisit. nemo enim ne illo quidem genere prognatus quicquam assequetur, ni ex animo fidem Abrahami referat, & omnia mysteria per ipsum. equidem alia quædã præcepta ad religionem & iustitiam exercendam esse data, quædam vero mandata simul instituta, tum vt mystice subindicarent Christum propter dura corda vestri populi id ita esse, apud Ezechielẽ ex ipsius Dei verbis discitur. Si Noe, Iacob, Daniel, deprecentur pro filiis aut filiabus, non condonabuntur eis. Idem & apud Esaiam legitur sic: Dicit Dominus Deus, Prodibunt visuri ossa hominum eorum qui mandata transgressi sunt. nam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt spectaculo mortalibus omnibus. Itaque resecta ista vana spe, vestris animis studendum est vt cognoscatis viã remissionis peccatorũ, & spem hæreditatis promissorum bonorum in nulla est enim alia præter hanc, si agnito hoc Christo, abluti remissionem peccatorum lauacro ab Esaia prædicato, sine peccatis viuatis in posterum. Ibi Tryphon: Et si videat sermonem de rebus necessariis examinandis institutum interrũpere, feres tamen interrogationem quiddam quod cupio discere. Quere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquam, quicquid in mentem tibi venit, ego vel post interpellationem responsionemq; ad eundē sermonem explendum reuerti conabor. Tū ille, Dic igitur mihi: Qui vixerūt iuxta legem per Mosem traditam, ficcine viuent post resurrectionem à mortuis, vt Iacob, Enoch, Noe, annotasti? Ad hęc ego, Homo, cùm ex autoritate Ezechielis dixi, quod etiāsi Noe, Daniel, Iob deprecati fuerint pro filiis filiabusque, non condonabuntur eis, sed sua quæque iusticia seruabitur, nimirum dixi eos seruandos qui vixerunt iuxta institutā Mosaicā. nā Mosis lex præscribit quicquid naturaliter honestum, pium, iustumque est, data propter durum cor populi, & obseruata ab obedientibus: quoniam illi qui ęternas naturę leges honestissimas sequebantur, Deo placebant: & per hunc ipsum Christū in resurrectione pariter posteriores, tū illi priores Noe, Enoch, Iacob & his similes cæteri, seruabuntur cū agnoscentibus hunc Christū esse Dei filium, qui & ante luciferum iuxtā quę erat, & ex virgine hac Dauidici generis nasci in carne sustinuit: vt per eam circumcisionem ille ab initio malefidus serpens cum suis similibus angelis destrueretur, &

nobis contemperetur, tandemque in secundo Christi aduentu in fideles qui deo placere studuerunt nil iuris haberet existendi: nam aliquando alij ad supplicium ignis æterni mittentur, alij iam passionis, corruptionis, molestiarū expertes immortalitatē consequentur, quod si cui libeat nūc quoque viuere iuxta præscripta Mosaica, & modo credat in hunc Iesum crucifixū, & eū pro Deo Christo agnoscat, cui datū sit semel omnium iudicium, etiam is regnum æternum possidebit. Possunt ne & hi seruari sin quit ille. Tum ego: Consideremus & illud, an possibile sit etiam nunc seruare præcepta Moſis omnia. Modo dicebas, inquit, nos non intelligere, quod nec agnum paschalē mactare extra locum designatum, nec ieiunij tempore hircos offerre aliásque victimas omnes liceat. Tū ego: Tu verò quæ censes observatu impossibilia? rogo dic ipse: assentiens enim eum qui æternum ius violat esse à salute alienum. Tum ille, Ego in primis censeo seruanda sabbata, circumcisionemque, & abstinendū à menstruatis, lauandū, post contactū omnium quæ Moses tangi vetuit, atque etiam post coitum. Quid inquam, Abrahā, Isaac, Iacob, Noe, Iob aliique iu-

miles iusti qui hos aut præcesserunt aut
sequuti sunt, vt Sara vxor Abrahami,
Rebecca Isaaci, Rachel & Lia Iacobi,
& reliquæ similes, vsque ad matrem Moy-
si fuerunt, possitne saluos fore? Respon-
dit Tryphon, Non circumcisus est Abra-
ham & eius posteri? Scio, inquam, ipsum
circumcisum fuisse Abrahamum eiusque
progenitum, causam autem circumcisionis
eis iniunctæ iam audistis non semel: quod
si fratrem persecuistis, licet eadem ra-
tiones examinare denuo, cæterum quo-
vsque Mosis ætatem nemo iustus obti-
uerit quicquam eorum de quibus quæ-
bamus, nec vllum præceptum accepe-
prius quam Abraham circumcisus est,
si scitis. Scimus, Io quit, & fatuos esse
temur. Intelligitis inquam, populo vest
propter duriciem cordis talia præce
deum dedisse per Mosem, vt toties a
moniti deum semper haberetis præ o
lis quicquam ageretis, nec iura nec p
rem violando præceptum est enim
de circumferenda tabula cum
vos vnquam obliuio Dei cepisset, &
lacterio membranis tenuissimis insc
certis literis sanctis procul dubio, q

CVM TRYPHONE IVD. 80

gestare iussi estis, vt vos pudeat non per-
petuò Dei meminisse, vtque vestra corda
coarguantur, quod ne minimum quidem
pietatis memineritis: attamen ne sic qui-
dem persuaderi vobis passi estis ne colo-
retis idola: sed qui Liæ seculo nominatis
numerum ait superesse sibi septem mil-
lia virorum qui non flexerint genu co-
ram Baalis statua, in Esaiæ scriptis vos
arguit etiam liberos idolis mactasse, nos
vero ne fœra taciamus quibus solebamus
antea, extremis pœnas perpetimur, & læti
emoriuntur, certo persuasi resuscitaturum
nos Deum per Christum suum, & immor-
tales redditurum quos expertes morborum
corruptionisque, nihil conferentibus ad iu-
stificationem pietatemque præceptis, quæ
vobis iniuncta fuimus propter cordis dure-
riciem. Tum Tryphon denuo scitabatur:
quid si quis hæc ita se habere, & hunc
esse Christum persuasus, credat ei, manda-
tisque eius parere cupiat, num seruabitur?
Vt mihi, inquam, videretur, amice Trypho,
ait fore vt seruetur quisquis talis est, mo-
dos nec quouis, hoc est quos Christus in gen-
tium errore commorantes circumcidit, ob-
mino persuadere oportere, nullum spe-
randa salutis ista non obseruantibus quod

tu conabaris initio colloquij, pernegans me salutem assecuturum ni ista seruauero. Tum ille, Cur igitur dixisti vt mihi videtur aio, saluum fore quisquis talis est? sunt ne qui negent tales seruandos? Sunt, inquam, mi Trypho, qui non audent nec sub tectum quidem aut ad colloquiū admittere tales homines: quod ego non probo. sed si ipsi propter mētis infirmitatem quātum possimus ex præceptis Mosaicis seruando, quæ nos propter duriciem populo data intelligimus, volunt in Christum credere, & sempiternum illud naturæ ius pietatémq; seruare, nec fastidiunt cum fidelibus Christianis consuetudinem non circuncisionem, nō sabbata, & similes obseruationes pleris exigendo: cenſeo tales complectendos, & cum humanitatis officia tanquam germanis fratribus, quòd si vellent, ò Trypho, hunc Christum esse confessi, ex gentibus ad fidem ipsius conuersos cogere ea obseruare quidquid Mosaica lex præcipit, aut a rectis actibus se alienarent, & ipsos impiebarent pariter. cæterùm eos qui libenter illi parerent vt commodè ad instituendam rempublicam, simúlque Christū Dei cōfiterentur, vel salutem assecuturos exilli

eos vero qui agnitum hunc Christum confessi, post defeciuerunt quacunque de causa ad legem Mosaicam, simúlque Christum ipsum negarunt, nisi ante obitum pœnituerit, haud quaquam seruandos pronuncio: Abrahami quoque progenitos semine, secundum legem viuentes, nisi ante vitæ finem in hunc Christum crediderint, similiter aio salute caituros, istos præcipue qui in suis synagogis deuouerunt hunc Christum atque deuouent: quibus suadeo vt ad salutem aspirent, caueantque sibi ab ignis æterni supplicio. nā bonitas & humanitas Dei pro sua immensa benignitate etiā peccatores, sicut per Ezechielem promittit, resipiscentes amplectitur tanquam iustos & innoxios, itidem eos qui à pietate ac iustitia deficiunt ad impietatem & iniustitiam, inter peccatores & iniustos impiósque numerat. Ideo dominus noster Iesus Christus dixit: Quales vos inueniam, tales iudicabo. Tum Tryphon. Audiuimus quid de his rebus sentias. Reuertere igitur eò vnde digressus es. minus enim erat sermo tuus, & vix credibilis, vereor ne non possit certis argumentis cōfirmari. quod enim dicebas, cum Deus sit hic Christus ante secula, deinde

sustinuisse vt homo factus nasceretur: S
quòd non sit homo ex homine: id non so
lum incredibile, sed & stultum mihi vide
tur. Scio, inquam, hæc videri vix credibi
lia, præsertim vestris hominib⁹, qui res di
uinas nec cogitare nec tractare vnquam
curastis, sed traditiones magistrorum ve
strorum, sicut ipse Deus clamat. Sed
mi Trypho, non vanescit hæc propositio
hunc esse Christum Dei, si non valuerit
demonstrare fuisse illum iam antea filium
Dei creatoris rerum omnium, ac deinde
hominem natum de Virgine: modò cu
eam hunc esse Christum Dei, quisquis
se sit: nam si nō demonstro, eum iam ne
fuisse, prius quàm homo factus carne
nostræ similem sumeret ex patris arbi
trio, hactenus tantum errare me pos
dicere: sed non est æquum vt esse ho
Christum neges, si liceat hominē ex ho
minibus natum ad hoc vt per electionem
Christus fieret. etenim sunt quidam
amici, ex nostris hominibus qui fate
tur eum Christum esse, sed hominem ex
hominibus aiunt: quibus non assenti
ne si maxima quidem turba esset sic opi
nantium: quandoquidem non humanis
doctrinis iubet nos Christus credere, sed

suæ doctrinæ, beatorúmq; prophetarum
vaticinijs. Tum Tryphon, Atqui mihi vi
dentur hi qui aiunt hominem natum ex
hominibus, deinde per electionem inūctū
& Christum factum, probabiliora dice
re, quàm vos qui diuersum, vt ais, asse
ritis. nos enim omnes expectamus Christū
fore hominem ex hominibus, & Eliam
eum vncturū vbi venerit. quòd si is Chri
stus esse declarabitur, vtique hominem
ex hominibus prognatum constabit. quo
niam autem ne Elias quidē venit, nec hūc
esse Christū dicturus sum. At ego percō
tabar, Nónne Elias venturus per Zacha
riam promittitur, antequā veniat magnus
ille terribilis dies Domini? Maxime, in
quit, Ergo cùm necesse sit fateri, duos
aduentus Christi prænunciatos à prophe
tis, in altero venturum passibilem, inde
corum & inglorium: in altero illustrem &
omnium iudicem, vt iam sæpe demonstra
tū est: nónne ante magnū & terribilē diē
venturum Eliam oportet nos ex Dei ver
bis intelligere? Maximè inquit. Noster
quoque Dominus, hoc ipsum inter cæ
tera docuit, venturū olim Eliam, & id ita
fore scimus, quando in gloria de cœlis
Dominus noster Iesus Christus veniet:

cuius etiã priorem aduẽtũ præcesſit Dei ſpiritus qui in Elia fuerat, in Ioanne propheta veſtri generis, poſt quẽ nullus alius propheta apud vos extitiſtis ad Iordanem fluuium ſedens clamabat: Ego quidem vos baptizo in aqua ad pœnitentiam, veniet autem fortior me, cuius nõ ſum idoneus portare calceos: ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne: cuius in manu eſt ventilabrum, & perpurgabit aream ſuam, & frumentum comportabit in granarium, paleas autem comburet igne inextinguibili, hunc ipſum prophetam rex veſter Herodes incluſerat in carcerem: cũmque in natalitiis ipſius ſaltatrix fratris filia regi placuiſſet, iuſſiſſetq; eam petere quidlibet, puella monitu matris petiit caput Ioannis conjecti in carcerem ad cuius preces miſſo ſatellite, mox caput in lãce intulit vt iuſſus fuerat. Ideo noſter Chriſtus cũm eſſet in terra, dicentibus quibuſdam oportere ante Chriſtum Eliam venire, ait: Elias quidem veniet, & conſtituet omnia: Dico autem vobis Eliam veniſſe iam, & non agnouerunt eum, ſed fecerunt ei quicquid voluerunt & aſcriptum eſt, tum demum intellexiſſe diſcipulos, cum de Ioanne Baptiſta

dicere. ad hæc Tryphon, id quoque videtur parum credibile, ſpiritum Dei propheticum qui in Elia fuerat, & in Ioanne fuiſſe. Nónne tibi videtur, inquam, idem accidiſſe Ieſu Naue filio, qui dux populi, & Moſis ſucceſſor fuit? quando iuſſus eſt Moſes ei manus imponere, Deo dicente: Et ego transferam in eum de ſpiritu qui inte eſt. Maximé, inquit. Ergo inquã, quemadmodũ Moſe etiam tum ſuperſtite Deus in Ieſum tranſtulit de illius ſpiritu: ſic potuit efficere vt ab Elia in Ioannem migraret ſpiritus: vt ſicut Chriſtus in primo aduentu obſcurus prodiit, ſic & ſpiritus, ſemper in Elia Chriſtũ antecedentis, primus aduentus obſcurus intelligatur. nam occulta manu Dominus Amalecitas debellaſſe dicitur, quos tamẽ corruiſſe non negatis. quòd ſi Amalecitas non niſi glorioſo Chriſti aduentu debellandos dicitis, quorſum attinet illud dictũ, Occulta manu Deus debellat Amalecũ? poteſtis intelligere, occultatam fuiſſe Dei potentiam in Chriſto crucifixo, quẽ & dæmones metuunt, & in vniuerſum omnes principatus poteſtatéſque terrarum. Tum Tryphon: Videris mihi crebra conflictatione exercitatus in omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstionibus,& ideò promptè respõdere ad interrogata quælibet. respõde igitur priùs quomodo potes demonstrare, alium etiã esse Deum præter creatorem omniũ. tum demũ persuadebis eũ sustinuisse nasci de Virgine. permitte, inquã, mihi priùs recitare verba quædã, quæ Propheta Esaias cecinit de præcursore Domini nostri Iesu Christi Ioanne, qui Baptista simul & Propheta fuit. Permitto, inquit. Esaias, inquam, de Ioanne antecessuro sic prædixit. Et dixit Ezechias ad Esaiam: Bonum verbum Domini quod locutus est, fiat tantùm pax & iustitia in diebus meis. Cõsolamini populum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem & consolamini eam: quoniam completa est humiliatio eius, absoluta est ab iniquitate sua, quoniam accepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. omnis vallis replebitur, omnis mons & collis humiliabitur: & omnia prava fient directa, & aspera in vias planas redigentur, & conspicua fiet gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei, quia Dominus locutus est. Vox dicentis, clama. Et

dixi, quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis quasi flos fœni. aruit fœnum, & flos eius excidit, verbum autem Domini manet in æternum. super mõtem excelsum ascende qui Euangelizas Sioni, exalta vehemẽter vocem tuã qui Euangelizas Hierosolymæ: exaltate, nolite timere. Die ciuitatib' Iudæ, Ecce Deus vester, ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus eius corã illo. sicut pastor pascet gregẽ suum, brachio suo congregabit agnos, & grauidã cõsolabitur. quis mẽsus est manu aquam, & palmo cœlũ, & pugillo terram vniuersam? quis appendit montes statera, & bilance tumulos? quis novit mẽtem Domini, quis ei fuit à consiliis adiuuans eum? cum quo iniit consiliũ & instructus est? quis ostendit ei iudiciũ, & docuit eum viã iustitiæ? Omnes gentes quasi stilla cadi, & quasi momẽtum bilancis reputata: sunt, & sicut sputum reputabuntur. & Libanus non sufficiet ad succendendum, & quadrupedes non sufficient ad holocautomata, & omnes gentes nihil sunt, & pro nihilo reputantur. Vbi verò desij, subiecit Tryphon, Omnes

sermones huius prophetiæ sunt ambigui bone vir, & nihil habent ad probandum ea quæ conaris, efficax. Respondi, nisi prophetæ mi Tryphon, defuissent in vestra gente post Ioannem, poteratis eorum quæad Iesum Christum refero ancipitem interpretationem facere. quod si Ioannes præcesserit clamitans, ageretpœnitentiam, & Christus adhuc eo sedente apud Iordanem fluuium superueniens finem prophetiæ baptismóque illius imposuit, ipse lætum afferens propinqui regni cœlestis nuncium: & prædicens se multa passurum à Scribis Pharisæisque, ac demum post crucis supplicium tertia die resurrecturum, reuersurúmque Hierosolyma, & cibum ac potum sumpturum vna cum discipulis: ad hæc inter duos aduentus eius exorituros sacerdotes ac prophetas falsos qui se iactent ipsius nomine, id quod factum videmus, quomodo potestis dubitare amplius, cùm positis rebus ipsis credere? Dixeram autem de sublatis prophetis è vestro genere, & de olim promisso Dei fœdere agnoscendo iam postquam est exhibitum, de Christo videlicet. Ita lex & prophetæ in Ioan-

ne Baptista desinunt, post quem regnum cœlorum vim patitur, & violenti illud diripiunt, & modo velitis accipere, ipse est Elias ille venturus. qui habet aures ad audiendum, audiat. Quin & Iacob patriarcha duos Christi aduentus prædixit, & in primo fore ipsum passibilem, post quem nec prophetam vllum nec regem vos habituros qui sit vestri generis: & addit, gentes Christo passo credulas, expectaturas aduentum eius alterum. per similitudinem tamen & velatè data opera spiritus sanctus hæc prolocutus est, inquam, verbis hisce: Iuda te laudabunt fratres tui, tuæ manus vigebunt terga inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, è germine fili mi ascendisti: recubans sopitus est vt leo vel leonis catulus: quis excitabit eum? Non deficiet princeps è Iuda, nec dux è femoribus eius, donec veniant quæ reposita sunt ei: & ipse erit expectatio gentium, alligans ad vitem pullum suum, & ad palmitem asellum suum. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum, hilares oculi eius à vino, & dentes eius

lacte candidiores Certe non estis tam impudentes vt audeatis negare, prophetas & qualescunque principes nunquam vobis defuisse vsque aduentum Iesu Christi passionémque. nam & Herodem sub quo passus est, Ascaloni oriundum, tamen recensetis inter vestri generis pontifices, quasi iuxta Mosi legem hostias obtulerit, tunc quoque ac cæteros ritus obseruauerit: & prophetarum successiones vsque Ioannem continuatis: adeò vt ne translmigrationis quidem Babylonicæ tempore, vastata regione ablatáque sacra templi supellectile, prophetia inter vos cessauerit, cuius authoritate regeretur populus. nam spiritus qui prophetas afflabat, etiam principes vobis constituebat inungebátque: sed postquam Iesus noster Christus in gente vestra exortus & necatus est, nusquam prophetam habuistis nec habetis, imò ne regem quidem proprium & insuper vestra terra deserta est, derelicta tanquam autumnale custodiarium. quod autè scriptura per Iacob prædixit: Et ipse erit expectatio gentium, figuratè duos aduétus eius significauit, & gentes ei crediturας quod

tandem repræsentatum videtis. quoquot enim ex omnibus gentibus per fiduciam in Christum pij iustíque facti sumus, redituru eum expectamus. tum illud, alligans pullum suum, & ad palmitem asellum suum & eorum quę in primo aduentu egit, & futuræ gentium credulitatis erat præfagium. hi sunt enim tanquam pullus nundum clitellatus necdum iugum expertus, donec Christus venit & missis discipulis eruditi eos: vt eius verbi iugo suscepto terga præberent sustinendis omnibus oneribus spe promissorum præmiorum: imò & reuera asinam quandam cum pullo suo ligatam in aditu vici Bethphagæ, Dominus noster Iesus Christus Hierosolyma petituras iussit sibi adduci per discipulos: &sic inuectus est in eam vrbem quę admodum manifestè prophetatum de illo fuerat, quo magis hoc facto Christus esse agnosceretur. nihilominus post hæc omnia peracta, etiam scripturis conuicti perstatis in cordis duritie. prædixerat autem id ita fore vnus è duodecim prophetis Zacharias ad hunc modum: Lætare valde filia Sion, iubila & prædica filia Hierusalem: ecce rex tuus veniet

tibi iustus & seruator, mitis & pauper, ascendens super iumentum & pullum asinæ. Quod autem etiam asinam iugalem vnà cum suo pullo spiritus propheticus ac patriarcha Iacob in bonis eius recensent, atque ipse, vt dixi, suis discipulis imperat animal vtrumque adducere: prænunciabantur etiam è vestra synagoga quidam crediturí in eum vnà cum gentibus. quemadmodum enim gentes significabat pullus indomitus, sic asina clitellata vestrum populum gestatis enim legem à prophetis impositam. Idem propheta Zacharias etiam percutiendum hunc ipsum Christum & diffugituros discipulos prædixerat, quod & euenit. postquam enim crucifixus est, discipuli eius perpetui comites dispersi sunt donec à mortuis resurgeret, quos passionē suam à prophetis prænunciatā fuisse iam docuerat. eam doctrinam illi mox per totum orbē sparserunt. vnde nos quoque in fide ac disciplina eius confirmati sumus, persuasi tum prophetarū testimoniis, tum discipulorum miraculis, quæ per crucifixi nomen toto orbe patrari cernimus, verba Zachariæ sunt hæc: Framea insurge contra pastorem meum, & contra

virum populi mei, dicit dominus exercituum: percute pastorem, & dispergentur oues eius. Item quam è Mose retulimus patriarchæ Iacob prædictio: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum: significabat abluēdos eius sanguine quotquot in eum crederent. nam spiritus sanctus stolam vocat eos qui per ipsum remissionem peccatorum accipiunt, quòd his semper adsit sua potentia, & manifestè in secundo aduentu aderit. exterùm sanguis vuæ non temere dictus significat, habere quidem Christum sanguinem, non tamen ex humano semine, sed ex dei potentia. sicut enim vitis sanguinem nō homo sed Deus genuit, sic Christi sanguis non ex humano genere, sed ex dei virtute prouenturus prædicebatur. Hæc est amici prophetia, ex qua dicebam liquere, Christū non esse hominem ex hominibus communi hominum more genitum. Respōdit Tryphon. Memores erimus huius quoque interpretationis tuæ, si & aliis argumentis eam confirmaueris. nunc ad propositum reuersus ostende nobis, vbi spiritus propheticus dicat esse alium deum præter creatorem omnium: modo ne solis lunęque mentio-

nem facias, quos tanquam deos legimus concessos gentibus vt colantur adorentur: & ideo prophetas interdū sic loqui, Deus tuus Deus deorum est & dominus dominorum: adderéque aliquoties, ille magnus & fortis & terribilis. nec enim hæc dicuntur quòd dij sint, sed vt sciamus illum verum Deum, creatorem videlicet, esse solum dominum illorum qui pro diis habentur & dominis. id vt indicaret et spiritus sanctus, per sanctū David pronuntiauit deos gentiū non esse deos, sed simulachra dæmonum, ac impreexecratur opifices eorum cultoréque. Non hæc, inquam, argumenta proferus eram mi Tryphon, quibus talem cultō es & adoratores damnari scio, sed tam valida vt nemo queat contradicere. nova tibi videbuntur, quamuis apud vos legantur quotidie. vt vel hinc possitis intelligere, vestram maliciam esse in causa cur Deus vobis non aperiat sapientiam in scripturis suis reconditam, exceptis aliquot, quos propter suam magnam misericordiam, vt ait Esaias, reliquit semen arium seruandorum, ne sicut olim Sodomitarum Gomorræorūmq; genus vestrum funditus intereat. Aduertite igitur

his quæ vobis recitabo è sacris literis: quæ modò audiantur nullo habent opus interprete. Moses ille beatus, fidus minister Dei, narrans conspectum esse Abrahamo ad quercum Mambre degenti Deum, comitatum duobus angelis secum ad condemnanda Sodoma missis ab alio semper in cœlis manente, qui per scipsum nemini vnquam visus aut auditus est, creatore patréque omnium, sic loquitur: Apparuit autem ei Deus ad quercū Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui meridie: cúmq; leuasset oculos, vidit, & ecce tres viri superuenerūt. quibus cōspectis properauit in occursum eorum ab ostio tabernaculi sui, & adorauit pronus ad terram, dixítque, & quæ deinceps sequuntur vsque illa verba. Abraham autem mane progressus in locum vbi steterat coram domino, intuitus est prospectum Sodomorum & Gomorræ agrisque illarum. & ecce ascendebat flamma ex agro sicut è fornace candente. quibus recitatis rogabam num satis intellexissent. Aiebant se intellexisse, nihil tamen contineri verbis his vnde probetur esse alium deum aut dominum, præter illum à spiritu sancto celebratum creatorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius rerum vniuersitatis. Conabor, inquam, è scripturis declaratis persuadere quæ aio, esse dicíque alium quoque Deum & dominum præter creatorem: eum vocari angelũ siue nuncium, quòd nunciet hominibus quicquid eis nunciari vult creator ille omnium, quo nullus alius deus est superior. tum repetitis quæ prius narraueram, rogabam Tryphonem: putásne Deum sub quercu Mambre visum Abrahamo, sicut sactis liteis proditur? Maximè, inquit. Erâne inquam vnus ex illis tribus, quos virili specie conspectos Abrahamo, credimus autori spiritui prophetico? Non, inquit, sed Deus apparuit ei prius quã tres illos cernerent, deinde tres angeli quos scriptura virum nominat, duo missi ad delenda Sodomã, vnus nunciaturus Sarræ natiuitatem filij, ad quod missus fuerat, & officio perfuctus abiit. Quomodo igitur inquam, vnus è tribus exceptis tabernaculo, qui dixerat, Hoc tempore anni reuertar ad te, & erit Sarræ filius: igitur reuersus est natum Sarræ filium, & Deum ipsum esse propheticus sermo ibi quoque significat. ea autem perspicuum vobis fiat quod dico, audite Mosem disertè loquentem hunc

in modum: Cúmque vidisset Sarra filiũ Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit Abrahamo: Expelle ancillam istam cum filio suo: non enim erit cohæres filius ancillę filio meo. id dictum de filio durum videbatur Abrahamo. cui dixit Deus: non est cur durum tibi videatur, quod dixit Sarra de ancilla & puero. quicquid dixerit audi vocem eius: quoniam in Isaac vocabitur tibi semen. Intellexistis igitur, quòd qui sub quercu prædixerat se reuersurum, vt præscius Abrahæ opus fore Sarra consultrice, reuersus scribitur? sicut verba hæc significant: dixit autem deus Abrahamo: non est cur durum tibi videatur quod dixit de ancilla & puero. Maxime, inquit Tryphon. sed hinc non persuades alium esse deum præter hunc Abrahamo conspectum, qui & aliis patriarchis prophetisque apparuit. tantum ostendisti nos non recte intelligere, omnes tres exceptor Abrahami tabernaculo fuisse angelos. Respondi: etiamsi è scripturis non possem demonstrare vnum ex illis tribus & Deum esse, & angelum vocari, quòd eo nunciante (vt iam dixi) perferantur mandata dei creatoris ad quoscunque

ille vultu tamen cum ipsum qui specie viri conspectus est in terris Abrahamo comitatus duobus angelis, probabiliter intelligeretis deum antiquiorem mundo condito, sicut tota natio vestra intelligit. Certe, inquit, sic enim citra seculum consistereramus. Tum ego: reuertamur ad scripturas, dabo operã, vt per ipsã deũ, hunc qui Abrahamo, Iacobo, Mosique conspectus dicitur, & in scripturis deus vocatur, esse à creatore diuersum numero, inquam, non sententia. certũ est enim, cum nihil vnquam fecisse, nisi quod ipse mundi creator, quo non est superior deus alius, faciendum atque dicendum constat. Fac, inquit, vt id iam liqueat, vt hic quoque consentiamus: quandoquidem videris dicere, illum nec fecisse quicquam nec loquutum esse præter creatoris sententiam. Scriptura, inquam, proximè citata vobis id declarabit. verba enim sunt hæc: Sol exortus est super terram, & Lot ingressus est in Segor: & Dominus pluit super Sodoma & Gomorram sulphur & ignem à Domino de cœlo, & subuertit has ciuitates cum agris earum omnibus. Tum vnus è quatuor Tryphonis comitibus qui permanserant, Ergo, inquit, fatendũ est, eum vnum, quem duobus angelis Sodomã profectis Moses nominat Dominum, esse Deum alium, qui se Abrahamo cernendũ præbuerit. Non hac tantum de causa, inquam, verum sadam præter hunc qui creator omnium rerum intelligitur, Dominum dici à sancto spiritu, nec solum per Mosem, sed & per Dauidem. nam & ille cecinit: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: sicut iam ante recitaui. Rursum aliubi: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo iustitiæ præ consortibus tuis. Ergo si & alium quendam deum dominumque prædicari à spiritu sancto dicetis, præter omnium patrem & Christum eius, respondete: equidem pollicitus sum me per scripturas declaraturum, non alterum è duobus angelis Sodãma profectis appellari Dominũ, sed illum dici Deum, qui cum eis Abrahamo videndum se præbuit. Declara, inquit Tryphon, nam vt vides & dies procedit, & nos impa-

rati sumus ad tam periculosas responsiones: quandoquidem talia scrutantem aut quærentem aut declarantem audiuimus antea neminem. at ne te quidem tulissemus, nisi ad scripturas referres omnia. nam ex his argumenta conaris adducere, & negas vllum deum creatore superiorem. Scitis, inquam, legi sic in sacris literis: Et dixit dominus ad Abraham: quare risit Sarra dicens, Num verè paritura sum anus? nunquid deo quicquam est difficile? hoc anni tempore ad te reuertar olim, & habebit Sarra filium. Et paulò pòst, cúmque surrexissent inde viri, direxerũt oculos contra Sodoma: Abraham verò simul gradiebatur deducés eos. & dixit Dominus: Num cælare potero Abrahamum quę gesturus sum ac rursum paulò pòst. Dixit dominus, Clamor Sodomorũ & Gomorræ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. Conuerterúntq; se inde viri, & abierunt Sodomam. Abraham autem adhuc stabat coram domino, & appropinquans ait: Nunquid perdes iustũ cum impio? & quæ deinceps

sequuntur. non libet enim eadem repetere, sufficiunt quæ protuli vt rem Tryphoni probabilem facerem. tandem ad eum locum deueni vbi legitur: Abiitque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille quoque domum reuersus est. Venerúntque duo angeli Sodoma vespere, sedente Lot in porta ciuitatis, & deinceps vsque illa verba: viri autem correptum manibus Lotum attraxerunt ad se in ædes, & clauserunt eas & quæ sequuntur vsque illa: & apprehenderunt angeli manum eius, & manum vxoris, & manus filiarum, eo quod parceret Dominus illi. & postquam adduxerunt eos extra ciuitatem, dixerunt: Serua animam tuam, noli respicere post tergum, nec cõsistas vsquam in agro circumuicino. in montem serua teipsum, ne simul abripiaris. dixítque Lot ad eos: precor Domine, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te & magnificasti iustitiã tuam quam fecisti mecum, vt viuat anima mea: nec possum in mõtem euadere, ne forte assequatur me calamitas & moriar: ecce ciuitas hæc iuxta, ad effugium patet, parua, nunquid non parua est, & viuet anima mea. Dixítque ad eum: ecce rationem tui ha-

beo, & hoc quoque impetrasti vt non subuertam oppidum pro quo deprecatus es. Propera vt seueris in ea. Non enim potero exequi mandatum donec te illuc recipias. propterea vocauit nomen illius oppidi Segor. Sol exortus est super terram, & Lot ingressus est Segor: & Dominus pluit super Sodoma & Gomorram sulfur & ignem à Domino de cœlo, & subuertit ciuitates has cum suis omnibus. His recitatis rursum rogabam, Ne nunc quidem intelligitis amici, vnum ex his tribus Deum Dominumque esse illi cœlesti ministrantem, duorum angelorum dominum? progressis enim eis Sodoma, ipse relictus colloquebatur cum Abrahamo, sicut Moses literis prodidit, qui postquam digressus est absoluto colloquio, Abraham quoque domum redit: illic autem vbi superuenit, non iam duo angeli versantur cũ Lot, sed ipse, vt scriptura indicat: & est Dominus, à Domino illo cœlesti, hoc est rerũ creatore, accepta potestate animaduertẽdi in Sodoma Gomorrámque, quod his verbis recensetur: Dominus pluit super Sodoma & Gomorra sulfur & ignem à Domino de cœlo. Tum Tryphon, me silente, Apparet inquit,

scripturas nobis hãc confessionem exprimere. Illud dubitatione dignum esse non negabit, quod dicitur edisse quæ Abraham parauit & apposuit. Scriptum est, inquam, illos edisse. id si de tribus dictum accipiamus, nõ de solis duobus, qui reuera erant angeli, & in cœlis vt constat vesci soliti, licet alio cibo quàm homines. nam de manna qua patres vestri alebantur in deserto, ait scriptura: Panem angelorum eos edisse: dicerem sic intelligendum hic, vt cum dicitur ignis comesse omnia. nec tamen id accipitur ita, quasi commansa maxillis & dẽtibus absumpserit, proinde ne id quidem relinquitur vlli dubium, si tropologiam vel modicè attigimus. Ad hæc Tryphon: possumus & huic difficultati mederi si tropum admittamus, & absumpta intelligamus quæ comesta scribuntur. perge rationem reddere, quomodo hic Deus Abrahamo conspectus, minister Dei creatoris omnium, de Virgine natus est homo cæterorum passionibus obnoxius. Tum ego, Sine mi Tryphon, prius alias probationes ad hoc caput pertinentes adducã prolixius, vt vobis etiam persuasum fiat, tum postea reddetur ratio quam postulas. Fac

vt libet, inquit, facturus mihi rem gratissimam. Scripturis, inquam, vobiscum actur sum, non verborum apparatu artè ostentaturus. non sum enim tali facultate præditus, tantùm gratiam intelligendi scripturas Deus mihi dedit, cuius participes sine mercede & sine inuidia fieri omnes hortor: ne si secus faciam, reus fiam venturo iudicio, quando creator omnium Deus iudicabit per Iesum Christum meum Dominú. Facis, inquit, Tryphon, vt homine pio dignum est, sed videor mihi quandam ironiam in tuis verbis deprehendere, dum negas tibi artem dicendi contigisse. Sit ita, inquam, si ita tibi videtur. equidem credo me nihil fingere: sed vt probabiliora quæ supersunt efficiam, aduerte animum. Dic, inquit. Tum ego: Fratres, Hoc quoque Moses scripsit, quòd hic qui conspectus patriarchis dicitur, Deus, & angelus & Dominus appellatur, vt vel hinc agnoscatis eum ministrantem patri vniuersorum, sicut iam annuistis, & pluribus argumentis persuasi confirmabimini. Verbum Dei per Mosem sic narrat de Iacobo Abrahami nepote. Et postquam conceptus ouium aduenerat vidi oculis meis per somnium, & ecce hirci & arietes salientes super oues capráque secti linea candida, & varij, & cinericij sparsi maculis. dixitque angelus Dei ad me in somnis: Iacob Iacob, & respondi, Quid est Domine? & ait: tolle oculos tuos, & vide hircos arietésque salientes super oues & capras, sectos linea candida & varios & cinericios sparsos maculis. vidi enim quicquid tibi Laban facit, ego sum Deus ille quem vidisti in loco Dei, vbi vnxisti mihi colúnam, & votum vouisti mihi, nunc ergo surge, & egredere de terra hac & proficiscere in terram natalem, & ero tecum. Rursum aliubi de eodem Iacobo sic loquitur: Surrexit autem nocte illa, assumptisque duabus vxoribus, & duabus pedisequis, & vndecim pueris, trãsiuit vadum Iaboch, & transmisit vltra torrentem sua omnia. ipse verò mansit solus, & luctabatur angelus cum eo vsque mane. vidit autem se non posse prævalere, & tetigit latitudinem femoris eius, quæ mox inter luctandum obtorpuit. dixitque ad eum: dimitte me: ascendit enim aurora. respondit, non dimittam, nisi bene precatus fueris mihi. tum ille: Quod nomen est tibi? respondit: Iacob. at ille: nequaquam,

inquit, Iacob appellabitur nomen tuum,
sed Israël: quoniam si robustus fuisti con-
tra Deum, prævalebis & contra homi-
nes. Iacob autem rogauit, Die mihi no-
men tuum. & respondit alter, quid
quæris de meo nomine? & benè omina
est ei in eodem loco. Vocauitque Iacob
nomen loci, Visio Dei, dicēs: Vidi Deum
facie ad faciem, & gauisa est anima mea.
ac rursum aliubi de hoc ipso Iacobo lo-
rans sic ait: Venit autem Iacob Luzam
quæ est in terra Chanaan, cognomento
Bæthel, ipse & omnis populus qui e
cum eo. ædificauitque ibi altare, & appe
lauit nomen loci illius Bæthel: ibi enim
apparuerat ei Deus cùm fugeret Esau
fratrem suum. eodem tempore mortua e
Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta e
ad radices Bæthel subter quercum: vo
cuúmque est nomen loci illius Quercus
luctus. Apparuit autem iterum Deus I
cobo postquàm reuersus est de Mesopo
tamia Syriæ, benedixítque ei dicens: Non
appellabitur nomen tuum Iacob, sed Is
raël erit nomen tuum. Deus vocauit
Deus est, & erit. Cúmque annuissent o
mnes: & illa verba, inquam, quæ narra
quomodo fugienti fratrem Esaum, hic

angelus & Deus & Dominus in specie vi-
ri apparuerit, & in specie hominis cum
ipso Iacobo colluctatus sit, necessaria re-
latu existimo. sunt autem hæc: Et profe-
ctus Iacob à puteo Iuramenti pergebat
Charras, cúmque venisset ad locum, cu-
bauit illic. Occidebat enim Sol. tulítque
de lapidibus loci, & supposuit suo capiti,
atque ita dormiuit. vidítque in somnis
scalam stantem super terram, & summitas
eius pertingebat ad cœlum, angelos quo-
que Dei ascendentes & descendentes per
eam. Dominus autem innixus scalæ allo-
cutus est cum dicens: Ego sum Dominus
Deus Abrahami patris tui & Isaaci. Noli
timere. Terram in qua dormis, tibi dabo
& tuo semini, & erit semen tuũ sicut pul-
uis terræ. dilatabitur ad mare & austrum
& septemtriones & orientem, benedicen-
túrque in te omnes tribus terræ & in se-
mine tuo. Deducam te quacunque pro-
ficisceris, & reducam in terram hanc, quia
non destituam te donec perfecero quæ-
cunque locutus sum tibi. cúmque eui-
gilasset Iacob de somno, ait: Dominus
est in loco hoc, & ego nesciebã, territúſ-
que dixit, quàm horribilis est locus hic:
non est hic aliud, nisi domus Dei & porta

cœli. Surgens ergo Iacob mane, tulit la
pidem quem capiti suppositerat, & erexit
in titulum, & infudit oleum desuper, ap
pellauitque nomẽ loci Domus Dei, cùm
prius Vlammaus dictum sit hoc oppidum.
His recitatis sustinete, inquam, vt & è li
bro Exodi vobis demonstrem, quomo
do hic ipse qui angelus, Deus, Dominus
vir, homo Abrahamo Isaacóque visus
est, in ardente rubo Mosi cõspectus est
alloquebatur. cúmque libenter & absq
que tædio se audituros pollicerentur,
hæc sunt, inquam quæ leguntur in Exo
do. Post multos autem dies illos mortuus
est rex Aegypti, & ingemuerunt filij Is
raël propter opera: & reliqua vsque Vo
de conuoca senatum Israël, & dices ad
eos: Dominus Deus patrum vestrorum,
Deus Abrahim & Deus Isaac & Deus
Iacob apparuit mihi dicens: Visitatio
ne inuiso vos, & quæcunque acciderunt
vobis in Aegypto. Quibus recitatis, In
telligitis, inquam, ô viri, quod quem
Moses angelum ex igne locutum sit, &
indicat ipsi Mosi se esse Deum Abraha
mi, Isaaci Iacobique? Non hoc ioquor,
Tryphon intelligimus ex verbis mo
recitatis, sed angelum fuisse qui in flamma

ignis conspectus est, Deum verò Mosi lo
quutum, itaque & angelum & Deum
duos simul apparuisse illo tempore. Tum
ego, Etiamsi concedamus amici & ange
lum & Deum simul eadem visione Mosi
apparuisse, de qua scripturam audiuimus,
non est ille rerum creator hic qui apud
Mosem profitetur se Deum Abrahami,
Isaaci, Iacobíque sed is quem, vt decla
ratum est, Abraham & Iacob conspexe
runt ministrantem creatoris voluntati, &
exsequentem decretoriam ipsius contra
Sodomitas sententiam. itaque etiamsi res
sic se habeat vt dicitis, quòd duo erant
angelus & Deus, non creatorem illum
patrémque omnium relictis rebus cœle
stibus in exiguo terræ spatio conspectum
esse, quiuis modò sanæ mentis sit, aude
bit dicere. Tum Tryphon, Quoniam
declaratum est, quòd ille Abrahamo cõ
spectus, qui Deus & Dominus nomina
tur, è cœlestis Domini autoritate intu
lit Sodomorum terræ quæ intulit, & nunc
quoque angelus erat cum altero Mosi
Deus conspectus: Deum qui è rubo Mo
sem alloquutus est: non rerum creato
rem Deum fuisse intelligemus, sed al
terum, illum, quem demonstratum est

visendum se præbuisse Abrahamo, Isaaco Iacobóque: qui etiam angelus creatoris Dei esse dicitur & intelligitur, eo quod renunciet hominibus voluntatem patris creatorisque omnium. Tum tyro attamen mi Tryphon rursum demisit ro, hunc ipsum qui solus & angelus vocatur & Deus est, non modo apparuisse Mosi, sed colloquutum etiam. sic enim scribit scriptura: Apparuit autem ei angelus Domini in flamma ignis de rubo: & videbat rubum ardere, nec comburi. tum & dixit Moses: accedam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. vbi verò Dominus vidit accedentem visendi causa, vocauit eum de rubo. quemadmodum igitur cum qui Iacobo in somnis apparuit, angelum scriptura dixit: deinde hunc ipsum angelum narrat sic locutum: Ego sum ille Deus qui vidisti cum vultum Esau fratris tui fugeres: & Abrahami ætate damnatis Sodomis Dominus à Domino de cœlo damnatione intubisse legitur: sic & nunc quando scriptura narrat angelum Domini apparuisse Mosi, ac mox Dominum deum que fuisse significat: eum ipsum intelligat quem sæpe legimus ministrantem illi Deo

per mundano Deo, quo non est alius superior. Aliud quoque testimonium è scripturis vobis Amici, proferam, quòd in principio ante omnes creaturas Deus ex seipso genuit potentiam quandam rationalem, quæ & gloria Domini à spiritu sancto vocatur, interdum etiam filius, sapientia, angelus, sermo, Deus, Dominus, aliquando etiam magistratum militiæ sedecit, quando humana specie apparuit Iesu Naue filio. conueniunt enim ei hæc omnia nomina, eo quòd paternam voluntatem exsequatur, & ex patre voléte prognatus sit, aliter tamen quàm natum videmus nostro seculo. nam & nos sermonem mente cõceptum proferimus: verbis absque detrimento eius qui intus cõceptus est quale quidem in igne videmus accidere, dũ alius exsecatur absque detrimẽto eius vnde accenditur in eodem statu manentis, vt nihil inter hunc & ex eo accensum differat, quandoquidem nihil decedit alteri. ita ex hac ipsa Deus ex patre voluntatis genitus, idem sapientia, virtus, gloria que sui genitoris, sic per Salomonem loquens: Si annuncio vobis quæ quotidie fiunt, recensebo etiam initia seculi. Do-

minus creauit me initio, viam suam ad e-
pera sua. ante secula fundauit me in prin-
cipio, antequam terram & abyssos face-
ret, antequam fontes aquarum prorumpe-
rent, & antequam montes stabilirentur,
ante omnes colles gignit me. Deus fecit
regiones tum desertas tum habitatas sub
cœlo. Quando parabat cœlum, aderam:
quando super ventis sedem designabat fi-
bi, quando firmabat nubes desuper, & li-
brabat fontes abyssi, quando solidabat
fundamenta terræ, eram cum eo coaptãs
ea: ergo eram qua oblectabatur, & læta-
bar coram eo omni tempore: quoniam
orbe absoluto gaudebat, & delectabatur
filiis hominum. Nunc ergo fili audi me:
beatus vir qui obedit mihi, & homo qui
custodit vias meas, accubans foribus meis
per diem, & obseruans meos introitus.
nam exitus mei exitus vitæ, & parata est
voluntas à Domino: qui autem in me
peccarit, impius est erga suam animam.
& qui me oderunt, diligunt mortem. Hæc
eadem ô amici & per Mosem nos docet
Dei verbum, describens eum quem con-
stat esse Deum, sic loquentem de creatio-
ne hominis: Faciamus hominem ad ima-
ginem nostram & similitudinem, & domi-
netur

netur piscibus maris, volucribus cœli,
pecudibusque ac vniuersæ terræ, cunctis-
que reptilibus quæ repunt super eam. Et
fecit Deus hominem, secundum imagi-
nem Dei fecit eum, marem & fœminam
fecit eos: & benedixit eos Deus, dicens:
Crescite & multiplicamini, & implete ter-
ram, & subiicite eam. Sed ne deprauan-
do dicta verba, more vestrorum magi-
strorum interpretemini, secum ipsum lo-
cutum Deum cùm diceret Faciamus: si-
cut & nos facturi aliquid intra nos dici-
mus, faciamus: aut allocutum esse elemen-
ta, terrã & reliqua vnde intelligimus ho-
minem, dixisseque Faciamus. Rursum e-
iusdem Mosis verba referam, ex quibus
citra controuersiam patebit, Deum locu-
tum esse ad alium aliquem numero diffe-
rentem & ratione præditum. Verba ipsa
sunt hæc: Et dixit Deus: Ecce Adam fa-
ctus est sicut vnus ex nobis, vt noscat bo-
num & malum. Ergo cùm dicit Vnus ex
nobis, & numerum, & vt minimum duos
simul fuisse indicat. nec enim cuidã vestræ
sectæ, aut eius doctoribus tanquam vera
docentibus assentio, quòd angelos allo-
cutus sit, aut quòd angelorũ opus sit cor-
pus humanũ: sed hæc vera patris proge-

vies ante omnes creaturas cum patre erat & hãc pater alloquitur, sicut per Solomonẽm est proditum, ab initio ante omnes creaturas ex Deo prognatam, quam ipse Solomõ vocat sapientiam: quam dixi Iesse Naue in conspectũ venisse, vt ipse recitet & vt clarius fiat quod dico, audite hæc ex libro Iesu depromptæ: Cùm esset Iosue in agro Hierichuntino, leuauit oculos, vidit virum stantem contra se: accessitque ad eum & ait: Noster es, an hostium? & dixit ei, Imperator exercitus domini nunc venio. tum Iesus adorabundus procidit in terram dicens: Here quid mandas seruo tuo? & dixit magister militiæ domini ad Iesum: Solue calceamenta pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. Hiericho autem clausa erat atque munita, & nemo progrediebatur ex ea. & dixit Dominus ad Iesum. Ecce do in manus tuas Hierichuntem & regem eius, quamtumuis viribus polleant. Tum Typhon. Multis & validis argumentis hæc probas amice. Superest igitur demonstrandum, quòd hic ex Virgine homo nasci iussa patris sui volũtatem sustinuerit, & cruci affixus emorit: atque etiam rediuiuus in cœlum ascenderit. demonstra hæc. Respon-

di: Iam hæc quoque demonstraui ô viri in superius recitatis verbis propheticis, quæ vt gratificer vobis, reuocare nõ grauabor in memoriam, & his explicatis conabor traducere vos in meam sentẽtiam. Verba Esaiæ sunt hæc: Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius. Hæc nónne ita dicta videntur, quasi genus ducat non ex hominibus? cùm dicatur propter populi peccata morti addictus à Deo. de cuius sanguine Moses quoque, vt meministis, loquitur, dum ait eum lauare stolam suam in vuæ sanguine: figuratè subindicans hunc sanguinem non esse oriundum ex humano semine, sed ex dei voluntate. Quin & illa Dauidica carmina: In splendoribus sanctorum tuorum ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, nec pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: nónne docent vos, quod superne per vẽtrem humanum Deus & pater vniuersorum erat eum progeniturus? sicut & alibi dictũ iam memoraui: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus,

Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrra & stacte & casia de vestibus tuis: de turribus eburneis ex quibus exhilararunt te filiæ regum in honorem tuum. Astitit regina à dextris tuis, auro distincta veste amicta ornatáque. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui, ac domus patris tui, & concupiscet rex tuã pulchritudinem: quoniã ipse est Dominus tuus, & adorabis eum. Ergo & adorandum & Deum & Christũ esse vates hic testatur apertissimè sicut ex his eius verbis colligitur, & quòd credentes in ipsum, tanquam vnam animam, vnũ cœtũ, vnam concionẽ, Dei verbũ appellet filiam, Ecclesiã natam ex ipsius nomine, & ei cognominem, quando Christiani omnes vocamur, æquè clare hæc verba prædicant, docéntque nos obliuisci patrũ veterũ, dum occinunt: audi filia & vide, & inclina auré tuã, & obliuiscere populariũ tuorũ, paternæque familiæ, vt concupiat rex tuã pulchritudinem, quoniã ipse est tuus Dominus, & adorabis eũ. Ad hæc Tryphon: Sit vestrũ ex gentibus conuersorum Dominus & Christus & Deus agnitus, qualẽ scripturæ præsignant: non auré Dei, qui & hunc ipsum fecit, cultores

eum simus, non opus habemus confiteri eũ, nec adorare. O Tryphõ, inquã, si tam cõtentiosus & inanis essem quàm vos, nõ hactenus perdurassem in hoc colloquio, vobis non tam ad intelligendum paratis, quàm ad contradicendũ. nunc quia indicium Dei timeo, non audeo de quoquã vestrũ desperare, dubitãs ne forte sit ex illis reliquiis seruandis per gratiã Domini sabaoth. quapropter etiãsi melitiosè tergiuersemini, vrgere non desinam ad quaslibet obiectiones respondendo, nec aliter me geram erga quemcũque hominem de huiusmodi rebus conferendi scitandíque cupidum. proinde quòd quicũque ex vestro genere seruabuntur, per hunc salutẽ adipiscentur & ad huius sortem pertinẽt, potuissetis intelligere, si iam ante recitatis per me scripturis attentè mentem aduertissetis, nec opus esset hæc ex me quærere. attamen repetam denuo Dauidica illa: vos rogo detis operam vt intelligatis hæc potius, quàm malitiosè carpatis. verba Dauidis sunt hæc: Dominus regnauit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim, commoueatur terra. Dominus in Siõ magnus, & excelsus super omnes populos, Confiteantur nomini tuo magno.

quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium & iusticiam in Iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Moses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos: quia custodiebant testimonia eius, & præceptum quæ dedit illis. Ex aliis quoque Dauidis verbis iam recitatis, quæ parum prudenter ad Solomonem trahitis, quod Psalmus Solomoni sit inscriptus, demonstratum est, ea in illum non competere: sed in hunc, qui ante solem erat, per quem seruabuntur quotquot vestri homines salutem consequentur. verba vatis sunt hæc: Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filio regis, Iudicare populum tuũ in iusticia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacẽ populo, & colles iusticiã. Iudicabit pauperes populi, & seruabit filios pauperum, & humiliabit calumniatorẽ. Et permanebit cum sole, & ante lunam in generationes generationum. & cætera vsque: ante solẽ permanet nomen

eius & benedicetur in ipso omnes tribus terræ. omnes gentes beatũ eum prædicabunt. Benedictus dominus Israël qui facit mirabilia solus. & benedictũ nomen maiestatis eius in seculum seculi, & replebitur gloria eius omnis terra: hæc fiat. Quin & illud memoria repetite, quod ex aliis verbis æquè Dauidicis docui: quibus prædicitur à summo cœlo progressurus, ac rursum in eum locum reuersurus: vt & Deum agnoscatis qui superne descenderit, & hominẽ qui versatus sit inter homines, eundẽ rediturum conspicientiũ ab his qui plangẽt se quòd eũ confixerint, carmẽ est hoc: Cœli enarrant gloriã dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ. Dies diei eructat verbũ, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones quorũ voces non audiantur. In omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendã viam: à summo cœlo egressio eius. Et occursus eius vsque ad summum cœlum: nec est, qui se abscõdat à calore eius. Tum Tryphõ: ùm tot scripturas reuercar, nescio quid dicen-

dum sit de illis verbis Esaiæ, quibus Deus negat se alteri cõcessurum suam gloriam sic dicens: Ego dominus deus, hoc meum nomen est, gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas. Respõdi, Si simpliciter & sine malicia mi Tryphon, prolocutus hæc verba, reticuisti quę coniunctim præcedunt sequuntúrque, mereris veniam: sin ideo quia putas te iniecturum difficultatem disputationi, quo me cogas dicere pugnare scripturas inter se inuicem, falleris. id enim non ausim vnquam vel cogitare vel dicere: sed si quæ scriptura proponatur talis in speciem, quæ videatur esse alteri contraria, cùm persuasum habeam nullam his inesse contradictionem mutuam, citius fatebor me quæ dicũtur non intelligere: & vt de scripturis idem sentiant, persuadere conabor aduersatiis. tu quo animo problema hoc obieceris, deus nouit. ego recitabo vobis sermonis seriem, vt ex ipso cognoscatis, quòd deus Christo suo soli det hanc gloriam. repetam autem paulò altius quæ cohærent cum citatis à Tryphone, quædam etiam mox sequentia subiiciam: non concisa enim, sed vno cõtextu ita vt sunt, recitabo: vos animum tantisper mihi ad-

uertite. textus sic habet: Hæc dicit dominus deus creans cœlos & extendens eos, firmans terram, & quæ germinant ex ea, dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manũ tuam & seruaui te: & dedi te in fœdus populi, in lucem gentium: vt aperires oculos cæcorum, vt educeres è vinculis compeditos, & è domo carceris eos qui sedent in tenebris. Ego dominus Deus, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, nec virtutes meas sculptilibus. Quæ prima fuerunt ecce venerunt, noua quæ ego annuncio, & antequam annunciarentur, manifestata vobis fuerant. Cantate domino canticum nouum, principatus eius ab extremis terræ, Qui descenditis in mare, & nauigatis semper: insulæ & habitores earum. Lætetur desertum & vici villæque eius, qui habitant Cedar & Petram, lætabuntur. De vertice montium clamabunt, dabunt Deo gloriam, & virtutes eius in insulis nunciabunt. Dominus Deus exercituum egredietur, conteret bellum, excitabit zelum, inclamabit inimicos suos cum fortitudine. His recitatis intellexistis inquam,

viti amici, Deum dicere daturum se gloriam huic quem præluceret gentibus voluit, non cuiquam alteri: & falli Tryphonem qui putat Deum sibi retinere suam gloriam? intelleximus, inquit Tryphon, hoc quoque. Perge igitur, & absolue, quod superest. Tum ego reuersus eò vbi desieram, natiuitatem è Virgine ostendere, & virginis partum iam olim per Esaiam prædictum fuisse, prophetiam eandem repetij sic canentem: & apposuit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum aut in excelsum. Et dixit Achaz: non petam, nec tentabo Dominum. Et dixit Esaias, audi domus Dauid num parum vobis est esse molestos hominibus, nisi molesti sitis & Domino? propterea Dominus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. butyrum & mel edet, priusquam dignoscat malum, eliget bonum: quia priusquam dignoscat puer is malum à bono, reiiciet malum vt bonum eligat: quia priusquam sciat vocare patrem aut matrem, capiet copias Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum, & oc-

cupabitur terra, dura patieris à vultu regum duorum: sed inducet Deus super te & super populum tuum & super domum patris tui dies quales nunquam fuerunt, ex qua die abstulit Ephraim à Iuda regé Assyriorum. Et subiunxi: quod autem ex genere carnali Abrahæ nunquam quisquam natus sit aut natus dicatur, præter hîc nostrum Christum omnibus est perspicuum. Respondit Tryphon: Scriptura non habet, Ecce virgo concipiet, & pariet: sed, Ecce puella concipiet & pariet filium, & quæ deinceps recitasti. tota autem hæc prophetia refertur ad Ezechiam, in quo euentus eius apparuit. Græcorum sunt istæ fabulæ, narrantium Persea natum è Danae virgine, cùm Iouem auri specie fluentem excepisset in gremiũ. Vos quoque dum narratis eadem, debetis erubescere, & fateri potius hominem ex hominibus natum Iesum istum: tum si è scripturis ostenderitis ipsum esse Christum, propter absolutam legis obseruationem dignũ habitum vt in Christum eligeretur: non prodigiosas fabulas temerè confingere, ne æquè ac Græci nugari conuincamini. Ad hæc ego, O Tryphon, inquam, illud tibi persuasum

volo & aliis omnibus, quòd etiamnū re-
dendo illudendóque male mihi obloqua-
mini, non auertetis à proposito: sed ex
his ipsis rebus ac sermonibus quos con-
tra me afferre vos putatis, argumenta pro
me colligam, adhibito semper scriptura-
rum testimonio. non rectè tamen, nec vt
amicum veritatis decet, facis, dum in du-
bium reuocas ea de quibus iam inter nos
conueniebat, propter durum cor popu-
lo vestro per Mosem præcepta quædam
fuisse imposita. ais enim propter legis ob-
seruationem electum Christum, si modo
hunc esse Christum è scripturis probari
queat. Fatebaris enim, inquit, & circum-
cisum fuisse & obseruasse cætera manda-
ta legis Mosaicæ. Fateor inquam, nunc
quoque, nego tamen pertulisse omnia vt
iustificaretur per ea, sed vt perficeret dis-
pensationem patris sui, creatoris omnium
& dei atque domini. fateor enim eum sus-
tinuisse vt in cruce moreretur, & homo
fieret, & patereturque acceptas à vestra gen-
te iniurias. sed quoniam rursus videris
dissentire ô Tryphon, in quibus consen-
seras, respondē mihi: patriarchæ illi & iu-
sti qui vixerunt absque obseruatione le-
gis latæ per Mosem postea, sunt ne salu-

& beatorum cohæredes, an non? Scriptu-
ræ, inquit, cogunt vt saluos fatear. Re-
sponde hoc quoque inquā, oblationes &
victimas cur deus exegit à vestris patri-
bus: num quòd his egeret, an propter cor-
dis eorum duriciam & procliuitatem ad
cultum idolorum? & hoc, inquit, fatemur
scripturis cogentibus. Quid illud, in-
quam, nónne scripturis iisdem prænun-
ciatum est, pacturum Deum aliud fœdus
præter id quod in monte Horeb pepige-
rat? prænunciatum est inquit. Vetus, in-
quam, testamentum cum timore tremo-
réque acceperunt patres vestri, ita vt ne
audire quidem Deum valerent. Fassus
est. Tum ego, Ergo illud alterum Deus
pollicitus est, non quale prius, sed tra-
dendum sine pauore, tremore, fulguri-
búsq; per quod ostéderetur illud manda-
tum sempiternū, quod conuenire vniuer-
so humano generi Deus nouit: cæterum
superiora fuisse accommodata duriciæ ve-
stri populi, sicut ipse Deus per prophetas
suos occlamabat. Hoc quoque, inquit,
fatendum est, ne contentioni magis quàm
veritati studere videamur. Nescio quo-
modo fit, inquam vt cum non probes
contentionem in aliis, ipse interdum hæ-

seas in hoc crimine, negans quæ prius concesseras. Incredibile est enim, inquis, & penè impossibile quod persuadere conaris, Deum sustinuisse nasci & hominem fieri. Si id, inquam, humanis argumentis tentarem euincere, ferre me nos deberetis. quòd si scripturas id prædicantes vobis ingerès vt eas agnoscatis postulo, occalluistis corde quominus cognoscatis mentem Dei voluntatémque. ego retinens quæ & ante cóflictationem hanc nostram tenui, vos missos faciam. Tum Tryphon, Scis amice, multis laboribus tibi constitisse hanc notitiam. proinde nos quoque oportet examinare quid obiicitur, & eatenus assentiri, quatenus scripturis cogimur. Non postulo inquam, ne modis omnibus studeatis examinare quę disquiruntur, sed ne temerè contradicatis his quibus semel assensistis. vt id fiat, inquit, dabimus operam. Rursum inquá, vlterius ex vobis percontari volo. sic enim curabo vt breui absoluatur hoc colloquium. Percóptare, inquis. Numquem alium, inquam, adoratione dignum Dominum deúmque in scripturis intelligitis, præter creatorem huius vniuersitatis & Christum, quem hominem

factum esse probauimus tot scripturarum testimoniis? Qui possumus, inquit, assentire, quandoquidem quæstio tota in hoc vertitur, nũquis præter solum patrem sit alius? Necesse est inquam, & hoc scitari, nam qua in re dissentiatis à Deo? Non ô bone, inquit. Ergo inquam, si verè consentitis, & verbum dei dicit, Generationem eius quis enarrabit: nónne debetis intelligere, non esse genitum ex humano semine? Quomodo igitur, inquit, Dauidi promittitur, Deum ex lumbis ipsius assumpturum sibi filium, cuius regnum prosperabit, & regem ipsum collocabit in suæ maiestatis solio? Tum ego, mi Tryphon, si propheta Esaias non domui Dauidis, sed cuiuspiam è duodecim tribubus, prædixisset, Ecce virgo in vtero concipiet, fortasse haberet difficultatem hoc negotium. nunc quoniam hæc prophetia spectat ad Dauidis familiam quod Deus occulte promisit Dauidi, hoc Esaias quomodo futurũ esset, enarrauit. nisi forte ignoratis amici, multos sermones prius tectos similitudinibus, mysteriis, figuris que, vel verbis vel operibus, declaratos à prophetis subsequutis postea. Certò scimus id, inquit Tryphon. Er-

go, inquam, si demonstrauero hanc Esaiæ prophetiam non ad Ezeciam vt vos putatis spectare, sed ad Christum nostrum, nônne pudebit vos credere vestris doctoribus: qui audent dicere, interpretationem hanc quam vestrates Septuaginta seniores ediderũt apud Ptolemæum regem Aegyptiorum, non esse veram in locis aliquot: nam quicquid in scriptura opinionem eorum insanam & arrogantem diserte redarguit, id non- ita conscriptum audent cõtendere, quæ autem putant se posse ad suum propositum retrahere, acta humana, ea negant in nostrum Iesum Christũ competere, sed quocunque ipsi detorquere conantur quod & in hac scriptura quam nunc tractamus faciunt, docentes vos hæc de Ezecia dicta intelligere. id verò mentiri eos declarabo, ita vt pollicitus sum. cùm enim scripturas quæ diserte prædicant Christum passibilem & adorandum, & Deum, de Christo intelligendas fateri cogantur, hunc Christum esse audent negare. venturum tamen passurúmque & regnaturum ac etiã adorandum, Deúmque fatentur, quod ridiculum ac stultum esse demonstrabo. sed quoniam respondendum est prius ad ea

ea quæ per risum cauillatus es, dificerentur paulisper hæ probationes. Velim igitur te scire mi Tryphon, quòd quæcunq; deprauata diabolus inseruit Græcorum fabulis, quemadmodum olim in Aegypto per magos operatus est, & per pseudoprophetas Eliæ seculo, & ipsa mihi confirmarunt scripturarum fidem atque noticiam. cùm enim Bacchum è Ioue semeléſque complexu prognatum fabulantur, & post inuentam vitem discerptum necatúmque reuixisse narrant, & in cœlum ascendisse, vinúmque arcanis eius sacris inferunt, nónne supradictæ Mosis de Iacob patriarcha prophetiæ imitationem intelligo? cùm Herculem illum validum per omnes terras circumduxerunt, hunc quoque è Ioue Alcumenáque genitum, & mortuum in cœlum ascendisse aiunt, nónne similiter intelligo imitamentum scripturæ canẽtis de Christo, quod robustus vt gigas curriat per viam suam? cùm ad Aesculapiũ deprecatur mortuorum resuscitatio, cæterorúmque morborum sanatio, nónne hæc pariter ex prophetiis de Christo diuinantibus efficta deprehendo? Quoniam autem nondum recitaui vobis scripturam

quæ Christum talia facturum significet, vnam memorare necesse habeo, vnde cognoscere poteritis, quomodo & ignorantibus Deum, gentibus, inquam, quæ nec oculis vident nec corde intelligunt, & statuas adorant ligneas, diuinum oracullum pollicetur fore vt his abrogatis in Christo spem collocent. verba sunt hæc: Lætare desertum sitiens, exultet solitudo & efflorescat quasi lilium, & exultabunt deserta Iordanis. Gloria Libani data est ei & honor Carmeli. & populus meus videbit celsitudinem Domini, & gloriam Dei. Confortamini manus remissæ, & dissoluta genua, consolamini pusillanimi corde. confortamini, nolite timere, ecce Deus noster ius reddet, reddétque: ipse veniens seruabit nos. tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. tunc saliet sicut cervus claudus, & diserta erit lingua mutorum, quoniam erupit in deserto aqua, & torrens in terra siticulosa: & arida vertentur in stagnum, & sitiens in fontem aquarum. Fons aquæ viuæ à Deo datus in deserto, hoc est, fons cognitionis Dei, ecce gentium promanauit Christus hic qui a stirpe vestra exortus est: & à natiuitate

cæcos iuxta carnem, surdósque ac claudos sanauit, verbo efficiés vt alius saliret, alius audiret, alius videret, excitatis etiam mortuis & ad vitam reuocatis, vt operibus podefaceret eius seculi homines ad credendum agnoscendúmque ipsum difficiles. illi verò etiam cùm viderent patrari hæc miracula, magicas appellabant præstigias. nam & ipsum magum vocare audebant impostorémque publicum. atque ille etiam hoc faciebat quo certius persuaderet sibi credituris, fore vt etiam si quis sit parum integro corpore, modo disciplinam à se acceptam custodiat, integrum id in secundo aduentu recipiat, & insuper immortale, nulli corruptioni molestiæque obnoxium. Iam quando mithrageyrtæ suum Mithrum aiunt saxo progenitum, & speluncam vocant locum vbi discipulos initiant, nòme hic licet agnoscere saxum illud quod Daniel dicit excisum sine manibus, nimirum his quoque oracula effingere conantibus? nam & præcepta de administranda iustitia desumpserunt callide è prophetis profani homines. id quo magis credatis, ex Esaia quædam mihi recitanda sunt. ea sic se habent: Audite qui longe estis quæ fe-

cerim,& cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, occupauit tremor impios. quis annunciabit vobis locum æternum,ambulantem in iusticia, loquentem vias rectas,auersantem iniquitates ac iniusticias, & manus seruantem puras à corruptelis munerum.qui obturat aures ne audiat iniustum iudicium sanguinis, & claudit oculos ne videat iniusticiam. hic habitabit in excelsa spelunca saxi munitissimi. panis ei dabitur, & aquæ eius fideles sunt. Regem in maiestate videbitis, & procul cernent vestri oculi: anima vestra timorē Domini meditabitur.vbi est literatus? vbi sunt consultores?vbi est qui dinumerat eos qui alūtur, minorem maiorémque populum, cui non consuluerunt, neque sciuerunt profunditates vocum, ne audirent quidem?populus vilis, & audiendo non intelligunt. In hac prophetia & de pane quem nobis noster Christus tradidit:ad commemorationem corporis assumpti propter credentes in eum, propter quos & passibilis natus est: & de poculo quod in memoriam sanguinis sui cum gratiarum actione sumendū dedit,de manifesta mentio,sicut quod hunc ipsum

regem in maiestate videbimus,'declarat eadē prophetia: & quod populus ad credendum ei prædestinatus meditabitur timorem Domini,totidem verbis propheta clamat, præterea quod qui existimantur sacræ literaturæ periti, quantumuis prophetias audiant, non intelligunt tamen, ipsæ scripturæ clamitant. Sic quando mi Tryphon Persea de virgine natum audio, non me fallit impostor serpens imitatus hoc quoq;,nec vestris doctoribus credo:negantibus LXX.seniores interpretis officio recte functos apud Ptolemæum Aegypti regem ipsi secus interpretari cōnātur: Et multas scripturas in totum sustulerunt ex editione LXX. seniorum accitorum ad Ptolemæum quæ manifeste hunc ipsum crucifixum, & Deum & hominem & in cruce mortuum prædicant, quod vos ignorare non patior: quas quia scio negari ab omnib⁹ vestris hominibus, ad tales quæstiones non adhibeo,sed ex receptis apud vos disputationem instituo: nam quascunque recitaui hactenus agnoscitis:excepto quod de his verbis,Ecce virgo in vtero cōcipiet,contradixistis, contendentes scriptum, Ecce puella in vtero concipiet:quando pollici-

tus sum me declaraturum, non ad [illegible] vt à magistris didicistis, referri hanc prophetiam, sed ad hunc Christum meum quod iam probandum aggrediar. Tum Tryphon : Amabò indica nobis primo aliquas scripturas depravatas, vt existimas. Gratificabor vobis, inquam. In Esdra vbi de lege paschatis agitur, hanc interpretationem submouerunt. Et dixit Esdras populo : Hoc pascha seruator noster & refugium nostrum, si cogitetis & ascendat in cor vestrum, fore vt humiliemus eũ in signo. post hæc si sperauerimus in eum, non deuastabitur locus hic in aeternum, dicit Dominus exercituum, quod si non credideritis ei, nec obedieritis prædicationi eius, eritis ludibrio gentibus. Item ex Ieremia resecuerunt hęc: Ego sicut agnus destinatus sacrificio, cõtra me cogitarunt cogitationes : Venite ponamus lignum in panem eius & deleatur eum de terra viuẽtiũ, & nom inis eius non mo posthac mentionẽ faciat. Et quoniam hæc particula de scriptis Ieremiæ resecta supererat adhuc in aliquot exemplaribus quæ in Synagogis leguntur (ante paucos enim annos eã ademerũt) cùm hinc quoque ostendatur Iudęos cõsilium aduersus Christum iniisse, vt eum crucifixum to-

lerent : ipseque, sicut & apud Esaiam narratur, tanquam ouis ductus ad mactationem, atque ita iudicetur vt agnus innocens : expedire se non valentes ex his angustiis vertuntur ad comitia. Item ex eodem Ieremia detraxerunt hæc : Recordatus est Dominus Deus Israel mortuorum suorum qui iacent in terræ tumulis, & descendit ad eos vt euangelizaret eis salutare suum. Item de xcv. Psalmo Dauidis duas voculas detraxerunt, scilicet has: A ligno. cùm enim ibi legatur: Dicite in gentibus, regnauit à ligno Dominus : sic scriptum reliquerunt, Dicite in gentibus, regnauit Dominus. De nullo autem vnquam vestri generis homine prædicatum est in gentibus quòd tanquam Deus regnarit, nisi de hoc solo crucifixo : quem & incolumem resurrexisse, in eodem Psalmo dicit sanctus spiritus, indicans eum non esse similem diis gentium . nam illi sunt simulachra dæmonum. vt autem melius intelligatis quæ dico, totum Psalmum recitabo: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra, cantate domino & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius. annun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciate inter gentes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus & laudabilis, nimis terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius. Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, regnauit Dominus. Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate. Lætentur cœli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua. Adhæc Tryphon: Deprauarint ne aliquid in scripturis principes populi, quod tu dicis, Deus scire potest: mihi non videtur hoc credibile. Scilicet incredibile,

inquam, quasi verò id abominabilius sit quàm fecisse vituli effigiem, cùm essent manna saturi, & immolasse filios dæmoniis, aut prophetas ipsos interemisse, sed fac nunquam auditas esse scripturas, quas dixi furto subductas, sufficiunt ad explicandam quæstionem quas hactenus protuli, & plures proferam adhuc asseruatas integras. Scimus, inquit, nobis postulantibus eas te protulisse. cæterùm de Psalmo quem postremum recitasti è Dauidicis. videtur mihi eum non loqui de alio quàm de patre illo qui cœlum terrámque condidit, tu verò ais eum loqui de hoc passibili, quem & Christum esse conaris ostendere. Obsecro, inquam, expédite verba spiritus sancti canentis in hoc Psalmo, & intelligite me: videbitis me nec male differere, nec vobis fucum facere. atque ita fiet vt & alia multa spiritus sancti oracula per vos ipsos queatis intelligere. Cantate Domino canticum nouum, cantate domino omnis terra: cantate domino & benedicite nomen eius, euangelizate de die in diem salutare eius, in omnibus populis mirabilia eius. Hortatur vt deo cunctorum patri canant: psallántque totius ter-

ræ incolæ, cognito hoc salutari mysterio, hoc est passione Christi, per quē seruauit eos: agnoscántque illum laudabilem ac terribilem factorem cœli terræque, qui hunc seruatorem dedit humano generi, etiam post crucem ac mortem, & dignatum vniuersæ terræ imperio, sicut alibi scriptum est: Et derelinquent me, & irritum habuerunt fœdus meum quod pepigi cum eis in die illa: & derelinquam eos, & auersabor eos: fiet in deuoratione, & assequentur eū calamitates multæ pressuræque. Et dicet illa die: quia non est Dominus Deus meus inter nos, superuenerunt mihi calamitates hæ. ego autem auertens auertam faciem meam ab eis in die illa, propter omnia peccata quæ fecerunt, quia verterunt se ad deos alienos. Iam in libro Exodi, etiam nomen ipsius dei esse Iesus, quod nec Abrahamo nec Iacobo indicatum sit, æquè mystice per Mosem enunciatum nos intelligimus. verba sic habent: Et dixit Dominus Mosi: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, vt custodiat te in via vt introducat te in terram quam paraui tibi. attende ipsi & audi eum. caue ne non pareas ei. nec enim decipiet te, quia

nomen meum est in eo. Intelliexistis sane quis introduxerit in terram promissam patres vestros, videlicet qui hoc nomine cognominatus est Iesus, cum prius Auses vocaretur. Si hoc intelliexistis, etiam dei nomen Iesum agnoscetis, dicentis ad Mosem: quia nomen meum est in eo. nam & Iacobo deus nomen mutarat, vt pòst vocaretur Israel. Quòd autem & angeli & apostoli Dei dicantur prophetæ, eo quòd mittantur ab eo vt nuncient aliquid, ex Esaia fit perspicuum, nam ipse in libro suo sic inquit: Mitte me. & quòd propheta potens ac magnus fuerit qui Iesus cognominatus est, liquet omnibus. Ergo si Deum in tot formis nouimus conspectum Abrahamo, Isaaco, Mosique, cur dubitemus & non credamus eum iuxta voluntatem patris omnium posse hominem etiam nasci ex muliere? præsertim cùm habeamus tales scripturas, ex quibus apertè intelligimus id quoque factū de paterna sententia. cùm enim Daniel tanquam filium hominis dicit assumentem regnum æternum, nónne hoc ipsum subindicat? nam cum ait, quasi filiū hominis, narrat natum & visum hominem, sed non ex humano semine. & dum

hunc ait lapidem excisum sine manibus
hoc ipsum clamat mysticè. id enim est
ne manibus excidi, vt non sic humanum
opus, sed diuinæ paternæque voluntatis
propositum. Esaias certè dicens: Gene-
rationem eius quis enarrabit? docet
quàm sit genus eius inenarrabile. nullius
enim hominis ex hominibus nati genus
est inenarrabile. Item illum Mosaicum de
abluenda stola in vuæ sanguine, nónne
iam sæpe vobis dixi esse arcanam pro-
phetiam, habiturum quidem eum sangui-
nem, sed non ex hominibus: sicut vuæ
sanguinem non homo sed Deus protulit?
Tum Esaias vocans eum Consilij magni
angelum, nónne prædixit eum venturum
doctorem eorum quæ postquam venit
docuit? magnum enim illud patris con-
silium de omnibus quotquot ei placuerunt
aut placituri sunt, deque desertoribus
eius voluntatis angelis pariter ac hom-
nibus, hic solus apertè docuit dicens:
Venient ab oriente occidentéque, & dis-
cumbent cum Abrahamo, Isaaco, Iaco-
bo, in regno cœlorum: filij autem regni
eiicientur in tenebras exteriores, &c.
Multi dicent mihi die illa, Domine Do-
mine, nónne tuo nomine edebamus, be-

bebamus, prophetabamus, eiiciebamus
dæmonia? & dicam eis: Discedite à me.
& alibi damnandis qui salute indigni sint
ait se dicturum: Abite in tenebras exte-
riores, quas parauit pater meus Satanæ
cum suis angelis. Rursum alibi, inquit,
Do vobis potestatem calcandi super ser-
pentes, scorpios, scolopendras, & super
omnem virtutem inimici. nunc quoque
nos qui in crucifixum sub Pontio Pilato
Iesum dominum nostrum credimus, dæ-
mones omnes & spiritus malos adiura-
tos eiicimus, & imperata facere cogimus.
quamuis enim per propheras tectè præ-
dictum sit, nasciturum Christum passibi-
lem, & postea cunctis dominaturum, ta-
men hæc intelligi poterant à nemine, do-
nec ipse persuasit Apostolis, expressa esse
in scripturis. prius enim quàm cruciige-
retur, clamabat: Oportet filium hominis
multa pati, & reprobari à Scribis Phari-
sæisque, & crucifigi, & tertia die resurge-
re. Dauid quoque ante solem & lunã ex
vtero nasciturum eum iuxta patris volũ-
tatem prædicauit, & Deum fortem Chri-
stũmque adorandum fuisse præsignifica-
uit. Ad hæc Tryphon, Assentio tibi hæc
tot & talia, sufficere vt aduersarios pude-

ficiant: sed volo memineris postulavi
te rationem eorum quæ toties propo
sti ostendere, absolue igitur eam, vt scia
mus te indicante, de illo vestro Christo
dicta esse, quæ nos de ipso Ezecia pro
pheram prænunciasse dicimus. Fiat, in
quam, hoc quoq; vt iubetis: sed prius de
monstrate mihi de Ezecia prædictũ, quod
priusquam sciat vocare patrem aut ma
trem, occuparit Damasci copias & spo
lia Samariæ coram rege Assyriorum. Non
enim permittetur vobis vt vestro arbitra
tu interpretemini, Ezeciam bellum gessi
se cum Damascenis & Samaritis coram
rege Assyriorum, nam verba prophetæ
dicunt: priusquam sciat puer vocare pa
trem aut matrem occupabit Damasci co
pias & spolia Samariæ coram rege Assy
riorum. nisi enim addidisset spiritus pro
pheticus: Priusquã sciat puer vocare pa
trem aut matrẽ, occupabit Damasci co
pias & spolia Samariæ, sed hoc solum di
xisset, Pariet filium qui occupabit copias
Damasci & spolia Samariæ. Poteratis ob
icere: Quoniam præscibat Deus eum
hæc occupaturum, ideo prædixit, nunc
cũ addidit as fro loquitur: prophetia prius
quam sciat puer vocare patrem aut matrẽ

occupabit copias Damasci & spolia Sa
mariæ: quod nemini Iudæorum vnquam
contigisse potestis ostendere, nobis ve
rò promptum est id in nostro Christo fi
ctum demonstrare. quam primum enim
natus est, magi ex Arabia profecti adora
runt eum, adito prius Herode qui tum,
in terra vestra regnabat, quem oraculum
vocat regem Assyriorum, propter men
tem eius iniustam & impiam. scitis enim
talia per collationes & similitudines ple
rumque loqui sanctum spiritum: sicut &
vniuersum Hierosolymit arum populum
solet alloqui dicens: pater tuus Amor
æus, & mater tua Chettæa. nam iste rex
Herodes dicit à senioribus vestri popu
li, magis qui ex Arabia venerant dicen
tibus: E stella in cœlo exorta cognouimus
natum esse regem in regione vestra, & ve
nimus adoraturi eum: in Bethleem nasci
turum polliceri prophetiam his verbis.
Et tu Bethleem terra Iudæ nequaquam
minima es inter principes Iudæ: ex te e
nim egredietur dux qui pascat meum po
pulum. Ergo postquam ex Arabia vene
runt magi in Bethleẽ, & adorarunt pue
rum oblatis ei muneribus, auro, thure,
myrrha, iussi sunt per reuelationem, vt

adorato apud Bethleem puero ad Herodem non reuerterentur. Ioseph quoque Mariæ sponsus cùm prius voluisset sponsam eiicere, quòd putaret è viro, id est, de stupro grauidam, per nocturnam visionem monitus est retinere vxorem suam, eloctus ab angelo, è spiritu sancto conceptum esse fœtum in vtero. ideo territus non eiecit eam: sed cùm per id tempus ageretur primus census in Iudæa sub Quirinio, à Nazareth vbi domicilium habebat, ascendit in Bethleem veterem patriam, vt nomen profiteretur, erat enim oriundus è tribu Iuda, cuius sortis fuit id oppidum. is ipse vnà cum Maria iubetur in Aegyptum proficisci, atque ibi degere cum puero, donec eis rursum reueletur reuertendum esse in Iudæam. cùm autem puer nasceretur in Bethleem, quia Iosepho non erat locus in castello quò diuerteret, in speluncam quandam castello propinquam diuertit: ibi Maria Christum recens natum in præsepe deposuit, ibi & à magis inuentus est ex Arabia venientibus. Quòd autem Esaias etiam huius speluncæ olim mentionem fecerit, iam dixi vobis, non grauabor tamen repetere propter tuos comites, tum recitaui denuo

denuo particulam ex Esaia suprà scriptam addens, ex illis verbis occasionem arripuisse Mithriacos, dum sua mysteria tradunt initiandis in loco quem Speluncam nominant, sic operante diabolo. Cæterùm Herodes non reuersis ad se Magis Arabicis vt petierat, sed ita vt iussi fuerant per aliam viam in regionem suam profectis: & Iosepho quoque cum Maria pueróque iuxta reuelationem in Aegyptum digresso, cùm non nosset puerum quem vt adorent Magi venerant, iussit interfici omnes simul Bethleemiticos pueros: quod futurum Ieremias prophetа prædixerat, per quem spiritus sanctus sic locutus est: Vox in Rama audita est, fletus & eiulatus multus, Rachel flens filios suos, nec admittens consolationem, quia non sunt. Itaque propter hanc vocem audiendum in Rama, hoc est in Arabia (nam & hodie locus quidam in Arabia vocatur Rama) fletus occupauerat erat Ramam, vbi Rachel vxor Iacobi cognominati Israel sepulta est, id est Bethleem, mulieribus pueros suos deplorantibus, & propter necem eorum sublequentes calamitatem, consolationem non accipientibus, nam & Esaias canens: Occu-

pabit copias Damasci & spolia Samariæ: prænunciauit fore vt mali dæmonis Damascum incolentis copiæ vincerentur à Christo quàm primùm nasceretur, quod euenisse ostendimus. Magi enim quos dæmon sibi vindicarat ad omnia maleficia, postquam venerunt vt adorarent Christũ, videntur ab illo defecisse redacti in huius potestatem, scriptura mystice significante Damascum esse illius domicilium, tum quia hæ copiæ sunt iniustorum peccatorumque, pulchra similitudine vocat eas Samariam: quòd autẽ Damascus sit terræ Arabicæ, quamuis nunc contributa Syrophœniciæ, ne vos quidẽ negare potestis, proinde recte faceretis si quicquid non intelligitis, à nobis Christianis qui à Deo gratiam accepimus, discere etiam omissis contentionibus quibus vestram doctrinam astruitis Dei doctrinæ anteferẽdo. & ideo trãslata est in nos hæc gratia, vt Esaias testatur his verbis: Propterea quòd mihi populus iste, sed labijs honorans me, corde seiunctissimus sit à me colunt, docendo præcepta doctrinasque hominum: propterea curabo vt transferatur hic populus, & transferam eum: & auferam sapientiam ab eorum sa-

pientibus, & intelligentiã prudentũ prudẽtiam. Tum Tryphon iam cõmotior, salua tamen reuerentia sacrarum literarum, quantum ex vultu eius licebat colligere: Eloquia Dei sancta sunt, inquit, sed vestræ interpretationes arte fucantur, nec carent blasphemia, sicut ex tuis interpretamentis apparet. ais enim angelos peccasse, & defecisse à Deo. Ego verò voce remissiore, vt attentiorem redderem, respondi: Laudo mi homo, tuã pietatẽ, & precor tibi eãdem mentẽ erga illũ cuius ministros scripturæ vocant angelos, quemadmodũ ait Daniel: Quòd tanquam filius hominis ad antiquum dierum adducitur & datur ei regnum vniuersum in seculum seculi. cæterùm vt scias mi homo, non temerè me vti hac interpretatione nostra quam ineusas, testem tibi citabo ipsum Esaiam, qui ait malos angelos habitasse & habitare Tanim in terra Aegypto. verba eius sunt hæc: Væ filij desertores, hæc dicit dominus: Fecistis consilium, non ex me: & pactum, non per spiritum meum, vt adderetis peccatum ad peccatum: qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum: me autem non consuluerunt de asciscendo in societatẽ Pharaonis, & de petendis Ae-

gyptiorum auxiliis. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & in ignominiam fiducia qua fiditis Aegyptiis: quia sunt in Tanim principes angeli mali. frustra laborabunt apud populum, cuius auxilia nihil proderunt, nisi ad cõfusionem & opprobrium. quin & Zacharias ait, vt ipse meministi, quod diabolus steterit à dextris Iesu pontificis, vt adoersaretur ei, dicerétque: Increpet te Dominus protector Hierosolymæ. ac rursum in Iob scriptum est, vt ipse fatetis, Venisse angelos vt starent coram domino, & cum eis diabolum. apud Mosem quoque in principio Geneseos legimus serpentem execratum quòd Euã decepérit: & in Aegypto magos æquatos virtuti Mosis fideles ministri Dei. præterea Dauidem scitis decere, quod dij gentium sint dæmonia. Ad hæc Tryphon: Iam antè dixi, te semper scripturis hærere quo incedas tutior. Ecce die serio, putatisne vnquam instaurandã Hierosolyma, atque ibi colligendum vestrum populum, in hilaritate victurũ cum Christo & patriarchis prophetisque, & cum nostris hominibus aut his qui se nobis adiunxerũt, prius quàm Christum vestrum expectaretis an hæc cũcessisti quo

facilius in disputatione fieres superior? Non sum inquam, adeò miser mi Tryphon, vt aliter loquar quàm sentiam. iam antè fassus sum mihi & aliis multis ita videri, vt scitis, quamuis multi etiam pure pieque Christiani dissentiant. audiuisti enim quosdam Christianos dici, cum sint blasphemi & impij, scisisque in sectas aliquot nihil docéant præter impietates merissimas. vt autem sciatis me non tantum coram vobis hæc dicere, totum hoc nostrum colloquiũ, quantum potero in cõmentarium redigam, & inter cætera hanc quoque opinionem scripto profitebor. nec enim sequor homines aut doctrinas humanas, sed Deum & quæ ille docuit. si enim incidistis in quosdam Christianos nomine, qui hæc negant & insuper audéat conuicia iacere in Deum Abrahami, Isaaci, Iacobíque, negantes etiam resurrectionem è mortuis, quod eorũ animæ post mortem in cœlum recipiantur, nolite tales pro Christianis habere: sicut nec inter Iudęos recte censentur quicunque se fatentur Sadducæos aut similes hæreticos, Genistas, Meristas, Galilæos, Græcanicos, Tinctorésque Pharisæos: sed (rogo patienter audiatis quæ sentio)

hi nomine tenus Iudæi sunt & Abrahæ filij, labiis cõfitentes Deum, corde vero, vt ipse Deus loquitur, ab eo alienissimi: at ego cum aliis qui recte Christianéque sentiunt, scio & resurrectionem carnis futuram, & mille annos in Hierusalem instaurata, ornata, dilatatáque, vt affirmãt prophetæ Ezechiel, Esaias & cæteri. sic enim Esaias de hoc annorum millenario loquitur: Erit cœlum nouum & terra noua: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor: sed gaudium & exultationé inueniẽt in ea quæcũque ego creo. quia ecce ego facio Hierusalem in exultationem, & populum meum lætum: & exultabo in Hierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in ea vltrà vox fletus neque vox clamoris. non erit ibi amplius immaturus dierum, & senex qui non impleat ætatem suam: erit enim iuuenis filius centum annorũ: & qui morietur peccator filius centum annorum maledictus erit. Et ædificabunt domos quas inhabitabunt ipsi: & plantabunt vineas quarum fructum comedent, vinumque bibent. non ædificabunt, & alius habitabit: non plãtabunt, & alius comedet. secundũ enim dies ligni vitæ, erunt dies

populi mei: opera manuum eorum multiplicabuntur. electi mei non laborabunt in vanũ, neq; liberos progignẽt in execrationem: quia semen iustum erunt & benedictum à Domino, & nepotes eorum cum eis. & fiet vt antequam clament exaudiam eos: adhuc illis loquẽtibus dicam. Quid est? tunc lupi & agni simul pascentur, & leo sicut bos edet paleas, & serpens terram sicut panem. non lædent neque lædentur in monte illo sancto, dicit Dominus. Hæc sunt inquam, verba prophetiæ, erunt enim secundum dies ligni dies populi: opera laborum eorum. intelligimus mille annos significare mysticè. sicut enim Adamum, cui dictum fuit: Quacunque die ederis de ligno, ea morieris: sciamus mille annos non expletos. Hoc illam sententiam, dies Domini vt mille anni, eodem tendere intelligimus: quoniam & apud nos vir quidam, cui nomen Ioannes, vnus è Christi apostolis, in reuelatione sibi facta, prophetauit, mille annis habitaturos Hierosolyma quotquot Christo nostro crediderint: ac mox sequuturã vniuersalem, & vt paucis dicam, æternam resurrectionem simul omnium, atque iudicium. quod etiam Dominus noster di-

xit: Non ducent vxores, nec nuptum dabunt, sed æquiparabuntur angelis, cùm sint filij Dei resurrectionisque, apud nos enim nunc quoque sunt dona prophetiæ, vt vel inde colligere debearis, in nos trãslata esse quæ olim vestra fuerant. sed quemadmodum apud vos tempore sanctorum prophetarum erant etiã pseudoprophetæ, sic nunc quoque apud nos sunt multi falsi magistri: à quib⁹ cauendũ præmonuit noster Dominus, ne qua fraude circumueniamur scientes illum præscisse quicquid secutorum eius resurrectionem ascensionémque in cœlum, & nobis obuenturum foret. dixit enim futurum vt propter nomen ipsius omnibus inuisi occiderentur etiam: & multos pseudoprophetas pseudochristósque venturos in eius nomine, & decepturos multos: id quod euenit. nam multi opiniones impias, blasphemiæ, iniquas, abusi eius nomine, docuerunt, & instinctu impuri spiritus docẽt hodiéque: quos æquè ac vos ab errore in rectam viam traducere conamur, scientes quòd quisquis loqui vera, cùm possit, grauatur, à Deo iudicabitur, sicut per Ezechielem Deus ipse protestatus est dicens: Speculatorem posui te domui Is-

dæ. Si peccarit peccator & non fueris protestatus ei, peribit quidem ipse in peccato suo, à te tamen sanguis eius requiretur. quòd si testatus fueris apud eũ, eris innocens. præ timore igitur nos quoque studemus scripturis, non ob lucri aut gloriæ voluptatisve cupidinẽ. nam ob nihil horũ quisquã nos criminari queat. non enim libet sic viuere sicut viuunt principes vestri populi, quibus Deus exprobrat dicens: Principes vestri socij furum, amãt munera, & sectãtur mutuam gratiã. quòd si aliquos tales nostis inter nos etiã, saltẽ scripturas & Christũ propter tales nolite blasphemare deprauaréq;. nam illud, Dicit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: de Ezecia dictũ aũsi sunt interpretari vestri magistri: quasi tũc iussus sit à dextris templi sedere, quando rex Assyriorum misit ad eum legatos minabundus, ipse verò per Esaiam ne timeret eum, fuit monitus. Scimus quidem & fatemur id factum quod narrat Esaias: Et auersus est rex Assyriorum ne debellaret Hierusalem in diebus Ezeciæ, & angelus Domini occidit in castris Assyriorum clxxxv. M. Psalmum tamen hunc

non de ipso loqui appareat. sic enim habet: Dicit Dominus Domino meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet in Hierusalem, & dominabitur in medio inimicorum suorum. In splendoribus sanctorum ante luciferũ genuite. Iurauit dominus nec pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternũ secũdam ordinẽ Melchisedech. Exciẽ autẽ non esse æternum sacerdotẽ secundũ ordinẽ Melchisedech, quis non fatebitur? tum quod is nobis liberator Hierusalem, quis nescit? & quod virgam virtutis ipse non miserit ex Hierusalem, nec dominatus sit in medio inimicorum suorum, sed Deus ab eo fletu lamentantéque hostem auerterit, quis ignorat? at noster Iesus licet nondũ veniat in gloria, virgam virtutis emisit in Hierusalem, verbum inuitans omnes gentes ad pœnitentiam, vbi dæmonia dominabantur, sicut Dauid inquit: Dij gentiũ dæmonia. & ille vehemens eius sermo perfudit multis, vt relictis dæmoniis quibus seruiebant, in omnipotentem Deum per eum crederent, & deos gẽtium esse dæmonia. Iam illud: In splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genuite, Christũ

dictum esse indicauimus antea. Et illud: Ecce virgo in vtero concipiet, pariétque filium, de hoc prædictũ fuerat. nisi enim de Virgine hic de quo Esaias canebat nasciturus fuisset, de quo alio spiritus sanctus clamabat, Ecce Dominus ipse dabit signum: ecce virgo concipiet pariétque filium? si enim vulgari more primogenitorum nasciturus erat ex coitu, cur Deus tanquam prodigium pollicereturquod commune est primogenitis omnibus? sed illud vere signum est & prodigium, credendum tamen humano generi, videlicet ex vtero virgineo prodituru creaturæ omnis primogenitum, assumpta carne pueri: quod ideo per spiritum prophéticum variis modis prænunciatum est, vt quando eueniret, potentia voluntatéque omnium conditoris factum sciretur: sicut etiam ex vna costarum Adami Eua nata est, & alia animalia cuncta ex verbo Dei primum orta sunt. Vos autem etiam in his audetis deprauare interpretationes seniorum vestrorum, quas Ptolemæo regi Aegyptiorum interpretati sunt: & negatis scripturam habere quod illi verterũt, sed Ecce puella in vtero concipiet: quasi prodigium insigne esset mulierẽ ex coitu

parere, quod omnes iuuenes mulier
faciunt exceptis sterilibus, quas & ipse
Deus si velit, potest fœcundas reddere.
nam mater Samuelis impos pariendi, p
voluntatem Dei peperit, & vxor Sara
patriarchæ Abrahami, & Elisabeth qua
Ioannem Baptistam peperit, & aliæ
quot similiter. itaque non debet vo
incredibile videri, Deum posse quæcu
que vult: præsertim ea quæ ventura pro
phetæ cecinerunt, non sunt deprauand
nec aliò torquenda interpretamentis.
enim vos ipsos non Deum lædetis: sunt
enim quidam ex vobis qui & illa prophe
tiæ verba, Tollite portas principes ve
stras, & eleuamini portæ æternales, vt
troeat rex gloriæ: similiter de Ezecia in
terpretari audentialij verò de Solomone
atqui nec in hunc, nec in illum, nec in u
lum alium vestrum regem possunt hæc
competere, nisi in solum hunc nostrum
Christum, qui indecorus & ingloriu ap
paruit, sicut Esaias ait, & Dauid, & om
nes scripturæ: qui est Dominus exercitu
voluntate sui patris cõstitutus: qui etiam
resurrexit è mortuis, & ascendit in cæ
lum: sicut & Psalmi & aliæ scripturæ pro
signabant, prænunciabántque eum Do-

minum potestatum ac exercituum: quod
nunc perspicuum vobis, modo velitis,
potest fieri. per nomẽ enim huius filij Dei,
primogeniti omnis creaturæ, ex Virgine
nati hominis passibilis, crucifixi sub Põ
tio Pilato à vestro populo, mortui, resu
scitati & in cœlum profecti, adiurata quæ
libet dæmonia vincuntur & imperata fa
ciunt: quæ si vos adiuretis per omnia no
mina vestrorum regum, propheta rum, pa
triarcharum, iustorúmque, nullum non
erit contemax. at siquis vestrum adiora
ret ea per Deum Abraham, & Deum I
saac, & Deum Iacob, fortàsis obsequa
rentur: vtuntur tamen vestri exorcistæ
arte hac, sicut & gentes, adhibendo suf
fitus & adalligamenta. Esse autẽ & ange
los & potestates quibus prophetia per
Dauidem edicit vt tollant portas, & in
tromittatur hic ex mortuis surgens iuxta
patris sui voluntatem Dominus virtutũ
Iesus Christus, verba ipsius Dauidis simi
liter declarant quæ denuo libet reuocare
in memoriam propter hos qui non inter
fuerũt hesterno colloquio, propter quos
multa hæc dicta repeto compẽdio. quod
si eadem inculco, scio non absurdum id
vobis videri, ridiculum enim esset, cũ vi-

deamus solem ac lunam stellásque semper eandem viam repetere, eásdémque vices temporum: & calculatorem quoties supputat bis duo quàtum faciant, non dubitare quatuor iterum atque iterum dicere, cæteráque ad eundem modum quæcunque constat perpetuò sui similia: scripturas propheticas tractátibus non idem permittere, vt eásdem repetant, quasi quis felicius hæc quàm ipsa scriptura queat eloqui. verba prophetæ, quibus Deus declarat esse in cœlo angelos potestatésque, sunt hæc: Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis: Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes potestates eius. Tum Mnaseas vnus ex his qui accesserunt postera die: Gratum est, inquit, te eadem propter nos repetere. Ad quem ego: audite amici, cuius scripturæ iussu hoc faciam. Iesus iussit diligere etiam inimicos, quod & per Esaiam dudũ prædixè prædicatum fuerat, simúlque mysterium regenerationis nostræ, omniúmque expectantium Christum apparitionem Hierosolymis, & operibus ei placere studentium. Verba Esaiæ sunt hæc: Audite verbum Domini, qui tremitis verbum eius dicite: Fratres nostri estis, odiéntibus vos,

& abominantibus propter nomen Domini. Glorificabitur Dominus, & conspicietur vobis lætantibus: ipsi verò pudefient. Vox clamoris de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionẽ superbis. antequam parturiret grauida, peperit, & antequam venirent ei dolores partus, enixa est masculum. Quis audiuit tale, aut quis vidit simile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? ego dedi hanc spem nõ gignenti, dicit Dominus, ego feci fœcundam & sterilem dicit Dominus. Lætare Hierusalem, & celebrate festum cuncti qui eam diligitis. gaudete omnes quotquot lugebatis propter eam, vt sugatis & saturemini de vbere consolationis eius, vt lacterimini & deliciis affluatis ob introitũ gloriæ eius. His dictis adieci. Crucis autem quæ alterum illum glorioſum aduentum præcessit secundum scripturas, & eorum quę iustis omnibus expectanda sunt, figuram habuit lignum vitæ, quod in medio paradiſi plantatum auditis. Moses item cum virga ad liberandum populum misſus, hanc manibus gestans in primo agmine mare discidit: hac è petra aquã elicuit:

in Meræ quoque amarum fontem iniecto ligno fecit aquas eius potabiles. Iacob virgis in aquæ alueos coniectis, fecundas auunculi oues illuc agebat, vt ex eis natæ possessionem suam faceret. idem iactat se in virga traiecisse fluuium, & visum sibi scalam, cui Deus inniteretur, sicut narrat scriptura. quem Deum alium fuisse quàm patrem illum, ex scripturis docuimus. lapidem quoque cum perunxisset oleo, columnam post in eo loco sacrasse Deo, qui sibi apparuerat, legitur. lapidem autem Christum sæpe in scripturis figurarè dici iam declaratum est: & quod vnguentum quoduis, tam ex oleo, quàm è tracte aliôue odoramento compositum, huius vnctionem figurabat, æquè demonstrauimus, scriptura dicente: Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. etenim regibus omnibus Christisque ex huius consortio regeneratis Christósque vocari contigit quemadmodum & ipse à patre accepit vt esset rex, Christus, sacerdos, angelus, & quicquid simile habet vel habuit. Virga Aaronis germinans pontificem eum designauit. Virgam è radice Iesse processurum Christum Esaias prophetauit. Dauid quoque vates

vates iustum confert ligno, quod plantatũ est iuxta decursus aquarum, quod fructũ dabit suo tempore, & folium eius non defluet, & alibi, Iustus vt palma florebit, vt dicitur. circa lignũ Abrahamo Deus conspectus est teste scriptura, ad quercum Mambræ videlicet. LXX. salices & XII. fontes populus traiecto Iordane reperit. Virga & baculo consolatum se à Deo Dauid cecinit. Ligno Eliæus coniecto in Iordanem fluuium extraxit ferrum securis, qua filij prophetarum cædebant materiem ad ædificium domus, vbi legem & præcepta Dei meditari volebant: quemadmodum & nos mersos peccatis nostris grauissimis, per lignum suæ crucis & per aquam purificatos Christus noster redemit, vt fieremus domus orationis adorationisque. Virga prodidit Iudam patrem natorum è Thamare, non sine magno mysterio. Ad hæc Tryphon: Caue putes, inquit, me quicquam percontari vt oppugnẽ quæ à te dicta sunt, sed vt discã hæc ipsa de quibus interrogo. Respondebitur. Esaias sic loquitur: Egredietur virga de radice Iesse, & flos ascendet de radice Iesse, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intelli-

gentiæ, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus cognitionis & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Dei. Tum versus ad me, Fassus es, inquit, hæc de Christo dicta esse: quem tamen iam antea Deum fuisse dicis, ac deinde iuxta Dei voluntatẽ incarnatũ & ex Virgine natũ hominẽ. quomodo potest credi fuisse antea qui repletur spiritus sancti potentiis enumeratis ab Esaia, quasi harum indiguerit? Prudenter, inquam, & cordatè interrogasti. nam reuera videtur hic dubitatio quædam occurrere. sed vt rationem horum quoque rerum videas, audi quæso: Has enumeratas spiritus virtutes non vt indiguo harum ait scripturas superuenturas, sed requieturas super eo, hoc est, in eo desituras, ne posthac vt antè prophetæ essent in vestro genere, quod oculis vestris potestis credere. post illum enim plane nullus propheta inter vos exstitit. præterea quod vnusquisque prophetarum vna alteráve potestate diuinitus accepta fecerit dixerítque quæcũque scripta sunt, intelligitis quid dicam. Sapientiæ spiritum habebat Solomon, intelligentiæ verò & consilij Daniel, fortitudinis pietatisque Moses, Elias timoris, cognitionis Esaias, & alij similiter, aliæ singulis, aut aliter, atque aliter coniugatas, vt Ieremias, & illi duodecim, & Dauid cæteraque quotquot apud vos prophetæ fuerũt. Quiescit igitur spiritus, hoc est, desinit in aduentu illius, post cuius cõuersationem eũ hominibus tempus erat hæc dona vocis afferri. & postquàm hîc interquieuerit, rursum iuxta prophetias donari credentibus per gratiam eiusdem potentis spiritus, pro cuiúsque modulo ipsi spiritui cognito. quod euenturum post eius in cœlum ascensionem prophetas prædixisse iterum atque iterum ex me auditis. nostis illud: Ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona filijs hominum. item alibi prophetiam dicentem: Et post hæc effundam spiritum meum in omnem carnem, in seruos meos ancillásque meas, & prophetabunt, id quod apud nos videre licet, fœminas æquè ac mares habere dona diuini spiritus. itaque non quòd ille indigeret potentia, venturas in eam potẽtias cecinit Esaias quas enumerat. sed quia non erant mansuræ amplius. Sit vobis idoneum testimonium Magorum ex Arabia de quibus diximus, qui puerum hunc quamprimũ natus est adue-

runt adorarúntque. natus enim suam habuit potentiam, pro ætate crescens more cæterorum hominum, vescens cibis omnibus, & per annos fermè triginta expectans donec præcederet Ioannes præco aduentus eius, & præiret per viam baptismatis, sicut suprà docui. tum verò Iesu profecto ad Iordanem fluuiũ vbi Ioannes baptizabat, & in aquam degresso, ignis è fluuio emicuit: ac mox in emergentem ex aqua deuolasse spiritum sanctum columbæ specie, scripserunt ipsius nostri Christi apostoli: non tamen quòd opus habuerit mersione aut allapsu spiritus columbina specie, ideóque ad amnem venerit, vt nobis est persuasissimum: sicut nec natiuitatem nec crucem quòd his opus haberet, pertulit: sed pro salute humani generis: quod tempore Adami seductum à serpente mortem inciderat, præter suam culpam vtroque parẽte in peccatum prolapso. Sic enim Deo visum est, tum angelos tum homines libero arbitrio prędotos fusíque potentes facere, quemque pro accepta facultate: vt si placita eius elegerint, illæsos seruet ac incolumes: sin ad malitiam deflexerint, singulis pœnas infligat quascunque voluerit, nam neque

tunc cùm insidens asino iuxta prophetiã venit Hierosolyma, ea vectatio quicquam ad Christi dignitatem contulit, sed hominibus ipsum esse Christum indicauit: sicut & Ioannis tempore oportuit Christum indicari hominibus. cùm enim Ioãnes apud Iordanem prædicaret baptismã pœnitentiæ, cinctus zona coriacea, & indutus indumento è solis camelinis pilis confecto, nec alio cibo pastus quàm locustis melléque siluestri, homines ipsum esse Christum suspicabãtur. quibus ille reclamabat: Non sum Christus, sed vox clamantis. Veniet enim ille fortior me, cuius ne calceos quidem portare sum idoneus. cúmque venisset Iesus ad Iordanẽ, vt tum putabatur Ioseph̃i materiarij fabri filius, ipse quoque obscurus vt scripturę prædixerant & pro fabro habitus: solebat enim dum inter homines degeret, aratra fabricare iugáque, vt & per has figuras iustitiam doceret, & re ipsa fugam ocij) tunc spiritus sanctus propter homines, vt iam dixi, specie columbæ deuolauit super eũ: simúlque vox de cœlis venit, quæ & per Dauidẽ ex persona patris enunciata fuerat: Filius meus es tu, ego hodie genui te: tunc natũ dicens hominibus, quãdo cœ-

pit eis innotescere. Filius, inquit, meus es iu, ego hodie genui te. Tum Tryphon, Scire debes quòd etiam nostra gens tota Christum expectat, & scripturas quas memorasti cunctas de ipso intelligendas fatemur, & quòd Iesu nomen filio Naue pudeat me tribuere, non nego, sed an tam inglorius sit Christus vt crucifigatur, id verò expedire nũ possumus. lex enim crucifixum maledicit. itaque ad hoc credendum sum perdifficilis. passibilem quidem Christum scripturæ manifestè prædicant, an autem passurum etiam passionem execratam in lege, libet ex te discere, si modò potes docere. Nisi passurus fuisset Christus, inquam, non prædixissent prophetæ futurum vt propter peccata populi doceretur ad mortem, cõtumeliisque ac flagris afficeretur, & inter iniquos reputaretur, & tanquam ouis ad mactationem duceretur, cuius genus inenarrabile prophetam dicere admiratione dignum est, quòd si his notis noscitatur ab omnibus, cur nos etiam nos fortiter crederemus in eum? & quotquot intellexerunt prophetas, non de alio quàm hoc crucifixo dicta illorum accipiant? Doce igitur, inquit, etiam nos è scripturis, vt credamus pariter, pas-

surum enim & tanquam ouem ducendũ scimus: an autem crucifigatur & tam turpiter probrosèque moriatur morte execrata in lege, tu explica. nos enim ne cogitare quidem hoc possumus. Scis, inquam, quòd quicquid dixerunt & fecerunt prophetæ, similitudinibus (vt ipsi fatemini) figurisque texerunt, ne facile pleraq; intelligãtur ab omnibus, ita vt laborandũ sit in quærenda eruendáque veritate. Assensunt omnes. Perge igitur, inquam, audire. Moses primus prænunciauit hanc eius, vt videtur, maledictionem, per signa quæ patrauit. Quænam, inquit? Quando populus, inquã, pugnabat aduersus Amalec, Naue filius cognomine Iesus prætat in acie, Moses ipse vota Deo faciebat, expansis ambabus manibus. Or autem & Aaron sustinebant eas per totam diem, ne remitterentur præ lassitudine. Siquid enim labaret hæc figura crucem imitans, mox (vt ipse Moses scribit) vincebatur populus, quod si in eodem statu maneret, Amalec vincebatur, cruce vires addente victoribus. non enim propter preces Mosis superior euadebat populus, sed quia nomẽ Iesu versabatur in prima acie, & vates signũ crucis repræsentabat. quis

enim est vestrum qui nesciat, precibus lacrymisque maxime flecti Deum ad miserationem, si quis demisso vultu procumbat in genua? sed in lapide sedens nec hic alias precatus est, nec alius postea. habet autem & lapis figuram, vt docui, Christum significantem. Alibi quoque indicta vim mysterij crucis, Deus per Mosem sic loquitur in benedictione, qua benedicit Ioſephum: De benedictione Domini terra eius, de horis cœli & rore atque abyſſo fontiũ lympidorũ: de pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium atque collium fluminumque perennium, & de fructibus terræ ac eius plenitudine. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioſeph & super verticem. Glorioſus inter fratres primogenitus: quasi tauri pulchritudo eius: cornua rhinocerotis cornua eius: ipsis ventilabit gentes vsque ad extrema terræ. Vnicornis enim cornua nullam rem aliam figuram aliam poſsis dicere, quàm formam crucis. nam vnus stipes in rectum surgit, in quo summo ceu cornu promanet, quando transuersum lignum additur, vni cornui adiunctis vtrinque cornibus: medius quoque stipes refert cornu

nuli speciem, quo sustinentur crucifixi, & ipse cũ reliquis duobus cornibus coaptatus, pariterque rigidus. quin & illud dictum, Ipsis ventilabit gentes vsque ad extrema terræ significabat ea quæ nunc videmus in omnibus gentibus fieri. nam cornu hoc petiti compunctique multi ex omnibus gentibus, per hoc mysterium ad pietatem conuersi sunt à vanis simulacris dæmonum: incredulis autem eadem figura ad condemnationem ipsorum proponitur: quemadmodum populo Aegyptum egresso, per figuratam expansionem Mosis manuum, & per Naue filium Iesum cognominatum, Amalec succumbebat, vincebat Israel. quin & illa figura serpentis dedicati propter infestatos Israelitas serpentum morsibus, præsignasse videtur salutem credentium in crucifixum, cuius crux exitium serpenti attulit. non enim in serpente nos fiduciam collocare propheticus spiritus per Mosem docuit, quandoquidem ab initio maledictum à Deo dixerat: & per Esaiam prædictum est, fore vt interficiatur tanquam hostis magno illo gladio, qui Christus est: Nisi quis igitur per diuinam gratiam adeptus fuerit in-

tellectum dictorum factorúmq; propheticorum, nihil ei proderit scire vel dicta ipsi vel facta, ni possit etiam rationem eorum reddere: alioqui contemnenda videbũtur ista prolata apud vulgus non intelligentium. Siquis enim reputet, quòd Enoch, Noe cum filiis, & siqui fuere similes, absq; circũcisione sabbatisq; Deo placuerint, quę causa est vt post tot ætates Deus per nouos principes nouásq; leges exegerit iustificationem, circumcisionem quidem ab Abraho vsque Mosem; deinceps verò mandatorũ quoq; ad circumcisionem accedentium, hoc est sabbatorũ, sacrificiorum, oblationum, libaminum: nisi quæ iam me differente apparuit videlicet præscisse Deum, fore vt vester populus merito eiiciatur Hierosolymis, adeò vt nemo vestrum permittatur illuc ingredi? nulla enim alia re dignoscimini, vt dixi, nisi carnis circũcisione, Abraham certe non propter circumcisionem, sed propter fidem iustus appellatus est dei testimonio. prius enim quàm circumcideretur, dictũ est de eo: Credidit Deo Abraham, & imputatum est ei ad iusticiam, ideo nos quoque in præputio carnis credentes Deo per Christum, & circumcisionem habentes non inutilem, cordis videlicet, speramus nos pro iustis approbandos à Deo, quandoquidem iam consecuti sumus ab eo testimonium per verba prophetica. cęterũ sabbata vestra oblationésque, & proprius locus designatus inuocando nomini Domini: hæc omnia (vt dixi) data sunt pronis ad idololatriam & oblitis Dei, quando ad impietatem & dei contemptum deflexistis, vt semper soletis; & iam antè ostendi, hanc esse causam sabbatorum oblationúmque, & mandatorum huiusmodi: attamen propter hos qui hodie venerunt, eadem ferme libet repetere: alioqui patebit Deus quorundam calumniis, quasi parum prouidus aut non semper eadem modo docés iusta vel dicere vel facere, liquet enim multas ętates hominum ante Mosem elapsas fuisse. Nónne scriptura dicit; verax est Deus & iustus, & omnes eius viæ iudicium, nec est in eo iniusticia? hoc oraculum quia verum est, vult deus vt relicta stulticia pristina cæcóque amore sui, seruemini cum Christo dilecto dei, de quo testantur sanctorum propheratum oracula, sicut prolixè demonstrauimus. nã quæ semper & in vniuersum iusta sunt,

solidam iusticiam præbent cuiuis hominum generi: in quo nemo ignorat, malum esse adulterium, stuprum, homicidia & huiusmodi cætera, quæ etiamsi omnes facerent, scirent tamen se iniuste facere: exceptis his qui pleni spiritu impuro, & mala educatione malisque moribus ac legibus deprauati naturalé sensum amiserunt, aut extinxerũt oppresserũtque. licet enim videre facientes quæ sibi molestum fieri, & opprobrantes aliis ea, quorum sibiipsi sunt conscij. ideo recte dixit dominus noster & seruator Iesus Christus, duobus præceptis contineri plenariam pietatem atque iusticiam, nempe his: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo totisque viribus tuis, & proximum vt te ipsum. nam qui toto corde totisque viribus Deum diligit, cum sit pia mente præditus, nullum alium colet Deum, etiamsi colat Deo volente angelum illũ dilectum ipsi Domino Deóq;, & quicunque proximum vt seipsum diligit, quicquid boni sibimet cupit, & illi cupiet pariter, nemo autem sibiipsi male vult. eadem igitur quæ sibi, proximo quoque optabit & faciet, quisquis proximum vt seipsum diligit. nihil autem est homini propinquius, quàm

homo, animal ratione passionibus eisdé obnoxium. cũ igitur tota iusticia diuidatur in officia quæ debentur partim Deo partim hominibus, præceptum hoc: Dilige Dominum Deum ex toto corde totisque viribus, & proximũ vt teipsum, reuera iustũ erit. vos nec erga Deum, nec erga prophetas, nec erga vosipsos vnquam declaratis amoré aut amicitiã: sed vt demõstratũ est, semper idololatræ & homicidæ iustorum deprehensi estis, donec in ipsum Christum manus iniecistis: hodiéque perduratis in vestra malicia, execrãdo eos qui hũc à vobis crucifixum esse Christum euincunt. nec his contenti, conamini persuadere, illum vt inimicum Deo execrabilémque, crucifixum fuisse, quæ vestra est insania maxima. cùm enim possitis è prodigiis signisque per Mosem exhibitis colligere hunc esse, non vultis tamen, atq; vt etiã nos seducatis admonemini, exagitando quæstiũculis, cùm rationibus destituamini siquando in solidum firmumque Christianum incideritis. Dicite mihi: nónne Deus erat qui per Mosem interdixerat ne quis imaginem similitudinémue vllam faceret vel cœlestium rerum vel terrestrium: & tamé ipse per eun-

dem Mosem in deserto iussit fieri serpentem aheneum, & pro signo erigi, vt per hoc signum seruarentur morsi à serpentibus: id quod nemo vt iniquum criminatur. Præsignabatur enim, vt dixi mysterio, fore vt aliquando destruatur potentia serpentis, qui Adamo transgrediendi mandati autor fuerat: salutem autem obuentura his qui crederent per hoc signum prænunciato, crucifigendo videlicet, ve serpentinos morsus euadatis: hoc est, mala opera, idololatrias, iniquitates quæ cæteras, aliquin ni hæc ita intelligantur, reddite mihi rationem cur Moses aheneum serpentem pro signo sustulerit, & omnes eum intueri iusserit remedio præsentaneo, præsertim cùm ipse interdixisset ne quis vllã similitudinem effingeret. Tum alter ex his qui postera die venerant: vere dixti, inquit, non possumus rationem reddere. equidem sæpe super hac re magistros consului, nec quisquam rationem reddidit. proindè perge tu dicere, cæterùm nam tibi explicanti mysterium & prophetas vindicanti à calumniis. Quemadmodum igitur inquam, signum aheneti serpentis Deus iussit fieri, quod nemo culpauit: in iege execratio proposita est crucifixo

hominibus, cùm Christo Dei nulla intenteretur, per quem seruantur quotquot sunt alioquin execrabiles. nam vniuersum genus hominum, subiasset execratioui legis Mosaicæ, sic denunciante: Execrabilis omnis qui nõ immanet præceptis scriptis in libro legis huius, vt faciat eas quæ à nemine exactè obseruata, ne vos quidé negare audebitis, licet alij magis, alij minus ab eis deflexerint. quòd si etiã legis obseruatores non sunt immunes ab execratione, eo quod non seruent præcepta omnia: quanto magis erunt genetes omnes ob noxias, pollutæ idololatrias, puerorúmque incestis amoribus, & viciis cæteris? cùm igitur Christum suum Pater pro vniuerso genere hominũ execrationem subire voluerit, sciens eum à se post crucem mortẽ, neque resuscitandum, cur tanquã de execrato loquimini, cùm patris voluntatẽ, patiendo exsecratus fit, ac non potius vos ipsos deploratis? quamuis enim pater ipse filio patiẽdi pro humano genere autor fuerit, vos tamen non fuistis ministri eius sententiæ. nam, neq; cùm prophetas occideretis, pie fecistis. Nec est quod dicatis: si pater hæc eũ pati voluit, vt eius vibice sanaretur genus,

hominum, nos quid peccauimus? nam si peccati pœnitet, & agnoscendo hunc esse Christum, mandata eius seruare volentes percontamini, dixi in promptu esse veniã, quòd si & ipsum & eius fideles execramini, & quoties in eos sæuire datur, interficitis, qui fieri potest vt non exigatur à vobis pœna, quasi ab iniquis & obstinatis peccatoribus, qui ne ab illo quidem sceleratas manus abstinuissetis? Etenim dictum hoc legis, Maledictus omnis qui pendet in ligno, non quia maledictus sit hic Deus crucifixus, cõfirmat spem nostrã à crucifixo Christo pendentem: sed quia Deus prædixit vos vestrique similes omnes ignoraturos illũ antiquissimum sempiternúmque Dei sacerdotem, regem ac Christum futurum: quod nũc in vobis videre licet. Deuouetis enim diris quotquot ab illo Christiani denóminantur, cæteræ verò gẽtes hanc imprecationem consequuntur operibus, interficiendo ob solam professionem Christianismi: quos tamẽ omnes fratrum appellatione dignamur, & ad veritatis cognitionem hortamur: vobis autem illisque contumaciter resistentibus & vltro nos ad negationem nominis Christi cogentibus, encera-

ri malumus, certi rata fore omnia quæ nobis Deus per Christũ est pollicitus: & insuper etiam pro vobis precamur, vt misericordiam Christi consequamini. sic enim ipse nos pro inimicis orare docuit dicens: Estote benigni ac misericordes, sicut pater vester cœlestis. videmus enim Deum cunctipotentem, benignum, misericordémq;, qui solem suum profert ingratis ac iustis, & pluit super pios ac malos, quos omnes se iudicaturum præmonuit. nec enim temerè factum est, quod propheta Moses permansit vsque ad vesperam in eadem forma, Oro Aaronéque manus eius sustentantibus nam & dominus penè vsque vesperam in ligno mansit, ac tunc demum sepultus est, tertia verò die resurrexit: id quod sic per Dauidem prænunciatum fuerat: Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego decubui & sopitus sum: experrectus sum quia Dominus suscepit me. Et per Esaiam similiter prædictum fuerat de hoc, & mortis eius genere: Expandi manus meas ad populum incredulum contradicentemque, ambulantem in via non bona. Resurrecturum quoque idem Esaias dixerat. Sepulchrum eius fu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

blatum est è medio : dabo diuites pro morte eius. Passionem quoque ac crucem per mysticam similitudinem aliubi Dauid subindicat in Psalmo xxi Fodérunt manus meas & pedes meos, dinumerarunt omnia ossa mea, ipsi autem considerabant & inspectabant me. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meã miserunt sortem. Quando enim crucifixerunt eum, impactis clauis manus eius pedésque pertuderunt: & crucifixores vestimenta eius sibi diuiserunt, sortibus committentes quæ portio cui militi deberet cedere. vos tamen ne hunc quidem Psalmum de Christo loqui putatis, excæcati modis omnibus: nec intelligitis nullum vnquam vestri generis regem Christum extitisse, cui viuo manus ac pedes perfossi sint: sed solum Iesum iuxta mysticum carmen crucifixum fuisse, recitare libet totum Psalmum, vt audiatis quanta pietate ille ad patrem referat omnia, orans vt par illum ab instante morte seruetur, simúlque in eodem Psalmo indicans quales fuerint qui coorti sint aduersus eum, declaránsque se fuisse vere hominem passionum capacem, est autem Psalmus hic. Deus Deus meus respice in me quare me

dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem & non exaudies: & nocte & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israël. In te sperarunt patres nostri, sperarunt & liberasti eos. Ad te clamarunt & salui facti sunt: in te speraunt & non sunt confusi. Ego autem sum vermis non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ. In te proiectus sum ex vtero, de vétre matris meæ Deus meus es tu. Ne discesseris à me quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera, liquescens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis

deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerarunt omnia ossa mea. Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defendendum me attende. Erue à framea animam meam, & de manu canis vnigenitam meam. Serua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum laudate eum, vniuersum semen Iacob glorificate eum. Timeat eum, vniuersum semen Israël. His recitatis, nunc inquam, declarabo totum Psalmũ de Christo dictum, interpretando singula. Mox initio quod dicit: Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti, totidem verbis posita Christus protulit: pendens enim in cruce dixit: Deus Deus meus quare dereliquisti me? item quæ deinceps sequuntur, longa à salute mea verba delictorum meorum: Deus meus clamabo per diẽ & non exaudies nos tu & non ad insipientiam mihi

sicut etiam gerenda erant, ita prædicta fuerant. nam pridie quàm crucifigeretur digressus cũ tribus ex discipulis in montem qui oliuetum dicitur, Hierosolymitano templo aduersum, precabatur dicẽs: Pater si possibile est, trãseat à me hoc poculum. ac mox addidit: non vt ego volò, sed vt tu vis: his verbis indicans se factum vere passibilem hominem. Verùm ne quis cogitaret, Num igitur ignorabat se passurum? sequitur mox in Psalmo, Et non ad insipientiam mihi: sicut nec Deo imputatum est ad ignorantiam, quod rogarit Adamum vbi esset: & Cainum, vbi Abel: nimirum singulos arguens, vt hæc perscripturas in nostram venirent noticiam: ita hîc quoque non suam ignorantiam significat, sed istorum qui eum Christum non putant, ac perinde moliuntur ei perniciẽ, quasi vulgari homini mansuro apud inferos. quod autẽ, sequitur: Tu verò in sanctio habitas laus Israël: significat laude admiratione que dignum futurum post crucem rediuiuum die tertia, quod beneficiũ à suo patre acceptum habet. nam Christũ & Iacob vocari & Israël iam docuimus. nec solum benedictiones Ioseph Iudæq; mystice de illo prædicatas ostẽdimus, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in Euangelio legimus eũ dixisse: Omnia mihi tradita sunt à patre, & nemo nouit patrem nisi filius, nec filium nisi pater, & quibus filius reuelauerit. Reuelauit igitur nobis omnia, quæcunq; & ex scripturis per ipsius gratiam discimus, intelligẽtes eum Dei primogenitum antiquiorem creaturis omnibus: & patriarcharum filium, quandoquidem per oriundam ex illorum genere Virginem incarnatus, homo indecorus, inglorius, passibilisq; hereſustinuit. Vnde cùm de futura sua passione loqueretur, inquit: Oportet filium hominis multa pati & reprobari à Phariſæis Scribisque, & crucifigi, & tertia die resurgere, Filium hominis seipsum dicebat, vel quia natus de Virgine oriunda, vt dixi à Dauide, Iacobo, Isaaco, Abrahamóque: vel quia ipse Abraham etiam reliquorum deinceps pater est, ex quibus Mariæ stirps deducitur. scimus enim patres filiarum, etiam liberorum patres esse, quos illæ pariunt. nam Simon vnus discipulorum, qui reuelante patre agnouerat Christum Dei filium, Petrus ideo cognominatus fuit: & filium Dei legimus in Apostolorum ipsius commentariis: quem cùm filium dicimus, intelligi-

mus antiquiorem creaturis omnibus, ex patre virtute ipsius consilióque progressum, qui & sapientia, dies, oriens, gladius, lapis, virga, Iacob, Israël, alio atque alio modo in prophetarum scripturis appellatur: homo natus de Virgine, vt per quam viam fraude serpentis subintrauit inobedientia, per eandem sequeretur venia. cùm enim integra virgo esset Eua, concepto verbo serpentis, inobedientiam mortémque peperit. at virgo Maria postquam eõcepit fidem cum gaudio, asserente sibi Gabriele lætum nuncium, quod spiritus Domini ei superueniat, & obumbret ipsam virtus altissimi, & ideo quod ex ea nascatur sanctum, esse filium Dei, respondit: Fiat mihi secundum verbum tuum. Ex hac natus est hic de quo tot scripturas loqui docuimus, per quem Deus & serpentem illum & similes eius angelos hominésque destruit: pœnitentibus vero & credentibus in eum absolutionem à morte concedit. Cæterùm quæ in Psalmo hoc sequuntur: In te sperarunt patres nostri, sperarunt & liberasti eos: ad te clamarunt & non puduerunt: Ego autem sum vermis non homo, opprobrium hominum & reie-

ctus à populo: significant eum patres agnoscere qui sperando in Deum ab eo seruati fuerunt: qui quidem etiam patres erant Virginis ex qua homo natus est: & se quoque seruandum ab eodem Deo indicat, tantum abest vt iactet se aliquid effecturum proprio consilio, suisque viribus. nam & cùm in terra versaretur, idem fecit: dicente ei quodam, Præceptor bone, respondit: Cur me dicis bonum? Vnus est bonus, Pater meus cœlestis. quod autem dicit: Ego sum vermis non homo, opprobrium hominum & reiectus à populo: prædictum est quod obuenire obueniisséque ei videmus. opprobrium: est enim nobis quotquot vbiuis gentium in eum credimus, reiectamentum verò populi, quia nihili pensus & contemptus à vestro populo, passus est iniurias quibus eum affecistis. Tum quæ sequuntur: Omnes qui contemplabantur me subsannabant, loquebantur in labiis mouentes caput: Speranit in Dominum, liberet eum, quia vult eum, similiter futuri euentus habent præsagium. nam qui crucifixum eum inspectabant, torquendo nares & labia cauillabantur, sicut in literis Apostolorum legimus: Filium dei se iactabat, des-

cendat nunc & obambulet, seruet eum Deus. Sic quæ deinceps leguntur: Spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum è vulua, à ventre matris meæ Deus meus es tu: quia non est qui succurrat mihi. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues circumuenerunt me: aperuerunt in me os suum tanquam leo rapiens & rugiens. Sicut aqua diffusa dispersaque sunt omnia ossa mea, factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventris mei. Aruit sicut testa vis mea, & lingua mea hæsit gutturi meo, dudum prænunciabant, hæc quæ iam facta sunt. nam quod dicit: Spes mea ab vberibus matris meæ: quamprimum in Bethlehem natum, vt supra dixi, Herodes ex Arabiæ Magis cognouit, molitus est ei perniciem, quando Ioseph Deo iubente vnà cum puero matréq; Maria in Aegyptum profectus est. sic enim pater ei⁹ decreuerat, vt post absolutam demum verbi prædicationem, filium ad necem dederet. Quòd siquis obiiciat, an nõ potuit Deus Herodem potius interimere? vicissim rogabo: An non potuit Deus initio serpentem è rebus tollere, potius quàm dicere, Inimicitias ponam inter te & mulie-

rem, & semen tuũ & semen illius? Nónne potuit cõfestim facere multitudinem hominũ? Sed vt ei visum est bonum, reliquit in ipsorum potestate quid iuste agerent vel angeli vel homines, præfinito tempore quandiu vellet eos esse iuris liberi, & quia bonum hoc esse sciebat, generatim particulatimque exercuit iudicia saluo tamen libero arbitrio. vnde sic legimus de fundatione turris illius, déque linguarum mutatis & dissonis: Et dixit Dominus: ecce genus vnum & labium vnum omnium, & aggressi sunt ista facere: non desistent à cogitationibus suis donec eas opere compleant. Sic & illud: Aperi quasi testa vis mea, & lingua mea hæsit gutturi, similiter prædictio fuit gerendarum olim iuxta paternã voluntatem, nam sermonis eius vehementia, qua coarguebat lacessentes se quæstionibꝰ pharisæos scribásq; & in vniuersum magistros vestros, cohibita fuit sicut fons exundis riuis. Ius aquæ deriuatę sunt alio, ita vt apud latum neminem respõso dignaretur, quemadmodum in commentariis Apostolorum legitur. vnde dictum illud Esaiæ sit magis perspicuum: Dominus dat mihi linguam vt sciam quando debeam sermonem pro-

loqui. Iam cùm dicit, Deus meus es tu, ne discesseris à me: docet omnem hominem debere spem suam in Deo solo ponere, & ab illo salutem auxiliumque petere: non vt solent cæteri, fiducia generis, aut opum, aut virium aut sapientiæ salutem sibi polliceri: quemadmodum & vos semper fecistis, interdum adorantes vitulum, semper ingrati & occisores iustorum, inflatique fiducia generis. nam si videmus filium Dei nec viribus suis nec sapientiæ ferre acceptam salutem, cùm tamen sit innocẽtissimus, ac ne verbo quidem peccarit (iniquitatem, inquit, Esaias non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius) nec putare se posse sine Deo saluum euadere: qui fieri potest vt vos & alij qui cunque sine hac spe salutem expectant, non seipsos decipiant? Quod autem sequitur in Psalmo: Quia tribulatio propinquat, quia nõ est qui adiuuet me. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues circumuenerunt me: diduxerunt cõtra me os suum, tanquam leo rapiens & rugiens: quasi aqua effusa & dispersa sunt omnia ossa mea: æquè de futuris fuit vaticinium. nam illa nocte quando in monte oliuarum aggressi sunt eum vestri po-

pulares, immissi à scribis pharisæisq; circumuenerunt eum, quos vitulos cornutos petulcosque scriptura nominat. sic tauros pingues cùm dicit, de magistris vestris loquitur, ad quos iuuéeis nihilo meliores adductus est: quos ideo tauros scriptura vocat, quia vitulos è tauris gigni scimus. quemadmodũ igitur absq; tauris non fiunt vituli, sic magistri vestri autores fuerũt suis filiis vt progressi in montem oliuarũ comprehéderent illũ, & ad se adducerét. Quod verò dicit: Non est qui adiuuet: refertur ad idem facinus. nam & vnus quidem illi vt insonti opem tulit. cæterùm illa verba aperuerunt contra nos suũ quasi leo rugiés: significant regem Iudæorum eius temporis, qui & ipse Herodes dictus successerat illi Herodi sub quo Christus natus est, interfectore puerorũ Bethlehemiticoũ, quãdo ἀπορρητα verba Magorũ Arabiæ cogitauit intercipiendum eum in hoc numero, nescius plus posse Dei consilium ablegantis Ioseph in Aegyptum cum Maria & puero, donec per reuelationem moneretur de reditu in patriam: vbi permanserunt vsque obitum Herodis infanticidæ & successorem Archelaum. verùm is quoq; de-

functus est prius quàm Christus suam dispensationem iuxta patris voluntatem exsequeretur vsque ad crucis supplicium. In eius regni partem successit Herodes alter, cui Pilatus vt gratificaretur, vinctũ Iesum misit, vt olim deus per prophetam prædixerat verbis his: Et adduxerunt eũ regi munus in Palatium Assyrij. Aut leonem contra se irrugientem dicit diabolum, quem Moses quidem serpentem vocat, à Iobo autem & Zacharia nominatur diabolus, & à Iesu Satanas, appellationem hanc nactus conuenientem suis studiis. Satan enim Iudæorum, Syrorúmque lingua desertorem significat. hæc autem vox Nas, quod interpretatur serpẽs, Hebræis idẽ quod Satã valet. ita ex vtroque vnum vocabulum componitur satanas. Nam hic diabolus, quàm primum illo exscendente amnem Iordanem audiuit: Filius meus es tu, ego hodie genui te: sicut in scripturis Apostolorum legitur: aggressus eum tentãdi causa eò vsque processit vt diceret, adora me: & à Christo reiiceretur hoc responso: Abi post me satana: Dominũ Deum tuũ adorabis, & ei soli seruies. nam sicut Adamum deceperat, cogitabat huic quoque se pos-

se aliquid officere. Item illa: Sicut aqua effusa & dispersa sunt cuncta ossa mea: factum est cor meum sicut cera liquescens in medio ventris mei: euenerunt ei nocte ipsa, qua in monte oliuarum captus est, quemadmodũ prædictum fuerat. legitur enim in suprà memoratis Apostolorum & Discipulorũ eius cõmentariis, sudore quasi guttis sanguineis manasse illũ precantem dicentémq; Transeat, si fieri potest, poculum hoc: videlicet tremore cor & ossa occupante, & præcordiis tanquam cera liquescentibus in ventre: vt scimus patrem voluisse, hæc quoque suũ filiũ pati propter nos: néve dicamus quod ille, cùm esset Dei filius, parui penderet quicquid sibi accideret. Item illud: Arefacta quasi testa virtus mea, lingua mea hæsit gutturi meo: vt iam dixi præsignabat silentium nihil cuiquam responsuri, cùm posset omnes vestros magistros coarguere stultitiæ. Tum illud: In puluerem mortis deduxisti me: Circundederunt me canes & venatores multi, cœtus malignantium circumuenit me: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea: Ipsi autem considerabant & inspectabant me: diuiserunt sibi vestimẽ-

ta mea, & super vestem meam miserunt sortem: iam antea dixi vaticinium fuisse de genere mortis qua damnauit eũ consiliũ malignantium, sicut eorundẽ Apostolorũ scriptis est proditum: quod genus hominum scriptura canes venatoréſque vocat, quia prius quàm damnarent clauserunt illum indagine. Vestes quoque crucifixi diuisas fuisse inter milites exactores supplicij, antè dictum est. Iam quæ sequuntur in eodem Psalmo: Domine ne elõgaueris auxilium tuum à me, in adiutorium meum intende: Libera à framea animam meã, & è manu canis vnigenitã meã: Serua me ex ore leonis, & à cornibus vnicorniũ humilitatem meã: æquè ac illa superiora futuros casus prænunciant. quòd enim hic erat omnipotentis patris vnigenitus, sermo potens ex eo genitus proprie, ac pòst homo natus per virginẽ, ex Apostolicis literis ante memorauimus: sicut & mortẽ eius quã in cruce sustinuit. nã illa verba: Libera à framea animã meã, & è manu canis vnigenitã meã: Serua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatẽ meã: similiter sunt prædicentis genus mortis passionisq; crucẽ videlicet. superius enim explicauimus vobis, quòd cor-

nua vnicornium nihil aliud quàm crucem significent. quod verò petit, vt à framea & ore leonis & manu canis animam suam eripiat, precatio est ne in cuiusquam potestatem veniat, vt quãdo nos in exitu vitæ fuerimus, eadé petamus à Deo qui potest abigere quemcunque impudentem malum genium, quo minus animæ admoliri manus audeat. manere autem post mortem animas declarauit vobis exemplo Samuelis, cuius anima iubente Saule fuit euocata per sagam ventriloquam. videntur autem omnes animæ prophetarum iustorúmque obnoxiæ fuisse talibus potestatibus, qualem in ventriloqua fuisse rebus ipsis creditur. Ideo hoc quoque docemur exemplo filij Dei vt contendamus ad iustitiam, & sub exitum vitæ deprecemur ne anima nostra in vllam similem potestatem incidat. Reddens enim spiritum in cruce dixit: Pater in manus tuas depono spiritum meum: sicut ab isdem discipulis est literis proditum. Idem compellens discipulos vt institutam pharisæorum vincerent, aut scirent se non saluandos, sic dixisse legitur: Nisi abundauerit vestra iustitia plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in

regnum cœlorum. Et quia sciebat se impetraturum à patre quicquid petierit, resuscitandum etiam ab illo ex mortuis, hortabatur omnes religiosos ad laudandum Deum, eo quòd per sacramentum crucifixi misertus sit omnium hominum in se credentium. Quapropter ibidem legitur quomodo in medio fratrum suorum Apostolorum constitit: qui eum reuixisse persuasi ita vt ante passionem ipse prædixerat, & prophetæ multo antè prænunciarant, pœnitentia tacti sunt quod eum in supplicio deseruerint: atque ita vnà cum eo laudauerunt Deum: sicut huius Psalmi reliquum indicat verbis his: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum, vniuersum semen Iacob glorificate eum: Timeat eum omne semẽ Israel. quin & illud quod in eisdem commentariis legitur eũ mutasse nomen vni ex Apostolis Petro, sicut & fratres filios Zebedæi cognominatos Boanerges, hoc est filios tonitrus: significat hunc esse illum qui olim Iacobum cognominauit Israẽlem, & Iesum pro Ause vocari voluit, cuius nomine ductúque populus ex Aegypto profugus

ad terram patriarchis promissam deniq; gravit. Iam ortum eius velut sidus emicaturū ex Abrahami genere Moses prædivinavit dicens: Orietur stella ex Iacob & dux ex Israële. Et alia scriptura, inquit: Ecce vir, Oriens nomen eius. Ergo statim vt natus est, stella in cœlo extitit, sicut scribunt Apostoli; quam mox agnoverunt magi Arabici, & venerunt adoraturi eum. Quod autem die tertia post crucem resurrecturus esset, scriptum est in iisdem commentariis, cum enim quidam è vestris disputarent cum eo dicentque: Ostende nobis signum aliquod: respondit eis: Generatio mala & adultera signum requirit, nec dabitur ei signum, nisi signum Ionæ. Quæ cùm dicerentur, latebant intellectum audientium, hæc intelligi oportere de resurrectione post crucem die tertia: similique indicabatur, generationē vestrā nequiorem & prauitioremque esse ciuitate Niniuitarum, vbi Ionas è ventre ceti resurgentem die tertia, inter cætera prædicauit fore vt post quadraginta tres dies deleatur ciuitas, vna cum vniuerso populo. Illi vero territi ieiunium indixerunt absque vlla exceptione remissionisq; nec bruta par-

centes nec hominibus, sacris induti, & ciulatu continuo præ se ferentes sinceram cordis pœnitentiam, & regulatam iustitiam, inuitantésque se inuicem ad fidendum diuinæ caritati atque clementiæ omnibus resipiscentibus expositæ: ita vt rex ipse cum suis magnatibus amicti cilicijs perdurarent in ieiuniis ac precationibus, & exorarint Deum ne subuerteretur ciuitas. id cùm ægrè ferret Ionas, postquadragesimum tertiū diem incolumi ciuitate irritum factum suum vaticinium, fertur Deo volente subito exortam cucurbitam pergulam fruticante siluestri cucurbita, quæ esset in æstu pro vmbraculo, citra plantationem Ionæ rigationémque, relentino virore operarit sed quàm facile adoleuerat, tam exaruisse facile. ac rursum indignabundum propheram reprehensum meritò, quòd mœreret stare ciuitatem integram: Tibi, inquit, grata fuit cucurbita cui alendæ nihil operæ insumpsisti, quæ vna nocte nata vna nocte periit? & ego non parcam Niniuę ciuitati magnæ, in qua sunt plus quàm centum viginti millia hominū, qui nesciunt quid interfit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa? Hæc Ionæ acta cùm sciant vestri

homines, tamen præmoniti à Christo accepturos se signum Ionæ, vt saltem post resurrectionem eius à mortuis resipiscentes ab erratis præteritis, ad exemplum Niniuitarum opplororetis Deo, atque ita genti ciuitatique vestræ caueatis ab excidio: non solum non egistis pœnitentiam postquam audistis excitatum à mortuis: sed vt antè dixi, per certos homines publico consilio dimissos quàm latè orbis habitatur, sparsistis rumorem exortam esse impiam sectam auctore quodam Iesu Galilæo, homine impostore: quem à vobis crucifixum discipuli noctu è monumento subtraxerint, quò refixus à cruce positus fuerat: persuaserintque credulis excitatum à mortuis in cœlum ascendisse: & insuper doctrinam eius infamatis, sicut & hodie de confitentibus Christum magistrum suum esse Dei filiũ, quædam scelesta, iniqua, impiáque deprædicatis. præterea ciuitate vestra expugnata, terráque deuastata, non resipiscitis, sed audetis execrari & ipsum & quotquot credunt in eum. nos tamen nec vos, nec eos qui talibus vestris mendaciis credũt, odio prosequimur, sed precamur vtsaltem pœnitentes à clementissimo Deo

consequamini veniam. cæterùm quòd gentes relicto errore pristino ad sanioremmentem redituræ sint audita prædicatione Apostolorum, quæ Hierosolymis profecta doctrinam de verbo passo differeret, audite me paucis recitantem prophetiam Michææ vnius è duodecim sacris vatibus. verba eius sunt hæc: Et erit in nouissimo dierum conspicuus mons Domini, præparatus in vertice montium, excelsior collibus, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ dicéntque: Venite, ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob: & prælucebunt nobis per viam eius, & in semitis eius ambulabimus. quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem, & diiudicabit inter populos multos, & redarguet gentes fortes vsque in longinquum. & concudent gladios suos in vomeres, & hastas suas in falces. non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltrà belligerare. & sedebit vir sub vite sua & sub ficu sua: & non erit qui terreat, quia os Domini exercituum locutum est, quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in

nomine domini Dei nostri in æternum. Et erit in die illa, congregabo anxiatam, & expulsam, colligam quam afflixeram: & ponam anxiatam in reliquias, & eam quæ laborauerat in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc vsque in æternum. Post hæc subieci: Scio vestros magistros hunc totum contextum ad Christum referre, sed eum nondum venisse putant: aut si venit, nondum agnitum: agnoscendum tamen cùm apparuerit in sua gloria, ac tum demum venturam felicitatem quæ textu hoc describitur, quasi nondum rata sit hæc prophetia. homines imprudentes, qui non intelligant duos aduentus promitti omnibus oraculis, alterum calamitosum & obscurum vsque ad crucis ignominiam: alterum verò quando illustris è cœlo veniet: quando etiam desertor hoc homo, nefanda loquens aduersus altissimum, in terris patrabit contra nos Christianos multa facinora: qui per legem prædicationémque Apostolorum Iesu profectorum à Hierosolymis pietate cognita, ad Deum Iacob & Deum Israël confugimus: & omissis bellis ac mutuis cædibus vitiisque

cæteris, pro se quisque arma bellica vertimus in ferramenta rustica, recusis gladiis in vomeres & lanceis in falces, vt colamus religionem, iusticiam, charitatem, fidem, spémque in patrem crucifixi, dum quisque sub vite sua sedet, hoc est vnica muliere cõiuge vtitur. Nostis enim illud propheticum: Vxor eius vt vitis fœcunda. quòd autem nos in Iesum credentes nemo terrere aut domare valeat, apparet quotidie. cum enim obtruncemur, crucifigamur, obiiciamur bestiis, ignibus aliisque tormentis tradamur, tamen à confessione non discedimus, sed quanto magis in nos sæuitur, tanto plures pietatem fidémque per nomẽ Iesu profitentur: haud secus quàm siquis vitem putatione prouocet ad vbertatem fructuum. nam viris à Deo & seruatore Christo plãtata, est eius populus. reliquum autem huius prophetiæ in aduentu secundo repræsentabitur. nam quod anxiatam vocat, apparet vbique gentium non solùm à vobis, sed & ab omnibus hominibus Christianos pelli, non tantũ à suis facultatibus, verùm etiam è mundo ipso & è vita: licet vos hanc calamitatem interpretamini accidisse vestro populo, qui cum iusto bello sitis pro-

fligati, etiam scripturarum oraculis de hac clade fuistis præmoniti: nos verò nihil tale commeriti post Dei veritatem agnitam, testimonium habemus à Deo vnà cum iustissimo, immaculato, solóque innocente Christo, quòd tollamur è medio. vociferatur enim Esaias: Ecce quamodo iustus periit, & nemo mentem aduertit? viri iusti tolluntur, & nemo considerat. Cæterum duos aduentus Christi figuratè per Mosem prædictos fuisse iam docui antea, videlicet quando in ieiunio hircos obtulit: sicut eadem figura in Mosis Iesúque actis agnoscitur. alter enim eorum extensis manibus in colle perduravit vsque vesperam, aliis manus sustentantibus: quod nihil nisi crucis figuram indicat. alter verò assumpto Iesu nomine, ductu suo victoriam Israëlitis peperit. Hic considerandum est in his duobus sanctis viris & Dei prophetis, quòd neuter eorum solus par erat sustinendo vtrique mysterio: hoc est & crucis, & assumpti cognominis. vnius enim solius hæc virtus est & erat erítque cuius nomen omnes principatus verentur, dolentes quod per eum dissoluendi sint. itaque hic noster Christus passibilis & crucifixus non est

à lege maledictus, quippe quæ per hunc solum seruandos credentes in eum indicat: In Aegypto quoque cùm interimerentur Aegyptiorum primogeniti, quotquot eam cladem euaserunt, seruati sunt per sanguinem quo postes ac superliminare tingebantur. pascha enim erat Christus qui pòst mactatus est, vt Esaias inquit: Ipse ductus est sicut ouis ad sacrificium. Legimus autem in festo paschæ cõprehensum à vobis & crucifixum. & sicut in Aegypto paschalis sanguis fuit salutiferi: sic Christi sanguis credentes è morte eripiet. Ergo erraturus erat Deus nisi signarentur ianuæ? nequaquam, sed sic prænunciabatur futura humani generis salus per Christi sanguinem. nam & symbolum illud rubri funiculi, quod in Hiericho speculatore à Iesu Naue missi dederunt Raab meretrici, iussæ vt id alligaret fenestræ per quam eos demiserat clam hostibus, similiter præsignabat Christi sanguinem, per quem salui fiunt in omnibus gentibus, qui olim scortatores & iniusti fuerant, acceptâ remissione peccatorum à quibus resipuerunt: at vos hæc interpretando iuxta sensum humilem, imbecillitatem Dei damnare vide-

mini, ita simpliciter accipiendo quæ dicuntur, nec introspiciendo penitius. alioqui Moses quoque suam legé violasse iudicabitur, cum vetuerit vllum simulacrū fieri rerum cœlestium, terrestrium, marinarúmque & postea serpentem aheneū ipse fecerit, proposuerítque in stipite, & morsos eum inspicere iusserit: quo facto euadebant salutis periculum. Ergo serpentem intelligemus tunc saluti fuisse populo illum ab initio maledictum diuinitus, & occisum magno gladio, vt Esaias clamat? adeóne stultè hæc accipiemus, vt vestri magistri, ac non figuratè potiùs nónne præstat has imagines ad Iesum crucifixum referre: quando & Moses expansis manibus, rem gerente Iesu vt tunc vocari cœptus est, prauit populo victoriam? sic enim de gestis legislatoris deberemus ambigere. non enim Deo serpentem prætulit, nec fuit author populo sperandi in eum à quo inobedientia præuaricatióque habuit initium. atque hæc mysteria prudenter à beato propheta sunt tradita: nec est quod quisquam in vllo propheta vt male factum dictúmue queat reprehendere, si modò eos intelligatis. Quòd si vestri magistri quæstiuncu-

moueant, cur illo vel illo scripturæ loco dicantur cameli fœminę, aut quæ nam sint illę cameli fœminę: item cur tot menſuræ similæ, tot olei offerantur non plures: atque hæc interpretentur iuxta sensum humillimum: maiora autem & scrutatu digniora ne audeant quidem vnquā attingere: imò vel nobis ea interpretantibus vos audire vetent, & à colloquiis nostris arceant: nónne merito audiēt obiurgationem Domini nostri Iesu Christi dicentis: Sepulchra incrustata, foris apparetis decori, intus referti mortuorum ossibus? mentam decimantes, camelum autem deglutiētes, cæci cæcorum duces. ergo nisi arrogantiā illam, qua Rabbi Rabbi salutari gaudetis, depolueritis, & sic ad prophetarum scripta accesseritis, vt parati sitis eadē pati à vestris hominibus, quæ prophetæ ipsi passi sunt, nihil vobis prophetiæ prodesse poterunt. Verbi gratia. Socium illum Chalebi Ausem, Chananeæ terræ exploratorem, Iesum (vt non semel dixi) Moses nominauit. id cur factum sit nō hæsitas, non scrutaris ipse, nō scitaris ex aliis. ideo Christum ignoras, & quæ legis non intelligis: ac ne nunc quidem cùm audis Iesum esse Christum

nostrum, ratiocinaris, hoc nomen non temerè illi esse impositũ. sed cur primo Abrahamo ad pristinum nomen alterum additũ theologicè differis: cur item in nomine Sarræ alterum r sit adiunctum, mirificè disputas: cur autem nomen Auis à parentibus inditum Naue filio totum mutatum sit in Iesum, non perquiris. sicut nec illud, quod post mutatum nomen successor Mosis factus, solus ex his qui adulti Aegypto demigrarunt, reliquias populi in terram sanctam introduxit. Et quemadmodum ille potius quàm Moses introduxit in terram sanctam populum, huiúsque agros diuisit suis ciuibus: ita etiam Iesus Christus conuertet dispersionem populi, & singulis agros bonos diuidet, sed non similiter. nam ille non diuturnas sortes distribuit, quod ipse non esset Christus Deus, nec Dei filius: at hic noster post sanctam resurrectionem æternas possessiones nobis dabit. iussit ille solem stare, sed assumpto Iesu nomine, cuius spiritu confortatus est. nã quòd Iesus cum Mose, Abrahamo cæterisque patriarchis collocutus sit ex patris sui sententia, iam antè docui. non dicam quo-

modo homo natus è virgine Maria in sempiternum maneat. hic est enim per quẽ cœlum terrámque pater condidit, per eũdem instauraturus. hic Hierosolymæ fulgebit lumen perpetuum. hic est ille secundum ordinem Melchisedech rex Salem, & sacerdos æternus altissimi. priscus ille Iesus dicitur secunda circumcisione cultris lapideis: circumcidisse populum: quod fuit præsagium huius circumcisionis qua nos Iesus Christus resecuit à lapidibus simulacrisque cæteris, congestis aceruis præputiorum: hoc est, liberauit nos ab errore mundano: vbique gentium multis circumcisis cultro petrino, id est, verbo Iesu nostri Domini. nam quòd lapis & petra Christus prædicetur in propheticis similitudinibus, superius docuimus. ergo per cultros lapideos debemus sermones eius intelligere, per quos tot erabundis præputia cordis resecta sunt: ad quod circumcisionis genus etiam Abrahami posteritas, post illam diuinitus imperatam, per Iesum iam tunc inuitabatur. Dico post occupatã terram sanctã iterum circũcisum iubente Iesu populum cultris lapideis: quia spiritus sanctus interdũ factis claras figuras edebat futurorũ euen-

tuum: interdū verbis enunciabat res futuras, quasi iam tū gererétur aut gestę essent. id artificium ni sciāt lectores, nequaquā poterunt se accómodare prophetices sermonibus. proferā aliquid ex eis exēpli gratia, quo melius percipiatis quid velim dicere. Vbi per Esaiam loquitur ipse, sicut ouis mactanda ductus est, & sicut agnus stat coram tondente se: quasi de iam passo loquitur. Rursus cum dicit: Ego expandi manus meas ad populum incredulum & respōsatorem: item, Domine quis credidit auditis ex nobis? quasi de rebus iam transactis narrat. sic per similitudinem lapidem sæpe vocari Christum ostendimus, & tropologicè Iacob ac Israël. Rursum vbi legitur: Videbo cœlos opera digitorum tuorum, nisi dictum hoc de verbi operibus accipiam, parum sapienter intelligam, sicut vestri magistri censent intelligendum, qui putant manus, pedes, digitos, animámque habere, nonsecus quàm animal deum illum rerum parentem ingeoitum: & ideo patrem ipsum Abrahamo Iacobóque visum assistentem, proindè beati nos circumcisi cultris lapideis circumcisione secundaria, nam prima illa vestra quia ferro facta est, & ho-

diéque, permanet in vobis eadem cordis duritia. at nostra quę secunda post vestram circumcisionem numeratur, fit per acutos lapides, hoc est, per verbum Apostolorum illius angularis lapidis excisi sine manibus, vt resecetur à nobis idololatria & in vniuersum vitiorum genera omnia: qui eor habemus sic circumcisum à vitiis, vt mortem quoque libenter subeamus propter nomen illius boni lapidis, ex quo promanans aqua rigat corda fidelium patrem propter eum diligentium, potum præbet omnibus quotquos volunt de hoc viuo latice bibere. verùm hæc mea verba vos non intelligitis, quippe qui ne prophetias quidem de Christo percipitis, ac proinde ducentibus vos ad eas non obsequimini neque creditis. Sic enim clamat Ieremias: Væ vobis quia reliquistis fontem viuum, & fodistis vobismetipsis cisternas contritas, quæ continere aquam non poterunt. nunquid de seruus est mons Sion, quia dedi Hierusalem libellum repudij in conspectu vestro? Itē Zacharias in parabola narrandi Christi mysterium, & tectè prædicandi, debueratis credere, cuius verba sunt hæc: Gaude & lætare filia Sion, quia ecce

ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus: & applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scient quia dominus exercituum misit me ad te, & possidebit dominus Iudam partem suam in terra sanctificata, & eliget adhuc Hierusalem. Reuereatur omnis caro à facie Domini, quia surrexit à nubibus sanctis suis. Et ostendit mihi Iesum sacerdotem illum magnum stantem ante faciem angeli, & diabolus stabat à dextris eius vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolũ: Increpet in te dominus, qui elegit Hierusalem. nunquid non iste torris, erutus de igne? Cumque Tryphon pararet se ad respondendum & contradicendum: expecta, inquam, & audi quæ dico. non enim sic interpretabor, vt tu putas, quasi non fuerit sacerdos quidam nomine Iesus in terra Babylonis, vbi captiuus degebat vester populus: quod si facerem, appareret Iesum tuũ sacerdotem vestri generis. verùm hic non est is qui in visione prophetæ obuersatus est, sicut nec diabolum, nec Domini angelum, sui compos vidit oculis, sed extra se raptus per reuelationem. hoc autem nunc

asseuero,

asseuero, quemadmodum per Iesu nomen filio Naue actiones quædam & virtutes accesserunt prænunciantes olim gerenda per nostrum dominum: ita reuelationem in Babylonia factam sub Iesu sacerdote vestri populi, me posse referre ad nostrũ sacerdotem & Deum & Christum, patris vniuersalis filium. mirabar sanè cur paulò antè filereris, nec reprehenderetis, cùm dicerem solum Naue filium ex omnibus æqualibus Aegyptum egressis in terram sanctam peruenisse, cæteris ad aliam ætatem pertinentibus. soleris enim ceu musce aduolare ad exulcerata, si qua inter plurima recte dicta exciderint: & vel vnũ quippiam, quod aut vobis displicet, aut non satis intelligitis, omissis cæteris egregiè dictis, reprehendere quantumuis pusillum sit, tanquam impietatem insectari: vt similiter iudicio iudicati à deo, multo difficiliorem rationem expostulemini pro immani tot actionum tum interpretionum audacia. quo enim iudicio iudicatis, eodem vos iudicari æquum est. cæterùm vt reuelationem de Iesu Christo illo sanctissimo edisseram, ad institutum sermonem reuertor, & aio ipsum reuelationem sanctam propter nos qui in hunc Christum

pontificem crucifixum credimus: qui cùm hactenus fuerimus in fornicationibus exteríſque ſordibus omnibus, per gratiam noſtri Ieſu iuxta patris voluntatem, cunctas ſordes quibus obnoluti eramus, exuimus, diabolo ſemper imminente vt aduerſetur, & cupiente ad ſe omnes attrahere. at angelus Dei, hoc eſt, potentia dei miſſa nobis per Ieſum Chriſtum, increpat eum & à nobis abigit: ſumúſque velut eruti de igne, tum de peccatis priſtinis à quibus repurgati ſumus, tum de ignitis exagitationibus quibus nos molestabat diabolus & eius miniſtri: ex quibus nos ſurſum eruit Ieſus dei filius, induendos paratis indumentis ſi mandata eius fecerimus, ſicut pollicitus eſt ſpe ſempiterni regni propoſitâ, quemadmodum enim Ieſus ille qui à prophetâ ſacerdos dicitur, ſordidatus conſpectus eſt, eo quod vxorem meretricem duxiſſe narratur, ſimúlque torris erutus ex igne vocatus eſt, quia remiſſionem peccatorum impetrauerit, increpato etiam ipſius aduerſario diabolo: ad eundem modum nos quoque omnes quotquot credimur Ieſu Chriſti nomine, quaſi vnus homo in Deo conditore huius vniuerſitatis, per nomen illius primogeniti filij, ſordidis veſtibus, hoc eſt, peccatis exuti, ignitíque per verbum vocationis eius, vere pontifices Dei reddimur: ſicut ipſe Deus teſtatur, dicens: quod vbique gentium offerentur ei puræ gratæque victimæ. à nemine autem Deus victimas, niſi per ſacerdotes ſuos, accipit. vnde certò conſtat, quòd huius nominis ſacrificia quæ Ieſus Chriſtus tradidit, hoc eſt, Eucharistiam panis & poculi, vbicunque terrarum apud chriſtianos fiant, Deus accipiat, & grata ſibi eſſe teſtetur. veſtra verò & à veſtris iſtis ſacerdotibus oblata reuſàt dicens: Victimas veſtras non accipiam de manibus veſtris: quoniam ab ortu ſolus vſque occaſum nomen meum inclaruit in gentibus: vos autem profanaſtis illud. Nunc etiam contendere pergitis, dicentes ceſſare quidem Hieroſolymis victimas Iſraelitarum, & faſtidiri à Deo: ſed diſperſorum paſſim eius gentis hominum preces illum gratas ſibi fateri, & has vocari ſacrificia. equidem & preces & gratiarum actiones, ſi per homines dignos fiant, ſolas pro perfectis & deo gratis habeo. hæc enim ſola ſacra Chriſtiani facienda acceperunt, vt alimen-

to ficco atque humido admonerentur eorum quæ propter ipsos Deus Dei filius perpessus esse narratur: cuius nomen pontifices vestri & doctores per omnes terras profanarunt & infame fecerunt suis conuiciis, quæ quidem indumenta sordidata per vos quantum potuistis, & induta nobis qui à Christi Iesu nomine Christiani denominamur, Deum propalam nobis auferet, quando resuscitabit omnes à morte, partim ad æternum regnum incorruptibiles, nec morti nec dolori obnoxios, partim mittendos in æternum incendium. porrò quod vosmet decipiatis & insi & magistri vestri interpretando has scripturas de vestris hominibus in dispersione degentibus, quasi si preces eorum & pura sacra in omni loco sibi placitura Deus pollicearur, hunc errorem agnoscite, & desinite vobis ipsis vltro fucum facere. Primùm, quia nondum vestra natio pertinet ab oriente sole occidentem vsque, sed multæ gentes nullos inquilinos habent vestri generis, ac ne vna quidem natio vel Graeca vel barbara, vel quocunque tandem censendi vocabulo, ne ex his quidem qui pro domibus plaustris vruntur ac tento-

riis agentes vitam pastoricam, tam aliena est à Iesu crucifixi nomine, vt nec preces nec gratiarum actiones in ea dirigantur ad omnium patrem conditorémque. & scitis quia tempore illo quo Malachias hæc prædicebat, nondum per omnes terras dispersi fuistis, sicut nunc: quod ex ipsis apparet sacris literis. proinde præstat vt desistentes à contentione resipiscatis, priusquam veniat illa magna dies iudicij, quando se plangent omnes mali qui hunc Christum compunxerunt, sicut è scripturis iam docui, cùm interpretarer illa verba: Iurauit Dominus te fore sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, declarans quid eis prædictum sit: simúlque prophetiam Esaiæ de sepultura Christi resurrectionéque canentis, quod sepulchrum illius sublatum sit è medio. eum Christum fore iudicem viuorum mortuorúmque dixi non semel. de quo & Nathan verbis dei pollicetur Dauidi: Ego ero ei in patrem & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut ab his qui præcesserunt eum: & statuam eum in domo mea, & in regno eius in secula, nec Ezechiel alium quàm hunc ipsum annunciat eius domus

præsidem. hic enim est eximius sacerdos & rex æternus Christus ille Dei filius: in cuius secundo aduentu non est quod putetis Esaiam cæteróſque prophetas pollicerí cruentarum victimarum aut libationum instaurationem in altari priſtino, ſed veras ac ſpirituales oblationes laudis atque gratiarum actionis, in eum nos non temerè nec à magiſtris decepti credidimus, ſed mirifica Dei prouidentia: vt vobis non tam re quàm exiſtimatione religioſis & prudentibus, prudentiores atque religioſiores comperiamur, propter vocationem nouam æterni fœderis, Chriſti videlicet. id miratus Esaias canit: Et cõtinebunt reges os ſuum, quoniam quibus non fuerat annunciatum, videbunt: & qui non audierant, intelligent, Domine quis credidit auditui noſtro & brachium domini cui reuelatum eſt? Tũ verſus ad Triphonem: hæc ſunt, inquam, quæ hodie quãtum poſſum perſuadere conor propter tuos comites, paucis tamen vobis & compẽdio. Recte facis inquit, atque etiamſi prolixius tractes hæc eadẽ, ſenties nos delectari tuis ſermonibus. Tum ego, Putatiſne amici, nos poſſe ſcripturas intelligere, niſi volẽte illo qui dat intelligẽ-

di gratiam? iuxta Moſaicum illud oraculum: Prouocarunt me in diis alienis, & ad iram concitarunt in abominationibus, immolarunt ignotis dæmoniis, nouis recentibúſque diis quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Dei altoris tui. Vidit Dominus & exanduit, irritatus à filiis ſuis filiabúſque. Et ait: Auertam faciem meam ab eis, & oſtendam nouiſſima eorum: quoniam generatio peruerſa ſunt, & infideles filij. Ipſi me exaſperarunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in ſimulacris ſuis: & ego prouocabo eos ad æmulationem in eo qui non eſt populus, & in gẽte ſtulta irritabo eos. Ignis ſuccẽſus eſt in furore meo, & ardebit infernũ vſque: deuorabit terram cum eius germinibus, & comburet fundamenta montium: & congeram mala ſuper eos. Itaque poſt interemptum à vobis iuſtum illum, nos populus alter exorti ſumus, ceu materiæ ſegetes, iuxta prædictionem illam prophetarum: Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa vt ſiant eius populus, & habitabunt in terræ totius medio. Nos vero non ſolum populus, ſed & ſanctus populus ſumus, vt iam demon-

stratum est. Et vocabunt eum populum sanctum, redemptum à Domino. proinde non sumus contemnenda plebs, nec tribus barbara, nec qualis Carum aut Phrygum natio: sed nos quoque Deus elegit, & quærentibus videndũ se præbuit. Ecce, inquit, Deus sum genti quæ non inuocauit nomen meum. hæc est enim illa gens quam olim deus promisit Abrahamo, fore illum patrem multarum gentiũ, non Arabum, nec Aegyptiorum, nec Idumæorum: quandoquidem & Ismael magnæ gentis parens factus est, & Esaus Amanitarum etiam ingens multitudo est nunc quoque. Noe vero & ipsius Abrahami pater fuit, & vniuersi humani generis, aliis ab aliis descendentibus. quid igitur eximium Christus Abrahamo largitus est, quòd nominatim eum euocauit dicẽs: Egredere de terra quam habitas? nos quoque vniuersos vocauit verbis totidem, & incunctãter egressi sumus de institutis in quibus degebamus more cæterorum male viuentium, vt vnà cum Abrahamo terræ sanctæ possessionem acciperemus in perpetuũ, filij eius hæredésque facti propter fidem similem. quemadmodum enim ille vocanti Deo credidit, & imputatæ est

ei sua fides pro iustitia: ita etiam nos credentes sermoni Dei locuti per Christum ac Apostolos, omnia mundana vsque ad mortem abdicauimus. proinde gentem fide pietatéque parenti suo similem ideóque gratam pollicetur ei, non vos in quibus nihil est fidei. videtis certe quomodo & Isaaco & Iacobo promittat eadem. sic enim Isaacum alloquitur: Et benedicẽtur in semine tuo gentes vniuersæ terræ. Iacobum verò sic: Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo. Quod non de Esau nec de Ruben aut alio quouis dicitur, sed de ipsa stirpe ex qua oriturus erat Christus per Mariam virginem. certe si benedictionem Iudæ audias, rem intelliges. diuiditur enim semen Iacobi, & per Iudam, Phares, Iesse, Dauidémque descendit. id autem significabat quod quidam vestri generis homines erunt Abrahami filij, simúlque ad Christi portionem pertinebunt: cæteri verò tanquam arena in maris littore sterilis, numerosi quidem sed infrugiferi, marinas tantùm vndas combibẽtes: quod quidem in vulgus vestratium belle competit, impietatis amaram doctrinam bibentium, Dei verò verbum respuentium,

Dicitur autem in benedictione Iudæ: Nõ deficiet princeps ex Iuda, neque dux è femoribus eius, Donec veniant quæ reposita sunt ei & ipse erit expectatio gẽtium. id non de Iuda dictum, sed de Christo, apparet. nec enim Iudam expectamus omnes omnium gentium homines, sed Iesum illum qui & patres vestros ex Aegypto eduxit, nam hæc prophetia Christi aduentum prædicat, dum dicit: Donec veniat cui est repositum, & ipse erit expectatio gentium. Venit igitur, vt abunde docuimus, ac rursum expectatur venturus super nubibus Iesus, cuius nomen vos infamatis & per omnes terras ignominiosum reddere conamini. possum enim vobiscum contendere de huius loci lectione, cùm vos legatis, Donec veniant quæ reposita sunt: quod aliter LXX. reddiderunt, nempe sic, Donec veniat cui est repositum. quoniam autem quæ sequuntur indicant de Christo hæc dici, videlicet verba hæc, Et ipse erit expectatio gẽtium, non est cur disceptemus de vna vocula: sicut nec scripturis apud vos nõ receptis vrgebo, quas in Ieremia, Esdra, Daniideque ad Christũ pertinere docui: sed his duntaxat quas hodieque vt prophe-

ticas circa omnem controuersiam complectimini. ea si vestri doctores intellexissent, deleuissent proculdubio, sicut & illa quæ de supplicio Esaiæ scripta fuerũt, quem serra lignea secuistis. id facinus fuit figura Christi gentem vestram in partes duas dissecturi, & alteros cum sanctis patriarchis prophetisque dignaturi sempiterno regno futuro, alteros verò damnaturi ad ignem inextinguibilem, vnà cum cæteris similibus incredulis & incorrigibilibus nationis cuiuslibet. Venient inquit, ab oriente occidentéque, & discumbent cum Abrahamo, Isaaco, Iacobo, in regno cœlorum: filij autem regni eiicientur in tenebras extimas. Et hæc loquor nihil nisi de veritate dicẽda solicitus, meuens neminem, etiamsi in vestigio dispendus à vobis essem. nam neque gẽtem meã, hoc est, Samaritas, offendere sum veritus, quando Cæsari libellum obtuli, erroré coarguens quo à Simone mago decepti sunt, asserentes eum Deum superiorẽ cũctis virtutibus ac potestatibus. cúmque nemo eorũ contradiceret, proferebã Dauidis testimonium de Christo, non in eius semine, sed in ipso benedictionem pollicentis gentibus omnibus. sic enim

ille canit: Nomen eius in seculum exoriet
tur sole clarius, & in eo gentes omnes be
nedicentur. quòd si in Christo benedi
cuntur omnes gentes, ex omnibúsque
gentibus in eum credimus, & ipse est Chri
stus Christus, & nos per eum benedicimur.
olim quidem solem deus adorandum pro
posuerat, sicut scriptum est: nemo tamen
vnquam visus est solem tam religiose co
lere, vt moreretur propter ea. at propter
nomen Iesu videmus ex quouis homi
genere multos sustinere omnia, potius
quàm id abnegét. Feruidior enim est fer
mo veritatis ac sapientiæ, & illustrat effi
cacius quàm solaris vis, intimos mentis
cordisque sinus penetrãs, & hoc est quod
sacrum carmen dicit: Exorietur sole cla
rius nomen eius. Rursum Zacharias, O
riens nomen eius, inquit: & de eodem lo
quens ait, visuras eum tribus aliam post
aliam. qui si in primo contempto indecoro
ro ignominiosóque aduentu tantoperè
claruit atque polluit, vt à nulla gente i
gnoretur reuocatis multis ad pœniten
tiam, vtque omnes dæmonas eorúmque
principes cogat imperata facere, nomen
eius formidantes prę cũctis mortuis vbi
ne modis omnibus in illo glorioso adue

tu destruet omnes inimicos suos, & qui
ab eo defecerunt nulla læsi iniuria? suos
item perducet in requiem persoluendo
cuncta quæ expectauerant? nobis igitur
datum est vt audiremus intelligeremúsque, & per hunc Christum seruaremur,
voluntate patris cognita, quapropter sic
eum alloquitur: Magnum tibi est vocari
puerum meum, vt restituas tribus Ia
cob, & conuertas dispersiones Israel: po
sui te in lucem gentium, vt sis salus ea
rum, vsque ad extrema terræ. Hæc vos de
Georæ & proselytis dicta putatis, cùm re
uera de nobis dicantur per Iesum illu
stratis. alioquin & illis Christus præbuis
set testimonium: nunc autem duplo magis
filios gehennæ ait eos factos. ergo ad nos
non ad illos voces prophetarum referen
dæ sunt, de nobis canentium. in hunc
modum: Ducam cæcos in via quam
non norant, & calcabunt semitas quas
ignorauerant, & ego testis sum dicit Do
minus Deus, & puer meus quem elegi. de
quibus igitur testatur Christus? nimirum
de fidelibus. at proselyti, tantum abest vt
credant, vt duplo magis q̃ vos blasphemi
fiant in eius nomen, nobis in eum creden
tibus necem tormentáque intẽtantes, de-

nique vestri simillimi. Rursum alibi clamat: Ego Dominus vocaui te iustè, apprehendam manum tuam & confortabo te: faciámque te fœdus populi & lumen gentium, vt aperias oculos cæcorum, & educas vinctos è carcere. nam & hæc amici ad Christum de gentibus illuminatis dicta sunt, nisi rursum contenditis ea pertrahere ad legem & proselytos. Hoc audite tanquam in theatro cóclamarũt aliquot ex his qui postridie venerãt. Quid? nónne de lege loquitur & illustratis ab eâ? hi autem sunt proselyti. Non, inquam, versus ad Tryphonem. nam si lex potuisset lumen præbere gentibus ipsam recipientibus, quid opus fuisset Nouo testamento, quod deus se missurum promisit vt sit pro lege mandatóq; in sempiternũ? ne hanc promissionem intelligeremus de proselytis & lege vetere: sed de Christo & illi adhærentibus nobis gentilibus, quos illuminauit sicut alicubi loquitur, Hæc dicit Dominus: Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te, & dedi te in testamentum gentium vt constituas terram: & vt hæreditate possideas desertas. quæ igitur hæreditas Christi nisi gentes? quod testamẽtũ Dei, nonne Christus

sicut & alibi dicit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuam terminos terræ. Quemadmodũ igitur hæc omnia dicta sunt ad Christum & de gentibus, sic & illa dicta existimate. nihil enim opus habent proselyti testamento alio quàm lege communi circumcisis omnibus, de quibus scriptura dicit: Et addetur etiam Georas ad eos, & adiungetur ad domum Iacob. Et proselytus quidem post circumcisionem censetur in populo tanquã indigena: nos autem quamuis dignati nomine populi, nihilominus sumus gentes. cum simus incircũcisi. præterea ridiculum est quod putatis, proselytorũ quidem apertos oculos, nostros verò non: & nos appellari cæcos surdósque, illos verò illuminatos. tum illud magis etiam ridiculum meretur, quòd legem datam gẽtibus dicitis, quam ipsi vos ignoratis, alioquin iram Dei timuissetis, appellati deprauatores & iniqui filij: puderetque vos audire illa verba: Filij quibus non inest fides, &: Quis cæcus nisi pueri mei? quis surdus nisi qui dominantur eis? & excæcati sunt serui Dei, at quia nõ præbetis aures apertas, nec auditis qualib' vos de'

ornet laudibus: ideo non pudet eadem audire sæpius, nec minis dei terremini, quippe populus duri cordis & fatuus. Quapropter ecce adiiciam vt transferam populum hunc, dicit Dominus & transferam eos: & perdam sapientiam sapientum, prudentiam prudentũ celabo & Meritò. non estis enim sapientes nec prudentes, sed acres & callidi, sapientes tantum ad male faciendum. cognoscere autẽ oecultam dei voluntatẽ testamentũmue fidele domini, aut semitas eius inuenire, nõ valetis. Quamobrem ait: Suscitabo Israelẽ & Iudæ semen hominum & semen pecudum. & per Esaiam de alio Israele sic loquitur: In die illa erit tertius Israel inter Assyrios Aegyptiosque benedictus in terra quam benedixit dominus exercituũ dicens: Benedictus erit populus meus qui est in Aegypto, & qui est in Assyriis, & hæreditas mea Israel. Ergo cũm Deus benedicat hunc populum, Israelem eum vocans, & hæreditatem suam esse prædicans: quin respiscitis & desinitis vos ipsos decipere quasi soli sitis Israelitæ, maledicereque benedictum à Deo populum? nam ad Hierusalem & eius finitima inter cætera sic loquitur: Et producam vobis homines

homines populum meum Israel, & hæreditate possidebunt vos, & eritis eius in possessionem. nec vnquam posthac his filiis destituemini. Ergo, inquit Tryphõ, vos estis Israel, & de vobis hæc dicuntur? Nisi inquã, iamdudũ super his rebus colloqueremur, poteram dubitare ne forte non intelligens hæc perconteris. quoniã autem hactenus assensilis meis demõstrationibus, opinor te nec ignorare quæ dicta sunt, nec contentiones quærere, sed inuitari potius vt pergam vlterius. cũmque his annuisset: Rursum, inquam, auditis in Esaia, si tamen auribus percipitis, Deũ figuratè appellãtẽ Christum Iacob & Israel vocabulo, verba eius sunt hæc: Iacob puer meus, suscipiam eum, Israel electus meus, ponã spiritũ meum super eum, & efferet iudicium gentibus. nõ cõtendet nec clamabit, nec audiet quisquam in plateis vocẽ eius. arundinem quassatã non confringet, & linum fumans nõ extinguet, sed in veritatem proferet: iudicium assumet nec conteretur priusquam in terra ponat iudicium: & in nomine ipsius gentes sperabunt. Quemadmodum igitur ab vno Iacob, qui etiam Israel cognominatus est, omne genus vestrum appellatum

est Iacob & Israelitica & nos ab eo qui ex Deo genuit Christo, qui Iacob, Israel Iuda, Ioseph, Dauidque nominatur: germani filij Dei appellamur sumusque, quoquot mãdata Christi obseruam⁹. Cumq; animaduertissem eos turbatos, quia dixissem esse nos Dei filios etiam, præueni eorũ interrogationẽ dicens: Iudæi viri amici quid spiritus sanct⁹ dicat de hoc populo, q̃ omnes filij sint illius altissimi, & ipse Christ⁹ in cœtu eorum intererit, iudicaturus vniuersum gen⁹ humanũ. ea verba sunt apud Dauidẽ, & iuxta nostrã interpretationẽ sic se habẽt. Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autẽ deos diiudicat. Vsq; quo iudicatis iniquitatẽ, & personas peccatorum accipitis? Iudicate egeno & pupillo, humilẽ & pauperẽ iustificate. Eripite pauperẽ, & egenũ de manu peccatoris liberate. Nescierũt neq; intellexerũt, in tenebris ambulãt⁹ mouebũtur omnia fũdamẽta terræ. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autẽ sicut homines moriemini, & sicut vn⁹ dẽ principib⁹ cadetis. Surge deus iudica terrã: quoniam tu hereditabis in omnibus gẽtib⁹. Hæc verò interpretãtur, Ecce vt homines moriemini, & vnus de principib⁹ cadetis, dicãdo inobediẽtiã hominũ, videlicet Adami Euæq; & casum vnius principũ, hoc est, eius qui serpẽs vocatur, collapsi ruina magna; eo quod Euã decepisset. Verùm quoniã nũc non eò tendit oratio, sed vt discatis quid spiritus sanctus exprobret hominibus, qui Deo similes impassibiles immortalesq; futuri, si eius mãdata obseruassent, & appellatione filiorũ ab eo dignati, ipsi quoque similiter vt Adã & Eua mortem suapte culpa sibi acciuerunt: habeat se interpretatio Psalmi vtcunq; vultis: nihilo secius hinc apparet quod pro diis haberi possitis omnes & pro filiis altissimi: & quod sicut Adam & Eua damnandi sitis vestropte iudicio, quod autem Christus deus quoque vocetur, satis demonstratum est. Equidem ex vobis discere cupio, quid nomen hoc Israel valeat. Silentibus illis, Ego, inquam, dicam quod scio, iniquum enim duco cælare quę scias: nec libet suspicari de vobis inuidiam aut imperitiam: proinde citra fucum loquar simpliciter, memor dominicę illius parabolę, Exiit seminator vt sementem faceret: tum aliud semen secus viam, aliud in spinas, aliud in saxosa cecidit, aliud verò in terram bonã. Sperando

igitur bonã fore oportet terrã differere, quandoquidem ille meus dominus vt fortis & potens res suas ab omnibus repetet vbi venerit: & dispensatorem suum non damnabit, si compererit ei curæ fuisse vt dominus reuersus facultates suas inueniret integras, non defossas quacunque de causa, sed commissas mensariis. vox hæc Israel interpretatur homo vincés potentiam, nam Isra homo est, El potentis. id præsignatum fuerat per luctam Iacob mysticam, certantis cum eo qui voluntati patris obsequens videndum se obtulit, cùm esset deus quippe filius primogenitus creaturis omnibus antiquior: quod & Christus assumpta carne facturus erat. quando enim homo factus est, vt antea dixi, accessit eum diabolus, hoc est, potentia illa quæ & serpens vocatur & satanas, tentans eum & contendés prosternere dum adorari ab eo postulat. at ille vicit & prostrauit aduersarium, arguens eius maliciam qui contra præcepta scripturæ pro eo adorari postulet, cùm ab obsequio dei defecerit. respondet enim ei: scriptum est, Dominum deum tuũ adorabis & ei soli seruies. ita victus eo argutusque discessit diabolus. Et, quo-

niam torpor quo que Christo nostro fo-rendus erat videlicet lassitudo metúsque sub instantem crucis passionem, etiam hoc præsignificatum fuit per attactum femur Iacob, ita vt torpesceret. cæterum id nomen Israel, supernè inditum ei fuit, vt sic cognominatus beatus Iacob benediceretur hoc nomine, sic quo que præsignãs quòd omnes quotquot per filium ad patrem confugiunt, sunt benedictus Israel. vos autem nihil horum intelligentes nec curantes intelligere, tamen saluté expectatis, cùm sitis filij Iacob carnali semine. sed quòd hæc in re vosipsi decipiatis, satis iam demonstratum est. at si sciretis quisnam sit ille consilij magni angelus & vir apud Ezechielem, tanquam filius hominis apud Danielem, puer apud Esaiam, Christus & deus adorandus, & Dauid & lapis apud multos, apud Solomonem sapiẽtia, Ioseph & Iudas, & stella apud Mosem, oriens apud Zachariam, passibilis & Iacob & Israel, rursum apud Esaiam, qui & virga, flos, lapis angularis vocatur & dei filius, non blasphemaretis ô Tryphon eum qui iam aduenit, & natus passusque in cœlũ ascendit, vnde iterum aduenturus est, ac tunc plangent

se vestræ illæ tribus duodecim. aliquin si oracula prophetarum intelligeretis, non negaretis esse deum illius solius ingeniti & ineffabilis dei filium. nam & apud Mosem in Exodo sic legitur: Locutus est autem Dominus ad Mosem, & dixit ad eum: Ego sum Dominus qui apparui Abrahamo, Isaaco, Iacobóque, deus eorum, nec indicaui eis nomen meum pepigíque fœdus cũ eis. Rursum alibi ait luctatum Iacob cum homine, quem, tamen deum esse dixit. Vidi, inquit Iacob, deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. quin & locum in quo à spectro benedictionem extorsit, dei visionem appellasse in sacris literis proditur. Abrahamo quoque similiter visum deum narrat Moses, sedenti ad quercum Mambræ in foribus tabernaculi sui meridie. ac mox subinfert: Cúmque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cùm vidisset, properauit in occursum eorum. paulò pòst vnus eorum pollicetur Abrahamo filium dicens: Quare risit Sarra cogitans, potéstne fieri vt anus pariam? Nunquid deo quicquam est impossibile? Reuertar ad te hoc eodem anni tempore, & habebit Sarra filium. ac

quæ ita discessserunt ab hospite suo, móxque pergit de eis vates narrare: Cùm autẽ surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodoma. Deinde rursum ad Abrahamum is qui erat & est, loquitur sic: Nũ cælabo seruum meum Abrahamũ quæ gesturus sum? & quæ deinceps à Mose narrantur iam antè mihi explicata: vnde liquet eum patri dominóque subditum voluntatem ipsius exsequi. hic est ille qui Abrahamo, Isaaco, Iacobo, cæterísque patriarchis conspectus scribitur, & nisi iam antè audissetis, adderem hunc ipsum fuisse, qui quando populus carnes requirebat, & Moses parum credebat angelo saturitatem pollicenti à Deo ipse, & deus & angelus à patre missus dixisse illa feciséque narratur. sic enim in sacris literis legitur: Et dixit Dominus ad Mosem: Num manus Domini non sufficiet? iam scies num cælabo te consilium meum, an non. rursum aliubi sic loquitur: Dominus autem dixit ad me: Non trahes Iordanem hunc. dominus deus tuus, qui præcedit ante faciem tuam, ipse delebit gentes has. Alia quoque ad eundem modum legislatori prophetísq; dicta sunt, vt satis me indicasse puto: quoties Moses

dicit, ascēdit deus ab Abrahamo, aut Locutus est dominus ad Mosem, &, Descendit Dominus vt videret turrim quā ædificārūt filij hominū, Aut clausit deus arcam Noe deforis, ne existimetis ipsum ingenitum Deum descendisse, ascendisseve. ineffabilis enim ille pater ac Dominus omnium, nec venit, nec ambulat, nec dormit, nec surgit, sed in loco suo quicūque is tandem est, manet, acutum cernens atq; audiens, oculis nec auribus, sed indicibili potentia cuncta inspectans cognoscēnsque: nec est quisquam nostrum qui illum lateat: at ille non mouetur, qui loco nullo ne mundo quidem vniuerso capitur, vtpote mūdo ipso antiquior. qui potest igitur fieri vt hic aut alloquatur quēquam, aut visendum ei se præbeat, aut appareat in paruo terræ spacio: quandoquidem ne missi quidem ab eo gloriam populus valuit in Sina inspicere, imò ne ipse quidem Moses potuisset ingredi à se factum tabernaculum, ni repletus fuisset diuina gloria? ac ne pontifex quidem in adyto potuit subsistere, quādo in recens à se conditum templum Hierosolymitanum Solomon arcam intulit. Ergo nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob, nec vllus

alius homo vidit patrem illum & ineffabilem vniuersorū atque etiam ipsius Christi dominum: sed eum qui iuxta illius voluntatem deus est, quippe filius, idem & minister & nuncius, qui paterno consilio homo natus est ex Virgine, qui & ignis aliquando fuit cum Mosem è rubo alloqueretur. nam nisi scripturas sic intelligamus, consequens erit vt pater ac dominus rerū non fuerit in cœlo, tātisper dū dominꝰ pluit de cœlo ignē & sulfur super Sodomam à domino, sicut Moses prodidit. Huc facit & illud quod Dauid sic canit: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ sempiternæ, & introibit rex gloriæ. ac rursum: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. Præterea quod Christus, cùm sit Dominus, deus deq; filius specie viri & Angeli & igneo splēdore apparuerit, vt in rubo, & in condemnatione Sodomæ prolixe demonstratum est. Post hæc cum repetiissem quæ antè memoraui è scriptura Exodi de visione in rubo & de Iesu cognomine, subieci hæc verba: Cauete putetis ô vos, superflue me sæpius eadem iterare: sed quoniam aliquot ex vo-

bis dicturientes animaduertero potentiam illam à patre vniuersorum missam in conspectum Mosis, aut Abrahami, aut Iacobi, vocari angelum quoties se offert hominibus, quoniam voluntas patris per eam renunciatur hominibus: item aliquando gloriam, dum visio nem satis percipitur: item virum & hominem, quando formas tales ex voluntate patris assumit: sermonem quoque vocari, quando verba patris profert alloquens homines. eam autem potentiam esse inseparabilem à patre, quemadmodum à sole qui est in cœlo hanc lucem quæ in terris diffunditur, quo occidente lucé quoque decedere: Ita & pater (aiebat) promicare iubet suam potentiam, eandéque quando vult ad seipsum retrahit. Posse modo & angelos eum facere dixerunt. Verum angelos esse maneréque semper eosdem, nec dissolui in id vnde facti sunt, iam vos docui. tum quod potentia hæc quam & deum prophetæ nominant (vt copiosè declaratum est) & angelum, non vt solis lumen solo communi censetur nomine, verùm etiam numero diuersum quiddam est, superius compendio differuit, dicens potentiam hanc natam ex patre voluntatéque illius: at non vt portionē decisam de patris essentia, quales sunt cæteræ omnes portiones rerum diuisarū, aliæ iam quàm ante sectionem fuerāt. exempli gratia, ignes de igne accensos diuersos videmus, nihil diminuto illo vnde multi accendi possunt: sed eodem manente. id vt clarius percipiatis, denuo scripturas antea citatas repetam: vt cùm propheta dicit: Pluit Dominus ignem à Domino de cœlo: duos numero diuersos verba prophetica indicant: alterum in terra versantem, quem ait descendisse vt videret clamorem Sodomorum: alterum verò in cœlo degentem, qui & huius terrarum domini dominus est, quippe pater & Deus, autórque ei potestatis dominationis atque deitatis. Rursum cùm legimus dixisse deum in mundi exordio, Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis: illa verba tanquam vnus ex nobis, numerum significant, nec admittunt tropologiam, sicut vestri sophistæ interpretari conantur, qui veritatem ne intelligunt quidem, tantum abest vt doceant. Et sapientia sic loquitur: Si annunciauero vobis quæ quotidie fiunt, enumerabo quæ sunt à seculo. Dominus creauit me

Universidad de Deusto
Biblioteca

initium viarum suarū in opera sua. ante sæcula fundauit me in principio priusquam terram faceret. nondum erant abyssi, nec fontes aquarum eruperant: priusquā montes collesque stabiliret, genuit me. His dictis addidi, Intelligitis auditores, si modò aduertitis, quod scriptura natam esse ex patre ante vniuersorū creationē hīc progeniem: & in cōfesso est, genitorē genitúmque differre numero? cùm q; assentirent omnes, reuocaui eis in memoriā citatas, videlicet ex Mose fideli famulo. Sunt autem hæ: Lętamini cœli cū eo, & adorent eum omnes angeli Dei, & quæ deinceps sequūtur: & subieci hæc: Lætamini gentes cum populo eius, & confortentur per eū omnes angeli dei: quoniam sanguinem filiorum eius vleiscetur, & sumet pœnas de inimicis, & reddet talionem odientibus se, & purgabit Dominus terram populi sui. His verbis nos gentes iubemur lætari cū eius populo, videlicet cū Abrahamo, Isaaco, Iacobo, prophetisq; & ceteris quotquot in ea plebe deo placuerunt, sicut antea consensimus. Nec tamen omnes vestri generis homines audiemus, quandoquidē per Esaiam didicimus, quod

artus præuaricantiū erodendi sint à verme ignéque immortali & perpetuo, vt fiant omni carni spectaculū. Quin & alias scripturas vobis ô viri ex eodem Mose proferam, vnde queatis cognoscere, iam olim Deū dispersisse oēs homines, diuisos linguis ac nationibus: ex omnibus autē gentibus vestram elegisse, infidam & incommodam: vt liqueret ex quauis gente selectos obedituros eius voluntati per Christū, qui & Iacob nominatur & Israel. hunc Iacob seu Israelem appellatione sua multos complecti oportet. Cùm enim ait, Lætamini gentes vnà cum populo eius, similem eis tum hæreditatem tum appellationem tribuit. quòd verò eos cùm sint gentes dicit lætari vnà cum suo populo, ad vestram pertinet ignominiam. quemadmodū enim vos exacerbastis eum idola colendo, ita & ipse idololatris voluntatem suam fecit cognitam vt hæreditatem eius possideant. Libet adducere ipsas scripturas, quæ gentes autore Deo diuisas fuisse indicant. sunt autem hæ: Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, seniores tuos & dicent tibi. quando diuidebat Altissimus gentes, & dispergebat filios Adam: statuit terminos gentiū

secundum numeros filiorum Israel, & sors
ta est portio Domini populus eius Ia-
cob, funiculus hæreditatis eius Israel. Ha
recitatis admonui, vertisse illos septua-
ginta interpretes hoc modo: Stauit ter-
minos gentium secundum numerum an-
gelorum Dei: sed quoniam dispurationi
meæ nihil officiat, vsum me vulgatæ lec-
tione, vos quoque, inquam, modo ve-
races esse velitis, fatebimini, fidem nobis
ergà deum vestra præstantiorē: quando
quidē per aspernabile probrosumq; cru-
cis mysteriū vocati diuinitus, propter cō-
fessionē eius & pietatem ac obedientiam,
pœnas incitante diaboli malitia vestrā-
que operaillatas vsque ad mortem per-
rimus: & tamen ne verbo quidem nega-
mus Christum, qui nos vocauit ad salu-
tē à patre antè præparatam: posthabitis vo-
bis quos excelso brachio suo protectus
magnifice liberauit ex Aegypto, diuisis
mari vt per siccas arenas daret transitum:
vbi paulò pòst persequentiū copias cum
suis curribus cæteróque apparatu splen-
dido vndis obruit, immeatum quæ tran-
sieratis refluentibus: quando & columna
fulgida præluebat vobis, vt singulari pri-
uilegio possetis habere lumen proprium

& perpetuum. panis quoque angelorum
manna in cibarum cœlitus depluit, vt ne
panificium quidem desideraretis, & aqua
Merræ versa est in dulcedinem: quando
etiam per serpentes (vt antè dixi) præfi-
guratum est crucis mysterium, maturè
præmonente vos Deo de gratia futura,
ergà quem tamen semper ingrati fuisse
deprehendimini. talis fuit etiam figu-
ra Mosis manus expandentis, & eius qui
post assumptum Iesu cognomen Amale-
chitas debellauit: quod præclarum eius
facinus Deus iussit mandari literis, pro-
mittens nomen Iesu fore apud vos cele-
bre, quippe qui deleturus esset sub sole
Amalechitarum memoriam, atqui vide-
mus post Naue filium mānsisse memoriam
Amalech. Verùm ista omnia præsagia fue-
re de Iesu crucifixo, quòd profligaturus
esset dæmonia, vel solo nomine formi-
dandus eorū potestatibus, quemadmodū
& regnis hominū, vt ex omni genere reli-
giosi pacatique redderentur quotquot
in eum credidissent, sicut liquidò perci-
pere potes mi Tryphon, ex his quę suprà
memorauimus, quid quòd tantum cotar-
nicū vobis oblatū est, cùm carnes requi-
reretis, vt nō potuerit iniri eorum nume-

rus? iisdem & de saxo aqua prorupit, & nubes contra æstum oppansa est pro umbraculo, simul & à frigore protegens in itinere, aliud cœlum nouum per hanc figuram prænuncians: imò ne calceamenta quidem vestra tunc detrita sunt, aut rupta horũ corrigiæ, sed pueris induta cum ætate crescebant. Et post hæc beneficia simulacrum fecistis vitulo, scortati estis cum puellis barbaris, coluistis idola. ac rursus postquam accepistis terram, tanta virtute fusis fugatisque hostibus, vt sol ipse cursum suum sisteret spectando res gerentem vestrum ducem Iesum recens cognominatum, & per xxxvi. horas differret occasum. alia quoque inter vos patrata sunt prodigia, quorum vnum recensere mihi libet: conferet enim vobis ad agnoscendum Iesum hunc, quem, nos confitemur Christum, Dei filium, qui crucifixus resurrexit & in cœlum ascendit, inde rediturus iudex vniuersorũ hominũ nationum post Adamum generis humani primorem. Nostis vt tabernaculum testimonij captum fuerit ab hostibus Azotiis: vbique graui peste afflicti propterea, consilium ceperint de arca imponenda plaustro, cui iunxissent vaccas recens partu leuatas quo

quo experirentur an ab irato Deo pestis immissa sit, & an velit arcam eò reportari vnde sublata fuerat. Quo facto vaccæ nemine deducente peruenerunt, nõ in eum locum vnde arca rapta fuerat, sed in prædium viri cui nomen erat Auses, idẽ quod illi qui pòst Iesus cognominatus fuit, & in agros armis quæsitos induxit populum, in id prædium delatæ hæserunt, manifesta coniectura quod huc deductæ sint vi huius nominis: sicut antea populi ex Aegypto egressi reliquiæ nouas sedes tenuerunt ductu Iesu, qui & ipse Auses prius nominabatur. nihilominus post edita inter vos tam insignia prodigia diuersis tẽporibus à prophetis obiurgamini, quòd in honorem dæmonum ne à liberis quidem mactandis abstinueritis, donec post cætera facinora Christum aggressi estis immani audacia, nec adhuc persequi desistitis: quæ omnia Deus propicius & Christus eius dignẽtur vobis remittere, & veniam ac salutẽ concedere. Deus enim futuræ maliciæ præscius sic vos execratur per Esaiam: Væ animæ eorum: inierunt consilium malum contra seipsos dicentes: Vinciamus iustum, quia incommodus nobis est. ideo fructus manuum suarũ co-

medent. Væ iniquo: retributio enim operum eius fiet ei. Populе meus, exactores vestri spicilegium ex vobis facient, & quæstores vobis dominabuntur. Populе meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & turbant viarum tuarum semitas. Sed nunc stat vt pro tribunali populum suum Dominus, & ipse in iudicio veniat cum senioribus populi eiúsque principibus. vos autē cur incēdistis vineam meā, & rapta pauperi absconditis in vestris ædibus? cur meam plebem iniuriis afficitis, & pudefacitis facies pauperum? Rursus aliubi propheta idem ad eundē modū inquitur: Væ qui trahitis peccata vestra quasi longo funiculo, & iniquitates quasi loro iugali. qui dicitis, cito appropiet opus eius, & veniat consilium sancti Israel, vt sciamus illud. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: qui ponitis tenebras lucem, & lucem tenebras: qui ponitis amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui sapiētes vos existimatis, prudentes coram vobismetipsis. Væ qui potentes estis ad potandum, & fortes ad miscendum sicera, qui iustificatis impium propter munera, & iusto ius suum non redditis. quapropter sicut devorat flagra-

lam ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi faúilla erit, & germen eorum dissipabitur vt puluis vento excitur. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel irritauerunt: ideo commotus est furor Domini exercituum, & iniecit manum suam super eos, & percussit: turbati sunt montes, & facta sunt cadauera eorum quasi stercus in medio platearū. per hæc omnia nō sunt cōuersi, sed adhuc manus eorum est insolens. Reuera enim adhuc manus vestras extenditis ad maleficia. quando post Christum occisum ne sic quidem resipiscitis, & nos quoque qui per eū Deo patrique credidimus, odio prosequimini, non temperantes per occasionem à cēdibus. Indesinenter autem execramini & ipsum & eius sectatores, cum nos publicè precemur pro vobis & omnibus hominibus, ita vt nos Christus noster & Dominus docuit, iubens nos pro inimicis vota facere, & pro odio dilectionem, pro execrationibus fausta ominationes rependere. ergo si vobis prophetarum & ipsius Domini doctrina pudoré incutit, satius est vt Deum sequamini quàm insipientes exécósque magistros vestros qui

hodiéq; quaternas & quinas vxores vobis permittunt singulis, præsertim si quis formosæ amore capiatur, allegantes exempla Iacob qui cognominatur Israel, patriarcharúmque cæterorum, & negantes violari iura si quis simile aliquid faciat, homines insensati & miseri. magna enim in his rebus singulis dispensabantur mysteria. Dicam de connubiis Iacob quid præsignauerint, vt cognoscatis quà nihil diuinum vestri magistri in his factis obseruauerint, quippe qui humiles tantùm affectus considerant, idoneos magis corrumpendis quàm corrigendis moribus. aduertite igitur quid dicam, nuptias Iacob fuisse figuram eorum quæ Christus gesturus erat. Duas enim vxores semel & semel non erat fas Iacobum ducere. seruiuit etiam Labani pro mercede accepturus filias, & fraudatus iuniore iterum seruiuit alterum septennium. cæterum Lia populus vester est & synagoga, Rachel verò nostra ecclesia. pro his seruit Christus nunc quoque, & pro seruis quos vtraque complectitur. nam vtrique duorum filiorum tertij progeniem. Nos seruituti addixit. nunc ediuerso ob resuscitandos pristinæ libertati ambos filios, &

seruos qui ad eos pertinent, Christus aduenit, omnes quicunque mandata ipsius obseruant honore dignaturus eodem, quemadmodum etiam Iacob ex ancillis susceptos eque ac natos ex ingenuis vxoribus pro germanis filiis habuit, quorum fata vt diuinus prædixit ordine. Iacob seruiit Labani pro maculosis & variis pecoribus: sic Christus vsque ad crucem pertulit seruitutem pro diuersis multiformibúsque hominum generibus, quos per sanguinem suum sibi parauit ac per crucis mysterium. Liæ debiles erant oculi: sic & vestræ animæ admodum hebetes habent oculos. Rachel furata est deos Labanis, vt in hodiernũ vsque defossi lateãt: nobis quoque perierunt dij fabrefacti quos accepimus à maioribus. Iacob semper exosus fratri fuit: nunc itidem nos inuisi sumus vobis cæterisque mortalibus quos natura esse fratres voluit. Iacob cognominatus est Israël: & Christum Israëlem esse ostendimus, qui Iesus, id est, seruator est ac dicitur. siquidem quãdo scriptura sic loquitur: Ego Dominus Deus ille sanctus Israël, qui declaraui Israëlem regem vestrum, nonne verè de Christo æterno rege hæc intelligitis? scitis enim

quod Iacob Isaaci filius nũquam regnauerit: ideo scriptura explicans quemnam regem vocet Iacob, & Israël nominibus, sic ait: Iacob puer meus, subleuabo eum. Israël electus meus, accipiet eum anima mea. dedi spiritũ meũ super eum, & affert iudicium gentibus: non clamabit, nec audietur foris vox eius. harundinem quassatam non conteret, & linum fumans non extinguet, donec in contentione educat iudicium. non turbabitur nec tristabitur, donec ponat in terra iudicium, & in nomine eius gentes sperabunt. Num igitur in Iacob patriarcham sperant conuersi ex gentibus, ac non in Christum potius, imò & vos ipsi? Itaque sicut Israëlem Christum scriptura vocat, sic & Iacobum: nos quoque è ventre Christi lapides excisi, sumus genus vere Israëlitici. Sed præstat audire ipsa verba prophetica. Educam, inquit, ex Iacob semen ex Iudæque, & possidebunt montem sanctum meum, & hæreditabunt eum electi serui mei, habitabúntq; illic, & erunt villæ pecuariorum in saltibus: & vallis Achor in requiem armentis populi quærentis me. vos autem qui defeciſtis à me, obliti montis sancti mei, & parastis lectisternia dæ-

moniis, vinúmque miscuistis, ego tradam gladio, omnes occisione cadetis, quia vocante me non obediſtis, sed feciſtis malum in conspectu meo, & elegistis quæ mihi displicebant. Hactenus scriptura. Intelligitis autem & ipsi aliud esse semen Iacob de quo nunc loquitur, non populum vestrum vt aliquis existimare posset. non potest enim fieri vt pro Iacob filiis desertoribus semen Iacob substituatur, neque vt hæreditatem polliceatur Deus his quos indignos ea prænunciauerat. sed quemadmodum idem propheta dicit: Et nunc tu domus Iacob age ambulemus in lumine Domini: missum enim fecit populum suum domum Iacob, quia denuo repleta est eorum regio sortilegis & augurijs: ita & hoc loco debemus intelligere duo semina Iudæ, duóque genera: duas item domos Iacob: alteram è carne prognatam & sanguine, alteram ex fide atque spiritu, videre enim quomodo superius alloquatur populum: Sicut inuenierur racemus in botro, & dicent: caue lædas eum: nam inest ei benedictio: sic faciam propter seruientem mihi, propter hunc non delebo vniuersos interne-cione. Ac mox subiungit: Et educam ali-

quos ex Iacob & ex Iuda. liquet igitur quòd si illis ita irascitur, vt minetur paucos reliquos fore, alios quosdam eductorum se pollicetur, habitaturos in monte ipsius, nimirum ab ipso proseminandos gignendósque, vos enim nec vocantem eum fertis, nec álloquentem auditis, imò & malum feciſtis in conſpectu Domini & quod eſt extremæ malicix capitaliſque odij, necaſtis iuſtum & alios qui vt huius participes pietatem, iuſtitiam, charitátémque adepti ſunt. Quapropter væ animæ eorum, dicit Dominus: quoniam inierunt eôſilium malum aduerſus ſeipſos, dicentes: Tollamus iuſtum, quia incommodus nobis eſt. vos enim non ſacrificaſtis idolo Baal ſicut veſtri maiores, nec in excelſis lucis placentas coxiſtis exercitui cæli, ſed in hoc præcipuè peccaſtis quod Chriſtum Dei non recepiſtis. nam qui hunc ignorat, ignorat voluntatem Dei: & qui hunc odit aut afficit iniuria, offendit illum à quo is miſſus eſt. itidem ſi non credit in ipſum, nec propheturum vaticiniis credit, qui tanto antè attulerit omnibus hominibus lætum futuræ felicitatis núncium. abſit fratres vt male de illo crucifixo loquamini, aut ludatis cauillis

in eius vibices qui ſufficiunt ſanándis omnibus, ſicut etiam nos ſanati ſumus. bonum enim fuerit ſi perſuaſi circumcidatis cordis duriciem, quam non agnatam vltro vobis acciuiſtis. nam circumciſionem non vt iuſtificationem, ſed vt ſignum vobis datam ſcripturis credendum eſt. id ita eſſe cùm agnoſcatis, nolite Dei filium conuitiis laceſſere, nec illudere Iſraëlis regi vt doctoribus phariſæis gratificemini, & archiſynagogis poſt publicas preces in proſeuchis talia vos docentibus. Si enim is qui contrectat res Deo placitas, perinde eſt ac ſi attingat pupillam eius oculi, multò magis qui à dilecto ipſius petulantiam non abſtinet. is verò qui ſit, iam ſatis declaratum eſt. Ad hæc illis ſilentibus, Amici, inquam, nunc in ſcripturis citandis LXX. interpretes ſecutus ſum. nam prius veſtrum contextum adhibendo prætentaram quomodo affecti ſitis. cum enim adduxiſſem ſcripturam hanc: Væ ipſis, quia inierunt cõſilium malum contra ſeipſos, dicentes: adiecti iuxta LXX. Tollamus iuſtum, quoniam incommodus nobis eſt: quãuis initio colloquij veſtram lectionem ſecutus ſim, videlicet hanc: dicentes, vinciamus

iustum, quoniam incommodus nobis est. vos autem aliud tum agebatis, non satis attenti auditores vt mihi videbatur. exterùm quando hæc etiam dies vergit, & sol tendit ad occasum, finem faciam, si vnum quiddam sermonibus præteritis adiecero id licet antea dictum, æquum tamen censeo denuo repetere. Scitis igitur ô viri, Deum per Esaiam dixisse ad Hierusalem: tempore diluuij sub Noe seruaui te. id propterea dixit Deus, quia diluuium fuit mysterium seruandorum hominum. siquidem Noe iustus vnà cum cæteris qui euasere, hoc est vxore, tribus filiis totidémque nuribus, octo in vniuersum, ipso numero præfigurabant octauam diem, qua Christus noster redduiuius apparuit, semper prima potentia. nam Christus cum sit totius creaturæ primogenitus, & principium noui generis per aquam & fidem renati, propter crucem non caret ligni mysterio, sicut etiam Noe ligno seruatus est, vectatus super aquas cum domesticis. Quando igitur propheta dicit: tempore Noe seruaui te, loquitur, vt audistis, ad populum æquè Deo credulum & eadem habentem symbola. nam & Moses virgam tenens pu-

mare traduxit vestrum populum. at vos putatis hæc dici de sola vestra terra vestróque genere. atqui tota terra, vt sacris literis est proditum, mundata fuit aquis super omnes montes eleuatis ad quindecim cubitos. itaque liquet non ad terram hunc sermonem pertinere, sed ad obsequentem populum, cui parata est requies in Hierusalem, sicut præfiguratum fuerat per omnia diluuij mysteria. audistis autem, per aquam & fidem & lignum præparari, quicunque agentes peccatorum pœnitentiam, euasuri sunt futurum Dei iudicium. nam & aliud mysterium propheticum Noe temporibus cõtigit, quod nescitis, nimirum hoc. In ominationibus quibus ille fausta precatur duobus filiis, etiam nepotem suum execratur. nam filio cum reliquis à Deo benedicto non decebat male precari propheticum spiritum: sed quamuis tota posteritas irrisoris paternæ nuditatis futura erat meritæ pœnæ particeps, filio tamen non est intentata execratio. inter cætera verò id quoque pater prædixit, posteros Semi occupaturos agros Chananæorum & habitacula, eiiciendos mox à Iapheti progenie, quemadmodum ipsi prius Semi pro-

geniem eiecissent ex agris vnde Chananæos expulerat. id ita factũ docebo, vos enim qui à Semo ducitis originem, occupatis Dei iussu terrã filiorum Chanaan & possedistis. deinde filij Iaphet æquè iusto Dei iudicio tenuerunt eam, & vos illinc profligauerunt. hæc autem sic referuntur in sacris literis: Noe verò vbi vinum edormiit, & didicit quæ fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus puer Chanaan, seruus erit fratribus suis. Dixitq; Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius. Dilatet Deus Iapher & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. Ergo cũ duo populi benedicãtur Semi Iapheti que posteri, & decretum sit vt priores illi potiantur Chananæorum sedibus, in quam possessionem mox succedat Iapheti progenies, vno populo à Chanaan oriundo, in seruitutem addicto duobus populis: Christus ab omnipotẽte patre acceptus postestate aduenit, inuitans ad amicitiam, benedictionẽmq;, & ad pœnitentiã ac consortium sanctorum eam terram habitaturorum, quibus promissam ostendimus. quapropter omnium gentium hominum tam serui q̃ ingenui, quicunque in Chri-

stum credunt, & norunt vera prophetarum oracula, sciunt se vnà cum eo terram illam habitaturos, & hæreditatem æternam accepturos ac incorruptibilem. Vnde & Iacob, vt suprà dixi, cùm ipse quoque figura Christi esset, duas vxores duxit ancillas totidem ingenuarum, & ex eis suscepit filios: vt præmonstraret Christum assumpturum etiam Iapheti posteros, ipsamque Chanaan progeniem æquatam ingenuis, quantum ad hæreditatem attinet: quæ vos intelligere non valetis, quia non potestis de viuo fonte bibere, sed de cisternis corruptis & aquam non continentibus, sicut scriptura dicit: Sunt autem cisternæ corruptæ aquam non continentes, quas foderunt vobis magistri vestri, vt scriptura manifeste testatur, docẽtes doctrinas mandata hominum. hi seipsos vósque simul vana spe pascunt, quasi sint carnale semen Abrahami, æternum regnum accepturi quamuis peccatores infideles, inobedientésque Deo fuerint: quod verũ non esse è scripturis discimus. An non dicit Esaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, facti essemus tanquam Gomorrha & Sodoma? & Ezechiel: Etiamsi Noe, Iacob, Daniel pe-

tierint condonari sibi filios aut filias, non impetrabunt, imò nec pater pro filio, nec filius pro patre, sed quisque pro peccato suo plectetur, & suo quisque beneficio seruabitur, ac rursum Esaias: Spectabuntur ossa iniquorum: vermis eorum non desinet, & ignis eorũ non extinguetur, & omnis caro videbit eos alioqui Dominus noster missus à patre Domino rerũ omniũ, nõ diuisset: Venient ab oriẽte occidẽteque & discumbẽt cum Abrahamo, Isaaco, Iacobo, in regno cœlorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. cæterùm non esse Deum in causa vt prædestinati fiant iniusti siue angeli siue homines, sed sua quemque culpa talem esse qualis apparebit, iã ante docui. Ne autem positis causari oportuisse Christum crucifigi, atque etiam inter nostros homines esse præuaricatores, nec posse aliter fieri, iam docui compendio: quod Deus cùm vellet angelos & homines obsequentes habere, visum est ei fieri hos liberæ potestatis ad bene agendum, vtique præditos vt scirent suam originem, & à quo vt sint, acceperint: futurumque vt iuxta ipsius leges iudicandi sint siquid à

recto deflexerint. nam suapte conscientia & homines & angeli coarguẽtur, nisi mature mutentur in melius. quod si verbum Dei prædicit omnino quosdã angelos & homines damnandos, ideo prædicit quia præscinit incorrigibiles, non quia tales à Deo facti sint. itaque si omnes resipuerint, possunt consequi dei misericordiam facti diuino testimonio Beatus, inquit, cui nõ imputabit peccatũ Dominus, hoc est, cui pœnitenti peccata Deus remittet: non sicut prædicatis vosmetipsi fallentes, & alij quidã vestri similes asseuerãt, etiãsi qui peccatores fuerint, modo Deum norint, non imputabit eis peccata dominus. Testis est vna culpa Dauidis, quando per fastum lapsus, nõ prius impetrauit remissionem, quàm lamentis fletúque peccatũ diluit, ita vt scriptum legimus. quod si tali viro non est remissum citra pœnitentiã, sed post tãtos demum fletus & correctas actiones magni regis vatísque deliburi diuinitus, quomodo impuri & perditi, sine lamẽtis planctúque ac pœnitẽtia, possunt sperare peccata ipsis remissurum dominũ? id vnicum delictum in Vriæ coniuge admissum satis declarat amici, patriarchas non libidinis causa vsos pluribus vxori-

bus, sed ita subseruisse cuipiam dispensationi mysticæ. alioqui si licitū esset quauis, quomodolibet & quotlibet ducere, vt solent vestri homines vbicunque peregrinantur aut quocunque mittuntur, easque nomine duntaxat vxores, multo magis idē licuisset Dauidi. Hæc locutus, M. Pōpei carissime, desij. Aliquāto post Typhō: Vides, inquit, non temere factum vt cōgrederemur, quando mirificam voluptatem cepi ex hoc colloquio, nec aliter affectos istos existimo. plus enim inuenimus quàm expectabam⁹ aut expectari poterat. id si sæpius nobis contingeret, plus proficeremus sermones ipsos examinando: sed quoniam videris hinc soluturus propediem, fac mei tanquam amici memineris. Quantum ad me attinet, inquam, vellem, si manerem, quotidie nos idem facere. spero autem me iam nauigaturum deo fauente, interim vos hortor, vt quandoquidem agitur de salute, omissis vestris magistris, conferatis vos ad Christum dei omnipotentis. atque ita discesserunt incolumitatem comprecati mihi tum in itinere tum in omnibus periculis & ego vicissim fausta omnia precatus illis, extremū hoc adieci, nihil eis me posse ominari felicius,

felicius, quàm vt agnita via quæ homines fert ad sapientiam, Christum Dei complectantur sicut nos facimus, quandoquidem nobis datus est.

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET Martyris Apologia pro Christianis ad Senatum Romanum.

QVæ Heri ac nudius tertius in vrbe vestra Patres Romani, sub iudice Vrbico, alibique passim ad eundem modum sub iniquis præsidibus acta sunt, cogunt me habita ratione vestrūm, qui vos eisdem passionibus obnoxios & fratres esse propter istas dignitates parū animaduertitis, libellum hunc vobis offerre. vbique enim receptum est moribus, vt qui peccat admoneatur à patre, aut vicino, aut filio, aut amico, aut fratre, aut marito, aut vxore: etiamsi nō sint persuasi,

ruanere iniustos & improbos iguis æterni supplicium: rediuerso Christi æmulatores, Christianos, inquam, in perpetua corporis animique integritate cum Deo victuros, eo quod constanter virtutem pro voluptate sectati deprauari se non passi sint.

* * *

mali dæmones cùm deuictos sibi habeant tales iudices, ceu lymphatos agunt in nostram perniciem. vt autem sciatis causam omnium quæ patrauit Vrbicus, rem totã expediam. Mulier quædam degebat in cõfugio viti libidine perditi, & ipsa quondã parum pudica. postquam autem Christi doctrinam cognouit, tantum propter cõfessionẽ Christiani nominis, affecisti supplicio hũc hominem. Sententiæ tales Vrbice nec imperatoris Pij vel eius filij, nec senatũ decent, nec sacrũ hunc senatũ decent, ariete versus ad Lucium hoc tantùm respondit, Videris tu quoque esse similis. cùm Lucius id fateretur, & ipsum duci iussit, ille verò gratias agebat ei, quòd liberaretur à molestis dominis, & ad patrẽ regẽque cœlestẽ proficisceretur. Tertius quoque quispiam ceu auctariũ pariter plectitur est. Verùm ne quis dicat, Ergo vos sine

omnes occidite, atque ita ad Deũ ite, & nobis exhibere negotia desinite. dicã causam cur hoc non faciamus, & cur quando examinamur, confiteamur intrepide. Non temere mundũ à Deo creatum esse didicimus, sed propter humanum genus, & ideo delectari hominibus ad imitationem ipsius se componentibus, offendi verò his qui vacãt malis operibus aut sermonibus. idcirco si omnes nobis necem consciscemus, quia nec gignendo quẽquam nec in rebus diuinis instituendo, quantum in nobis situ est, tenderemus ad humani generis perniciem, voluntati diuinæ ad eum modum aduersaremur, quoties cunque autẽ postulamur, non negamus, quippe nullius criminis nobis conscij, alienum à pietate ducentes veritatem celare, quam scimus Deo gratissimam, simúlque dantes operam vt falsæ opiniones vobis eximantur. Quòd si quis hic cogitat, si auxilio Dei fideremus, illum non laturum ab iniustis nos, sicut querimur, vexari ac opprimi, etiam hoc dubiũ explicabo: Deus qui hũc mundum vniuersum condidit, postquã res terrenas subiecit homini, cœlestes verò ad prouentum frugũ distinxit certis vicibus quotãnis recurrentibus, & iussa diui-

na in hominũ vsum (vt apparet) ex sequẽtibus, eorũ quæ sub cœlo sunt curã commisit designatis ad hanc functionem angelis, qui ab officio decedentes, victique fœminarum complexibus, susceperunt ex eis progeniem, quã vulgus vocat genios & prouecti ad maiorẽ audaciã, genus humanũ sibi subdiderũt, partim magicis literis, partim incusso mẽtu pœnarũ, partim cõmonstratis saeris quæ cõstant victimis, adoramentis atque libaminibus quorum tenebãtur cupidine: deuinctíque per hos affectus animis, passim miscuerunt omnia homicidiis, bellis, stupris, adulteriis, malefíciísque cæteris. quapropter poëtæ actibulatores, quia nesciebant angelos & ex his prognatos genios rem habuisse cum masculis & fœminis ciuitates gentésque à se memoratas, retulerunt ad ipsum Deũ, ciúsque ac fratrum vt putantur, Neptuni ditísque filios & horum progeniem. singulos enim nominibus appellabãt, quæ illi sibi suísque natis imposuerant. vniuersorum autem pater nullum nomen habet inditum. cæterum pater, Deus, creator, dominus, herus, non nomina sunt, sed à beneficentia desumpta vocabula, ac filius illius qui solus proprie dicitur filius,

sermo ille qui ante res creatas apud patrẽ erat, ex ipso genitus: Christus quidem, eo quod vnctus sit, & per ipsum Deus disponat ordinétque omnia, vocatur non vulgatæ significationis nomine, sicut & dei vocabulum non tam nomen est quàm inenarrabilis rei hominibus innata opinio: Iesus verò hominem & seruatorem significat & nominat. nam homo quoque, vt antè dixi factus est, ex sententia patris conceptus & partu editus in salutem fidelium hominũ & interitum dæmonũ: quod etiam nunc videre licet. multos enim arrepticios per totum orbem, & in hac ipsa ciuitate, multi ex nostris Christianis adiurarunt per nomen Iesu Christi, sub Pontio Pilato crucifixi, sanarunt quos nec adiuratores alij nec incantatores expiatorésve sanare potuerãt: & adhuc sanare pergunt, dæmonia profligando ex obsessis hominib. idcirco Deus differt totius mundi cõfusionem atque interitum, quando mali angeli & genij hominésque delebuntur, vt parcat Christianorum semini, quod scit esse causam rerum naturę incolumitatis. nisi enim hoc superesset, ne vobis quidem daretur patrare posthac talia, & concitari à noxiis dæmonibus: sed ignis vin

dex descendens sine discrimine sustulisset omnia relinquens neminem: qualis clades olim apud priscos accidit. Hoc seculo, siue vt vestri autores produnt Deucalionis, quando vniuersalis diluuij vastitas vnum solum reliquit cum domesticis ad posteritatis seminarium, vnde tam mali quàm probi reparati sunt. hæc est enim nostrorum de futura exustione sententia, non vt Stoici falsò existimant, ratione mutationis elementorum ex aliis in alia. Sed neque fato agũt homines aut patiuntur quicquam vt apparet, quippe qui voluntarie bona malàque faciunt, nisi quòd interdum à malis geniis cõtra probos vixros incitãtur vt Socratem ac similes, quos persequuntur & trudũt in carcerem, cùm interim Sardanapalus & Epicurus similésque in honoribus atque deliciis sibi placeant. quod non intelligentes Stoici ad fati necessitatem retulerunt omnia. cæterùm angeli hominésque quoniam initio cùm crearentur acceperunt à Deo liberum arbitrium, iustè pœnam peccatorum luent in æternis ignibus. est autem genitarum rerum omnium hæc natura vt virtutis ac vicij capaces sint. nulla enim laude quicquam esse dignũ, ni esset

ad vtrumlibet flexile. attestantur mihi quotquot rationem veram secuti sunt legislatores vel philosophi, dũ alia iubent, vetant alia. quin & ipsi Stoici cùm de moribus differunt in eadem sunt sententia, vt appareat eos de principiis & rebus incorporeis non recte sapere. Si enim contendent fatis regi res hominũ, aut negabũt Deum in tanta subuersione, mutatione, resolutionéq; in suas origines, vt nihil præter corruptibilia percipiãt, ac ne ipsum quidem deũ à corruptione prorsus immunem faciant: aut tollent è rebus discrimen virtutis ac vicij, quo quid potest cogitari absurdi⁹ & ab omni ratione alienius? quapropter scimus dogmata Stoicorum, quamuis illi honestè de moribus disputent, sicut & poetę interdum pro innatis sibi rationis seminibus, tamè passim exposa esse. Heraclitum certe, vt suprà dixi, & nostro seculo Musonium cęteròsque nouimus. sicut enim obseruatum est, omnes probos qui quomodocunq; virtutẽ sectati sunt auersi à vitiis, acerbis odiis exagitarũt mali genij. nec mirũ est ab his infestari particularia rationis semina, quando illius vniuersalis λόγου, id est, Christi cognitionem cõtemplationéq; multo

magis odisse deprehenduntur nefarij dæmones, daturi meritas pœnas in ignis æterni carcere. nam si nunc per nomen Iesu Christi vincuntur ab hominibus, certo hoc argumento colligitur fore vt in æternũ igne puniantur cum suis cultoribus. id enim & sacri vates omnes prædixerunt, & Iesus ipse noster magister docuit, & ego igitur expecto vtà quopiá ex illis per insidias baculo percutiar, vel ab hoc. Crescente iactatore philosophi: philosophum enim appellare non dignor hominem qui de nobis nescit publicè prædicat esse Christianos hostes & numinis & impios, ad gratiam & voluptatem decepti vulgi garriens. nam siue non recta Christi doctrina in nos inuehitur, modo omnibus malus est & idiotis multo deterior, qui sæpe cauent ne de rebus ignotis falsa loquãtur: siue nactus eius excellentiã & intelligens, ad vitandam suspitionem dissimulat, tãto ignauior est atque scelestior, qui timori cedat & imperiti vulgi rumusculis. volo enim sciatis, me cum eo cõgressum in hoc quæstionũ genere expertũ esse & coarguisse hominis ignorantiam. id vt persuasum vobis sit non dubitarem in eãdem disputationem cũ eo de-

scendere, ni putarem ad vos peruenisse nostrum colloquium: nec infra vestram maiestatem esset hæc cognitio. quod si notæ sunt vobis illius responsiones meis scitationibus redditæ, compertum tenetis eum nihil scire. quod si scit aliquid nec tamen audet profari, vt Socrates, amatoré gloriæ se prodit non sapientiæ, sicut iam dixi: qui ne præclarũ quidem illud Socratis dictum magni facit, Veritati præferendum esse neminem. verùm Cynico qui omisso bono sectatur indifferentia, possibile non est scire aliud quàm indifferés. cæterùm ne quis mihi contradicat more istorum philosophorum vulgarium, terrificis nos verbis sed inanibus vti de ignis æterni pœna quæ iniustos manet, metu magis quàm virtutis amore continere homines in officio: breuiter respõdeo, si hæc falsa sunt, non esse Deum: aut si est, nõ est, curare mortalia, virtutẽ ac viciũ esse vana nomina: & vt diximus, iniuste legislatores in iuris violatores animaduertere. sed quia nec illi sunt iniusti, nec pater qui suis oraculis eos instituit, ne hi quidẽ qui assentiunt iniusti sunt. Quòd si quis obiiciet esse diuersas leges hominum, & aliis honesta videri quæ apud alios turpia cé-

sentur, is discat, etiã leges malas inducẽ-
esse à malis angelis, quibus delectantur
æquè mali homines: & cùm accesserit ratio
ratio, nõ omnes opiniones ei probari nec
omnia placita, sed fieri discrimen inter
mala & bona. itaque talibus quoque ha-
beo quod ad eundem similémue modum
respondeam prolixius si opus fuerit: nũc
ad propositum redeo. ideo res nostra
omnihumana doctrina sunt præstantio-
res, quòd Christus totus rationalis pro-
pter nos factus sit, corpore, mente, atque
anima. nam quicquid boni vnquam in-
uenerunt aut docuerunt legislatores &
philosophi, id orationis partibus elabo-
rarunt, inuentione contemplationéque
quoniam non integre mentem illa
seu λόγον, Christum perceperunt, inter-
dum prodiderunt quædã ipsorummet de-
firmæ contraria: & qui ante Christum
natum conati sunt hæc rationibus huma-
nis disquirere contemplarique, tanquam
curiosi pro impiis correpti ad tribunalia
tracti sunt. omnium autem constantis-
mus firmissimúsque Socrates, eiusdem
cuius nos criminis reus postulatus est.
aiebant enim eum dæmonia nous intro-
ducere, & non eosdem cum populo deos

colere. at ille malos quidem genios, quo-
rum poëtæ decantant facinora vnà cum
ipso Homero cæterisque poëtis eiecit è
sua republica, homines verò auersari talia
docuit, cæterùm ignotum eis Deum ve-
stigare rationibus eos hortabatur dicens:
Patrem autem opificémque omnium nec
inuenire facile, nec inuentum apud quos-
uis enunciare tutum fuerit. quod no-
ster Christus per suam effecit potentiam:
Socrates enim nemini persuasit vt more-
retur pro ipsius dogmate: Christo autem
ne Socrati quidem prorsus ignoro (erat
enim & est sermo ille disponẽs omnia, qui
per prophetas futura prædixit, & per seip-
sum, nobis factus similis, suam doctrinam
prodidit) non solùm eruditionis sapien-
tiæque cupidi crediderunt, sed & opifices
ac idiotæ, gloria, formidine, mortéque
contemptæ: quoniã is est ineffabilis patris
potẽtia, nõ humanæ rationis instrumẽtũ,
nec interfici eremur aut vinceremur à malis
hominibus & dæmonibus, nisi omni na-
to homini mors deberetur: ideo reddẽtes
debitũ gratias agimus. Nunc non intẽpe-
stiuum fuerit Xenophonticum illud Cre-
scenti & aliis similiter delirantibus op-
ponere, narrat Herculem in cõpito quo-

dam inuenisse mulierum specie. Virtutem & Vicium: hanc molli veste cultu facta ad amoris illecebras, læto vultu blandóque aspectu illum affatam, pollicentem si ipsam sectetur, delicias lauticiasque & ornatum qualem in ea videret, Virtutem verò vultu pariter ac cultu squalidam, sic locutã: At me si sequaris, non illecebrarum ornamentis teipsum excolere, sed verè pulchris & perpetuis. Ita confessus quod quisquis fugit res pulchras in speciem, tractans duras & tetricas, felicitatem adipiscitur. nam Vicium præterit sine actionibus honestatem virtutis, imitatus duntaxat quædam corruptibilia (nihil enim incorruptum habet aut potest facere) & sic subigit homines humiles, personam sumpta pro virtute se ostentans, atqui mẽ qui vera bona intelligunt, incorrupta propter virtutẽ sunt, vt Christiani & qui vitam degunt in exercitiis, quales poëtæ celebrant consecratos vulgi existimatione. itaque vel ideo quia mortem contemnimus, licet de nobis bene sentire. nã & ipse quando Platonica doctrina delectabar, cum audirem calumniis Christianos appeti, nec morte horrẽtes nec aliud quicquam cæteris terribile, cogitabã esse

impossibile tales viciis seruire ac voluptatibus. quis enim voluptati deditus, aut intemperans, aut suauiter vescens humanis visceribus, posset morte gaudere, vt priuetur suis deliciis? ac non potius conaretur perpetuò hic viuere & magistratus fallere? tantùm abest vt seipsum ad necem prodat. quamuis huc quoq; mali dæmones adegerunt quósdam scelestos homines, vt post patratam ab ipsis exdem aggressi nostros sycophantiis, seruos, pueros, mulierculas tormentis subiecerint, atque ita his necessitatem mentiẽdi expressérint, vt spargerent fabulas quasi de patrantibus clam quæ ipsi absque pudore faciunt in propatulo. nos verò cũ horum nobis non simus conscij, negligimus, contenti ingenito Deo teste actionum cogitationúmq;. alioquin quid vetaret profiteri hæc ipsa publice, & referre ad diuinam philosophiam, operantes Saturni mysteriis per homicidia, cruoréque repletos more illius sacrati apud vos simulacri, cui litatis non brutorum tantummodo sed & hominum sanguine, idque illustrissimi ac nobilissimi inter vos viri ministerio, victimarum cruorem affundentis altaribus. ad

imitationē verò Iouis cæteroruṁq; deorum promiscuè cum masculis atq; fœminis volutamini, ad defensionē flagitiorū proferētes Epicurum & poëtarum carmina. hanc disciplinam eiúsque sectatores quia fugiendos esse docemus, quod & hoc libello conamur euincere variis modis impugnamur: id tamen nobis curæ nō est, quandoquidem scimus Deum inspectorem iustum rerum omniū, atq; vindicem futurum. nam nunc aliquis existat qui è loco editiore intonet voce tragica: Pudeat vos pudeat quæ palām peccatis insontibus opprobrare, & vestra vestrorúmque deorum dedecora in eos congerere in quos ne tantillū quidē cōpetunt. resipiscite & meliorē mentē sumite. Equidem vbi cognoui malos genios hoc agere, vt diuinā Christianorum disciplinam infamē reddāt fictis crimínibus, dari si (fateor) hgmōdi tum id & vulgi opinionē expetens, veritatis & pro viribus contēdens vt Christianus existeraminon quod Platonis doctrina à Christi præceptis aliena sit, sed quōd non vsquequaque similis, sicut nec Stoicorum, poëtarum historicorúmque commentarij. nam horum singuli partē aliquā diuinę rationis insitam sibi connatámq; ceruentes, beneloquuti sunt. cæterùm qui ab eis in rebus magis seriis dissentiunt, nónne reconditam quandam scientiam & irreprehensibilem habuisse videntur? Ergo quicquid vsquam apud omnes scriptores rectè dicitur, nostrum est Christianorum. nam ingenitum & ineffabilem Dei sermonem post Deum adoramus & diligimus, quandoquidem propter nos homo factus est, vt passionum nostrarum factus particeps afferret eis remediū. cæterùm scriptores omnes per inditum sibi natiuum rationis semen non nisi obscure potuerunt veritatem videre. aliud enim est semen quoddam & imitamentū quoad fieri potest, aliud idā quo gratia hæc & facultas promanat. Postulamus igitur vt hunc libellum proponatis subscriptum sicut vobis placuerit, vt & aliis res nostræ fiant cognitæ, & eximantur eis falsæ opiniones atque honestatis ignorantia: sic fiet ne absque culpa pœnam sibi accersant, si hæc hominibus innotuerint, refert enim eorum discrimen honestare & turpitudinis vel ex nobis discere, quos damnare ista probra ignorant, quibus ipsi delectantur sicut diis quoq; talia patrantibus, & hodiē ijā cete-

ris eadem postulant, cùm nos ob hæc filio licet obiecta, morte, vinculis, aliisque pœnis mulctent. non requiro alios iudices, qui etiam apud meos populares nocuiam Simonis impostoris doctrinam compsi. vos si hæc promulgaueritis, nostri erit dare operam vt omnes, si fieri potest, mutentur in melius, nec alia de causa hic sermonem composuimus. non sunt nostra præcepta damnanda iudicio sobrio, cum antecellant vulgarem philosophiam, saltem non posthabeantur Sotadiis Philænidisq; cantiunculis, Epicureorumque scriptis & poëtarum longè dissimilibus, non deerit magistrorum simul & librorum copia, finem faciam functus quæ in me fuit officio, Deum precatus vt cognitione veritatis dignetur omnes homines vbique gentium: qui fecit vt pie sapienterque in rem vestram ferratis sententias.

***

DIVI

DIVI IVSTINI APOLOGIA SECVNda pro Christianis, ad Antoninum Pium.

IMPERATORI T. Aelio Adriano Antonino Pio August. Cæs. & Veristimo F. philosopho, & Lucio philosopho Cæsaris Germano filio, Pij verò adoptiuo, amatori eruditionis, sacróque senatui & vniuerso populo Romano, pro genere humano iustè inuisis execratisque, Iustinus Prisci, Bacchij filius, à Flauia Neapoli Syrię Palæstinæ, vnus eorum hanc appellationem & supplicationem feci.

Ratio dictat, verè pios ac philosophos solâ veritatê honore amoré; dignari, neglectis veterũ opinionibus, si vitiosæ fuerint. nam incorrupta ratio dictat non solum non esse sequendos qui male quid aut docent aut faciunt: verùm etiam studio veritatis modis omnibus iustè faciendo dicendóq; omnia, contẽpto vitæ peri-

culo siquis mortem minetur. vos certe ab omnibus audistis Pij, Philosophi, cultores iustitiæ, amatores eruditionis: an autem sitis, declarabitis. non enim adulationis causa vos compellamus his literis, nec largimur quicquã vestris auribus, sed vt seriam & accuratam iudicandi rationi exposcamus accessimus vos, haud præoccupatos pristinis persuasionibus, neque capturos fauorem superstitiosorum hominũ, ac ne bruto quidẽ impetu inueteratísq; calumniis cõtra nos motos, quo sequus q̃ expedit proferatis sententiam. Scimus enim nos lædi posse à nemine, nisi deprehendamur in sceleribus aut malefactis. occidere potestis, lædere non item. Verùm ne quis hanc vocem inconditã & audacẽ existimet, oramus vt examinetur crimina, & nisi alieni à culpa inueniamur, puniamur sicut decet puniri noxios, quod si nemo est qui coarguat, iniquum fuerit nos insontes plecti pro vulgi maledicentia: quæ iniuria pertineret ad ipsos iudices, affectum magis quàm rationem adhibentes in consilium. & est æquissima postulatio consentio omnium recte sentientium, offerre se ad exhibendam rationem vitæ irreprehensibilis: quemadmodum & principes decet inter iudicandum sequi pietatem ac philosophiam, non tyrannidem & violentiam. sic enim tam subditi quàm principes felicitate frueren-

tur. vetus est enim illud dictum sapientis cuiusdam: Nisi magistratus ac subditi philosophentur, non fore fortunatas ciuitates. Nostrũ igitur est tum vitã tum disciplinam considerandam proponere quibusliber, ne pœnas debeamus erratorum quæ committũtur ab institutum nostrum ignorantibus: vestrum verò, cognita causã decernere quod rationi consentaneum compertum fuerit. id ni optimo iure feceritis, ipsi nullam excusationem apud Deũ tribunal inuenietis. nec enim ad bonorum malorumque discrimen sola nomina sufficiunt ni considerẽtur quãm rebus ipsis conueniant, alioquin quod ad nostram appellationem attinet, sumus χρηστιανοι hoc est, commodissimi: tamen non postulamus eam nobis prodesse vt absoluamur, si cuius noxæ affines conuicti fuerimus. ediuerso, si extra culpam esse nos approbamus instituto æquè ac nomine, vestrum erit dare operam, ne iniuste puniendo non conuictos, ipsi pœnã debeatis violatæ iustitiæ: si qui-

dem nomen nec laudem vllam nec poenam iure meretur, nisi accedant honestis vel improba facinora. nec enim accusatos pro tribunali priusquam conuincantur damnatis, in nobis verò nomen arcipitis pro crimine, quamuis quantum ad ipsum nomen attinet, debueratis potius in accusatores nostros animaduertere. nam quia Christiani sumus reos agitis, quod nomen audistis iam indignum esse odium. tum si quis accusatus talem se infiteatur, absoluitur, cùm nullam culpam positis in eo coarguere: quod si fateatur, ob ipsum confessionem plectitis. atqui præstaret tum fatentis tum negantis vtam inquisitione excutere, & vniuscuiusque factis de ipso credere. quemadmodum enim quidã iuxta præceptum Christi dum examinantur confitentur torquentes forsitan non desunt qui male vicentes præbent occasionem temerè obloquendi Christianis omnibus, tanquam de professo sceleratis & impiis: atqui non oportet sic agere. nam & philosophiæ nomine habituq; profitentur quidam quod nihil præstant dignum hac professione. & scitis etiam illos priscos quorum diuersissima sunt placita, eodẽ nomine

cari philosophos, & in his sunt qui negant vllum numen esse, sicut poetæ Iouem cum sua prole flagitiosos faciunt tamen eorũ fabulas nõ euicitis, imò præmia honoréque proponitis his qui eis luculentè conuicia faciunt: cur igitur nostra cõditio deterior est, qui professione ipsa detestamur opiniones iniustas & impias? non examinatis causis, sed affectu temerario flagelloque furiarum perciti occiditis indemnatos absque vllo respectu iusticiæ. Vera dicam siquidem & olim genij mali per spectra illuserunt fœminis ac pueris, terrueruntque prodigiis homines, vt à stupidis metu exprimerent quod ratione non poterãt: qui nescij malorum dæmonum esse has præstigias, in vniuersum deos nominarunt distinctos propriis vocabulis, quæ cuique placebãt maximè. cũq; Socrates veris rationibus hæc discutere conaretur, & à superstitione reuocare homines, illipsi dæmones per malos viros effecerunt vt is tolleretur tanquam deorum hostis & impius, obiicientes quod introduceret noua dæmonia, sicut & nos infestant hodie. nõ enim apud solos Græcos Socrates ratione freretus hæc coarguit, sed & apud Barbaros

hæc ipsa ratio formata in hominem, qd
Iesus Christus dicitur: à quo persuasi non
assueramus genios errorũ taliũ autores
non solùm prauos esse, verùm etiam
scelestos atque impios, ne viris quidem
bonis æquiparandos: & ideo hostes deo-
rum iudicamur. fatemur quidem nos ho-
stes deorum istorum sictitiorum, at nõ il-
lius verissimi Dei, patris iustitiæ prudẽ-
tiæque & cæterarum virtutum, cunctо-
rum expertis viciorum: sed & eum & ab
ipso missum filium magistrum nostrũ, re-
liquumq; similem huius bonorum ange-
lorum ipsius ductum sequentem exercitũ,
nec nõ spiritum propheticum veneramur
adoramusq;, veris rationibus honorãtes,
& cuiuis disciplinam eandem requirenti
communicando absque inuidia. Dicet ali-
quis deprehensos aliquot in maleficiis,
quasi verò soleatis in delatos, inquirere,
ac non plerósque inauditos ob iam de-
ctam causam damnaueritis. illud certè in
vniuersum fatemur, quemadmodum apud
Græcos hi qui sua placita prodiderunt,
cẽsentur omnes vno philosophorum no-
mine, quãuis pugnẽt sententiis: & hi apud
Barbaros quotquot videntur excellere
sapientia, commune nomen habere nam

Christiani omnes appellantur. ideo po-
stulamus vt quorum nomina ad nos dese-
rũtur, eorũ facta iudicetis, vt qui crimẽ
conuictus fuerit, pro scelesto puniatur nõ
pro Christiano: sin autem insons inueni-
tur, absoluatur vt Christianus innoxius.
nec enim petimus vt accusatores punian-
tur. sufficit illis sua malitia & honestatis
ignorantia. putate autem hæc propter
vestram vtilitatem dici, quandoquidem
nobis in promptu est negare dum exami-
namur, sed nolumus tueri vitam mẽdacio.
cùm enim æternæ puræque vitæ deside-
rio teneamur, damus operam vt cum Deo
cunctorum patre ac opifice degamus, &
confitemur libenter, certò persuasi fo-
re voti compotes qui factis declararint
se Dei sequaces, & cupere cum eo
degere illic, vbi nulla peccati sentitur
rebellio. Indicaui compendio quid spe-
remus, & quam doctrinam à Christo ac-
ceptã tradamus. nec multum ab eo Plato
euariat, scribens rontes damnari apud tri-
bunal Minois Radamantique. at nos
Christum aimus fore iudicem sistendarũ
ei animarum cum suis corporibus, pœna
æterna puniendarum, non solum per Mi-
norum circulos, vt ille purabat, quòd si

quis respondebit, videri hoc incredibile aut impossibile, fallāt se inuicem vt libet modò in nobis nulla culpa inueniatur. Cæterū quod victimis & coronis simulacra in templis consecrata non honoremus, in causa est quia scimus ea carere sensu atque anima, ac ne formam quidem habere deo similem. negamus enim hāc esse Dei formam, quam quidam animi se expressisse, sed istæ sunt effigies & nomina dæmonum, quos malos esse ostendimus. nam quod ad materiam attinet, ea ignoratis dedolata conflatáue ab opificibus, & interdum recusa è vilibus vasculis, formis tantummodo per artem nouatis, & impositis eorū nominibus. quod non solum ab omni ratione alienum, verumetiam cum iniuria Dei coniunctum existimamus, illam ineffabilem maiestatem formā tribuere istis corruptibilibus & humana ope indigentibus. & scitis impuros horum opifices, omnibus vicijs, ne singula percenseam, obsitos: qui etiam suarum officinarum ministris ancillulis stuprum offerunt. ô vos stupidos, qui ab hominibus obscœnis deos quos adoratis fingi resingíque creditis, & his similes sacerdotes ædituósque cōstituitis, nec

aduertitis quàm nefarium dictu cogitatúque sit, deos custodiri à mortalibus. nos verò persuasum habemus Deum nō egere oblationibus rerum corporearum, cùm videamus eum largiri omnia, sed credimus eum solos diligere qui virtutes ipsius imitantur, moderationem, charitatem, iusticiam, & cæteras familiares illi, qui nullum nomen habet inditum. is pro sua bonitate in ipso rerum exordio cōdidit homines ex informi materia, sicut à maioribus accepimus: vt si vitam suam ipsius voluntati attemperauerint, cum illo degant regnentque immortales ac impassibiles, quemadmodum enim ab initio cùm in rebus non essent, eos cōdidit, sic quotquot obedienter voluntatē eius exsequuntur, immortalitate perpetuáque secum consuetudine dignaturum credimus. nam vt esse inciperemus, penes nos non erat: vt autem ei grata sequamur ductu rationis quam largitus est, inuitat nos ipse addens fiduciam. idque censemus cōferre vtilitati omnium mortaliū, ne quis ab hac disciplina arceatur, sed huc incitetur potius. quod enim leges humanę nō valuerūt efficere, id sermo ille vt diuinus effecisset, ni mali genij multa

falsa & impia crimina sparsissent aduersus eum, ascitis in societatem priuatis eiusdemque cupiditatibus, ad res varias suapte natura pronis, à quibus nos immunes sumus. vos verò dum auditis nos regnum expectare, temerè de humano suspicamini, cùm nos de regno dei loquamur: sicut liquet ex his in quos an Christiani sint inquiritis, qui fatentur se Christianos, quamuis sciant mortem huic confessioni propositam. nam si humanum regnum expectarem⁹, negaremus vt euaderemus, & conaremur fallere, vt expectato potiremur. sed quoniam spes nostra præsentia non affectant, non timemus eos qui occidunt, quando mors debetur omnibus. cæterùm quod ad pacem attinet, fouemus eam magis quàm vlli vestri socij, dum prædicamus deum non posse falli à quoquã malefico aut fraudatore aut doloso ac detestabili: & cuique pro meritis aut pœnam repositam aut salutem, sempiternam vtranque. hæc si nota essent omnibus, nemo viciis ad breue tempus se dederet, quæ sciret punienda æternis ignibus, sed ab omnibus vitiis abstinendo cohonestaret se virtutum ornamentis, vt à Deo felicitatẽ consequeretur, & euaderet supplicia. nostras enim leges & animaduersiones improbi conantur fallere: & quia sciũt non posse falli cùm simus homines, non cessant malefacere: qui scirent Deum nihil latere vel factum vel cogitatum, saltem futurorum metu honestius viuerent, quod ipsi non negabitis. videmini vereri ne omnes colant iustitiam, atque ita desint in quos animaduertatis. Verùm hæc cura carnificum fuerit magis quàm bonorum principum, sed compertum est nobis, hæc fieri (vt diximus) instinctu malorum geniorũ, qui à stultis victimas & diuinum cultum sibi postulant: vos verò nihil indignum vestra philosophia pietateque admittere credimus, sin autem vos quoque non secus quàm insensatum vulgus veritati præfertis consuetudinem, quòd potestis facite. porrò principes opinionẽ veritati anteponentes, nihilo plus possunt quàm latrones in solitudine. non licitari autem vestris victimis declarat sermo ille siue λόγος quo nullum regaliorem iustioremque principem post ipsius genitorem nouimus. quemadmodum enim infirmitatis, paupertatis, ignominiæ paternę nemo non recusat hæres fieri, sic quie-

quid rationi non est consentaneum dicere tractabat quibus sapiés. prædixit, in quam hæc omnia noster præceptor patris Dei Domini Deiq; filius & Apostolus Iesus Christus, à quo Christiani denominati sumus & cuius doctrina cõfirmamur, quippe qui videmus euenire quicquid ille prædixit, id quod Dei opus est. Dixit antequam fieret, & vt prædictum ita factum est. poteram hic desistere in causa tam bona iustáq;, sed quia scio animã oppressam ignorantia non facile mutari, libet addere pauca in gratiam studiosorum veritatis, vt hac adhibita profligent ignorantiam. Ergo non esse nos impios, qui omnium rerum opificem colimus, non victimis & libaminibus ingratis illi vt nouimus, sed precibus, laudibus, gratiarum actionibus pro acceptis beneficiis, hunc solum honorem ipso dignum ducentes, si quicquid in alimentum nostrum largitur, non ingrate absumamus, sed in nostrum & egenorum vsum vertamus: gratitudinem veri illi approbemus verbis hymnisque, gratias simus, quòd valetudini consultum sit, quòd species rerum conseruentur, quòd vices annuæ bene succedant, quòd immortalitatem sperare ac impetrare si-

ceat: quis sanus non fatebitur? tum cum qui nos hæc docuit, & in hoc natus est, Iesum Christum, crucifixum sub Pontio Pilato in Iudæa procuratore Tiberij Cæsaris, agnoscimus veri Dei filium, & loco secundo colimus, tertiúmque ordine spiritum propheticum: & hunc cultum recta ratione niti demonstrabimus. Hac enim parte vt insani reprehendimur, quòd post immutabilem illum sempiternúmque Deum & genitorem cunctorum, secundum locum homini crucifixo tribuamus: sed reprehendimur ab ignorantibus latens mysterium, quod explicantes nos vt attente auditis hortamur, prænonemus enim caueatis ne dæmones à nobis accusati vos decipiant, & mentes vestras auertant ab intelligendis his quæ dicimus. contendunt enim vos seruos suos facere occuparéque exhibendis sibi ministeriis, nunc in somnis obseruando, nunc versutilis magicis captando eos qui salutem vtcunque desiderant. cuius cupidine nos quoque rationem secuti, ab illis quidem desciuimus, solum autem Deum illum ingenitum sectamur per eius filium, qui pridem scortationibus delectabamur, nunc amplexi solam temperantiã:

qui magicis artibus vtebamur, bono & ingenito Deo dicati: qui lucra è pecuniis & prædiis anteferebamus rebus omnibus, nunc priuatas facultates in communem vsum proferentes & omnibus egenis impartientes: qui odio prosequebamur nos inuicem, non abstinentes à cædibus, & propter morositatem non populabamur, nisi cum tribulibus, nunc post aduentum Christi mensæ eiusdem participes, etiam pro inimicis precantes, & immeritò infensis persuadere conantes, vt iuxta Christi honesta præcepta viuendo spem præmiorum accipiendorum ab vniuersorum domino Deo æquè ac nos concipiant. verùm ne cito cumuenire vos velle videamur, aliquot ipsius Christi præcepta memoranda sunt antè quàm argumentis agamus: vestrum erit examinare pro detestate regia, num vera didicerimus deceamúsq;. sunt autem sermones eius breues & compendiarij. erat enim non sophista, sed mens & virtus Dei. de temperantia sic loquitur: Quicunque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit corde coram Deo. &, Si oculus tuus dexter offendat te, erue eum. præstat enim vt luscus admi-

taris in regnum cœlorum, quàm saluis ambobus oculis mittaris in ignem æternum. &, Qui ducit dimissam ab alio maritо, adulterium committit. &, Sunt quidam qui castrati sunt ab hominibus. item, sunt qui eunuchi nati sunt: sunt etiam qui seipsos castrarunt propter regnum cœlorum. verùm hoc non cuiuis datum est. Siquidem & qui iure humano duas vxores ducunt, peccatores sunt iudice præceptore nostro, & qui spectant mulieres vt alant concupiscentiam. nam non solus facto adulter ab illo reiicitur, sed & qui affectat adulterium, quandoquidem cogitationes vel absq; effectu Deo sunt cognitæ: & multi in vtroque sexu reperiuntur egressi annum sexagesimũ ac septuagesimum, qui à teneris disciplina Christiana imbuti, perpetuam castitatem conseruauerunt. atque vtinam possem tales ostendere in omni genere hominũ. quid enim attinet dicere de innumera multitudine reuocatorum per hanc disciplinam à libidinibus? nam nec iustos nec temperantes Christus vocauit ad pœnitentiã, sed iniustos, impudicos, & impios. verba eius sunt: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. mauult enim pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter ille cœlestis pœnitentiam peccatoris quàm pœnam. De charitate autem ergo omnes docuit hæc: Si diligitis diligentes vos, quid nouum facitis? idem & fornicarij faciũt, at ego vobis dico: Orate pro inimicis vestris, diligite infensos vobis, fausta precamini execrantibus vos. De subleuandis autem egenis & non captanda gloria, sic ait: Omni petẽti date, & mutuari volentem auersari nolite. nam si mutuum datis his à quibus speratis recipere, quid nouum facitis? idem & publicani faciunt. vos autem cauete condatis vobis thesauros in terra, vbi tineis corrumpatur & rubigine: sed in cœlis condite, vbi nec rubigo viciat, nec tinea, quid enim proderit homini si totũ mundũ lucretur, animam perdiderit? aut quid rependet pro ea? reponite igitur thesauros in cœlis, vbi nec tinea nec rubigo viciat. &, Sitis autem boni aut misericordes, sicut & pater vester bonus est ac misericors, qui solem suum iubet oriri sũper peccatores, & malos æquè ac bonos. nolite igitur solliciti esse quid edatis aut quid induamini. nónne meliores estis feris & volucribus? & tamen Deus alit eas. ne curetis igitur quid edatis, aut quid induamini. nonne

enim pater vester cœlestis quàm opus habeatis his rebus. quærite regnum cœlorum, & adiicientur vobis hæc omnia, vbi enim thesaurus est, ibi & mens hominis. &, Nolite facere hæc vt spectent vos homines, alioqui mercedem non habebitis à patre vestro qui in cœlis est. De tolerantia verò & bene merendi studio & cohibẽda ira hæc præcipit: Percutienti maxillam, præbe & alteram. & tollenti tuam tunicam aut pallium ne reluctaris. quisquis autem iratscitur, reus est ignis gehennæ. angariantem te ad mille passus, sequere ad MM. Luceant vestra bona opera corã hominibus, vt ea videntes mirentur patrem vestrũ cœlestem. Non vult enim nos esse contentiosos nec æmulatores malorum, sed vt per tolerantiam & mansuetudinem abducamus reliquos à probris & prauis cupiditatibus. extant enim apud nos multa exempla proteruorum, & tyrannicorum hominum in melius mutatorum, animaduersa vicini patientia, vel comitis à se circumuenti sociive fraudati mira tolerantia. præterea de omni iuramento vitando & veritate semper proferenda, sic mandat. Ne iuretis omnino. Sit autem vestrũ etiam etiam, & ve-

strum non sit non quod autem vltra hoc adiungitur, ex malo proficiscitur. Quod verò Deus solus adorandus sit, sic docuit. Maximum mandatum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles ex toto corde tuo, & totis viribus tuis, Dominum Deum qui te creauit. cúmque accedens eum quidã diuites Magister bone, respondit, Nemo bonus nisi solus Deus, qui creauit omnia. Quicunque autem secus viuũt quàm ille docuit, sciant se nõ esse Christianos, etiãsi Christi præcepta in ore habeant. non enim eos qui dicunt tantũ, sed eos qui opera faciunt, seruandos pronunciat. Ideo enim ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei cœlestis. quisquis enim audit me, & facit quæ dico, audit eum qui misit me, mihi autem dicent mihi, Domine Domine, nónne in nomine tuo comedimus & bibimus & virtutes fecimus? tunc dicam eis, Discedite à me iniquitatis operarij, ibi tunc sequetur fletus & stridor dentium, quando iusti fulgebunt vt sol, iniusti verò mittentur in ignem æternum. multi enim venient in nomine meo, exercent

induti ouium pellibus, cùm intus sint lupi rapaces, ex operibus eorum cognoscetis eos. Omnis arbor quę non facit fructũ bonum, exciditur & in ignem mittitur. Vt autem eos qui non viuunt secundum præcepta illius, contenti Christianos se vocari, puniatis, rogamus etiã. cæterùm vectigalia tributáque à vobis instituta vbique ante omnes conamur pendere, sicut nos ipse docuit. Nam in illo tempore accesserunt quidam scitatum ex eo, num oporteat tributa dari Cæsari. qui respondit: dicite mihi, cuius hic numus habet imaginem? aiunt, Cæsaris. tum ille: reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Sic fit vt Deum solum adoremus, in cæteris rebus libenter vobis subseruiamus, quos agnoscimus reges atque principes hominum, precemúrque vt cum regia potestate prudentia pariter coniuncta in vobis appareat. quòd si nostras preces absque omni simulatione dissimulationéque oblatas contempseritis, nos nullum damnum accipiemus, quippe qui credimus, imò compertum habemus, pro meritis quemque daturum pœnas addictum æternis ignibus, & pro portione virtutum quas accepit à Deo, rationẽ

redditutum, vt Christus indicauit dicens: Cui plus dedit Deus, plus etiam reperetur ab eo. Considerate finem cuiusque regum qui decesserunt, mortuorum merte communi omnibus, quæ si sensum ei vita simul adimeret, pro lucro impetrari poterat. verùm quoniam sensus omnibus natis permanet, & impendent æternæ supplicia, nolite tidem abrogare his quæ dicimus, credite vel necromantiis vestris, & puerorum nondum Venerem experturum visionibus, euocationibúsque animum, & his quos Magi spiritus familiares vocant immissoréisque somniorum peritíisque talium artium animas humanas etiam post mortem sensu esse præditas: credite idem confirmantibus qui agitantur à defunctorum spiritibus, quos arreptitios & furiosos vulgus vocat: præterea vestris manteis, vt Amphilochio Dodonæo, Pythióque, & id genus aliis: item scriptoribus, Empedocli, Pythagoræ, Platoni, Socrati, & fossæ Homericæ, Vlixíque descendéti ad visendos manes, & cæteris qui talia prodiderunt: quorum autoritati saltem æquandi sumus, qui non minus, imò magis quàm illi, Deo credimus, & speramus mortua quoque ac lacerata corpora nos recepturos, certi Deo nihil esse impossibile. quod nescio cur debeat incredibilius videri, quàm si quis nondum inditis corpori nobis posse liceretur fore vt è parua seminis humani gutta formétur ossa, carnes, neruíque, quales exortos inde videmus. Fingamus enim aliquem nobis nondum in rerũ natura productis quales nunc sumus, ostendere hominis genituram, simúlque pictã effigiem humanam, & asseuerare illam esse huius originem, num alij crederetis prius quàm vestris oculis? nemo ausit contradicere. eodem igitur modo quia nondum vidistis quemquam rediuiuum, grauamini credere. atqui sicut nunquam credidissetis posse è tantilla guttula tales ac tantos fieri, & tamen factos videtis: sic cogitate quod dissoluta more seminum & redacta in terram corpora hominum, Deus resurgere iubebit suo tempore, & immortalitatem induere, nec id illi esse impossibile scilicet vt dignum est de potentia Dei sentiunt, qui aiunt quemque redire illuc vnde ortus est: & ne Deum quidem posse contrà facere. his quid respondebimus, nisi quod liquet eos non fuisse credituros, posse prouenire tales.

homines quales ipsi sunt: sicut nec totum mundū posse creari qualem nunc videmus, præsertim ex his originibus? atqui præstitit credere quæ vel nostræ naturæ vel cæterorum hominum sunt impossibilia, quàm similiter nō habere fidem reliquis, quandoquidem & nostrum præceptorem Iesum Christum scimus dixisse: Quæ hominibus impossibilia videntur, Deo sunt possibilia. &, Nolite timere eos qui occidunt vos, nec habēt quid faciant posteà: timete eum qui potest animā quoque interimere, corpore in gehénam conijcta. Est autem gehenna locus destinatus pœnis eorum qui malè vixerunt, non credentes vera quæ Deus per Christum prædixit. quāuis & Sibylla & Hystaspis prædixerant res corruptibiles absumēdas incendio: Stoici verò ipsum quoque Deum in ignem dissoluendum opinantur, atque ita instaurationem mundi futuram. nos creatorem Deum censemus melioremq; quàm istas res corruptibiles. Ergo cùm consentiamus præcipuis poētis ac philosophis, quædam etiam diuiniora docemus, non absque demonstrationibus, cur præ omnibus iniuste inuisi sumus? quia enim asserimus Deum condidisse ac di-

posuisse omnia. Platonis placitum videmur adducere: Stoicorum verò de exustione. item quòd de animarum post mortē pœnis præmiisque vel malarum vel bonarum docemus, poētas philosophósque sequi videmur. de non adorandis artificū operibus Menāder comicus & similes idē quod nos admonent, cùm liqueat opere suo potiorē esse opificem. quòd verò tradimus primogenitum illū Dei filium sermonémque sine coitu natum, & hūc post crucem mortémque in cœlum sublatum, nihil diuersum est ab his quæ feruntur apud vos de Iouis filiis. scitis quàm multos liberos ei scriptores celebres attribuant: Mercurium interpretem facultate quidquis docendi præditum, Aesculapium curatorem valetudinis prius de cœlo tactum quàm raptum in cœlum, Bacchum verò discerptum, Herculem tedio laborum à seipso proiectum in rogum, è Leda susceptos gemellos Castores, & è Danae Perseum, vectatúmque per aera Pegaso equo Bellerophōtem. quid memoré vel Ariadnē vel similes relatos inter sidera? imperatores vestros nónne post mortē cōsecrastis, & producitis aliquem qui iureiurando affirmet se vidisse è rogo in cœlum a-

scèndentem exustum Cæsarem? nec opus
est apud gnaros recensere gesta singulo-
rũ Iouis filiorum, conscripta vt exemplo
prosint instituendis aliis. honestum enim
existimatur ad imitationem deorum se
componere. absit autem ab anima sobria
talis de diis cogitatio, vt & ipsum recto-
rem sicut putant genitorémque omnium
Iouem, patricidam & è tali patre progna-
tum fuisse, impotentíque libidine in ilu-
prum Ganymedis & multarum fœmina-
rum adulteria prouectum, quemadmo-
dum & ipsius filios, credatur. sed vt antè
dixi, mali dæmones ista fecerunt. nos au-
tem didicimus immortalitatem eorum ta-
tùm esse qui honeste sanctéque coram
Deo vixerunt, malis contrà pœnas æ-
ternas deberi, ni maturè mentem melio-
rem assumant. cæterùm Dei filius Iesus,
etiamsi tantum vulgaris homo esset, pro-
pter sapientiam filius dei iustè diceretur.
nam patrem hominimque deúmque om-
nes scriptores Deum appellant. cùm ve-
rò peculiariter, non more communi pro-
gnatum ex Deo dicimus Dei sermonem,
vt suprà audistis, agnoscitis simile quid-
dam in vestro Mercurio, quem sermo-
nem internuncium dei dicitis. quòd si cru-

cifixus displicet, hoc quoque commune
habet cum cladibus supradictorum Iouis
filiorum, si vera narrant vestri autores.
nam & illorum varias mortes legimus,
vt nec quantum ad passionem attinet hu-
ius nostri conditio sit deterior, imò po-
tior etiam, sicut procedente sermone de-
monstraturos nos polliciti sumus. ex actis
enim iudicium fit de præstantia. porro
quòd è Virgine natum credimus, idem a-
pud vos fertur de Perseo. item quod dici-
mus eum claudos, paralyticos, à natiuita-
te cæcos persanasse, mortuos ad vitam re-
uocasse, hæc similia videntur illis quę ia-
ctantur de Aesculapio. vt autem iam de-
claremus vobis, quòd quæcùnque loqui-
mur instituti à Christo & prophetis qui
eum antecesserunt, sola vera sint & anti-
quiora scriptoribꝰ omnibus: & quòd no-
stra placita, non vt vestris consona,, sed
vt vera admitti postulemus, nempe à Iesu
Christo accepta, qui proprie filius dei
primogenitus, mens, virtúsque ipsius, ex
voluntate patris homo factus hæc nos
docuit, ad liberandum & in viam redu-
cendum genus humanum: & quòd priùs-
quam ille inter homines versaretur, qui-
dam instincti à prædictis dæmonibus &

abusi poetarum opera, sparserunt pro re-
bus gestis fabulas à se confictas, quem-
modum hodiéque conantur nos reddere
infames opprobrãdo impia facinora, quo-
rũ nec testis extat nec probatio: his argu-
mẽtis vtemur. Primum quod quamuis cũ
Græcis consentiamus, soli sumus exos
propter Christi nomen, & innocentes ci-
quam scelerati è medio tollimur, cùm nõ
desint qui colant arbores, fluvios, mana,
feles, crocodilos, & bruta plurima, nõ ea-
dem vbique sed alibi alia, vt ipsi se inuic
reos impietatis agant propter diuersa re-
ligiones, quod solum crimen nobis obii-
citis, non eadem vobiscum numina ve-
nerantibus, & quod defunctorum mani-
bus nidores ac libamina, eorúmque mo-
numentis coronas & inferias non offere-
mus. nostis enim easdẽ animãtes alibi pro
diis, alibi pro bestiis haberi, alibi pro vi-
ctimis legitimis. Alterũ argumentum est,
quod soli mortalium ne mortis quidem
formidine adigi potuimus vt colerem
Liberum, Semelen, & Apollinem Latoẽ
filios probrosos puerorum amoribus, au
Proserpinam Venerémque insano amor
Adonidis ceu œstro percitas, quarum ce
lebratis mysteria, aut Aesculapiũ alicui

deum ficticiũ: sed fauẽte Iesu Christo hos
contemplimur, dicantes nos Deo ingeni-
to & intacto passionibus: quem scimus
non ardere Ganymedem aut Antiopem
similésque fœminas, nec ad Thetidis pre-
ces vinculis solui succurrente illo centi-
mano, nec in eiusdem Nymphæ gratiam
solicitum ne Achilles iratus ob ereptam
concubinam Briseida, multis Græcorum
sit exitio: & ideo miseret nos talia credẽ-
tium, quippe qui non ignoramus huius
credulitatis autores dæmonas. Addo ter-
tium, quod posti Christi ascensionem in
cœlum iidem genij subornarũt quosdam
homines qui se pro diis gererent: qui ho-
nores etiam apud vos consecuti sunt, tan-
tùm abest vt pulsi fuerint: sicut Simonem
quẽdam Samaritam ortum è Gitta oppi-
do, qui sub Claudio Cæsare subnixus o-
pe dæmonum, & fretus magicis artibus,
in hac vrbe regia deus est habitus, & quasi
deus honoratus statua posita in Tiberi
inter duos pontes cum hoc Latino titulo,
SIMONI DEO SANCTO. quem
fermè omnes Samaritæ, & aliquot etiam
in aliis nationibus tanquam primarium
Deum adorant atque celebrant, vnà cum
Helena quadam quam tunc circumduce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat, antea publicè prostitutam, quam ... appellant primam intelligentiam. Men... drum etiam æquè Samaritam, huius S... monis discipulum, instructum viribus d... moniacis & profectum Antiochiam mag... tos arte magica decepisse nouimus: qu... bus etiam persuasit, nunquam moritur... suos discipulos sectatoresque: & reperi... tur nunc quoque quibus hoc persuade... sit. Marcio vero quidam Ponticus hodi... que suos docet alium quendam maiorem creatore Deum credere, impostor & ap... dæmonum seducens homines, qui mul... tis blasphemãdi autor fuit & negandi re... rum conditorem Deum, & maiora quæ... dam iactandi de illo quem maiorem fin... xerunt. horum omnium sectatores, vt di... xi, Christiani vocantur, quemadmodum & diuersorum dogmatum doctores eo... muni censentur philosophorum nomine. an autem in eos illa nefaria competant, quæ sparguntur vulgi fabulis, de incest... subuersione & promiscuo concubitu, de... que vorandis humanis carnibus, eo... pertum non habemus. hoc scimus à v... bis eos nec reprehendi nec interfici, ... propter dogmata quidem. ipse scripto... habeo quoddam opusculum aduersũ

omnes quæ hactenus extiterunt hæreses, quod exhibebo si vobis placet cognosce... re: nostra verò doctrina non sinit quem... quam esse molestum aut iniurium, ac ne... iosantes quidem fas putat exponere. pri... mùm quia videmus expositicios ferè om... nes prostitui, non solùm puellas sed & masculos: & sicut prisci pascebant gre... ges caprarum, ouium, boum, equarũm... que: ita nunc & pueros ali tantùm in tur... pem vsum, similitérque puellas, prosta... réque oppidatim efferminatos atque pro... pudiosos ex quorsi mercedibus colligitis vectigalia, cùm deberetis excindere hoc genus ex orbe habitabili: quando qui à talibus non abstinent, præterquam quod polluuntur nefariis complexibus, in na... tos suos aut cognatos aut germanos inci... dunt. nec desunt qui filiarum lenones sunt & coniugum, aut castrantur vt pro... fiteantur impudicitiam, & matris deũm sa... ceris se initiant: omnibúsque vestris diis serpentes appingitis, ceu magni myste... rij symbolum: & quæ propalam patratis atque adeò colitis, ceu extincto diuino lumine, nobis adscribitis: quod non nos lædit alienos ab hac culpa, sed eos po... tius qui ipsi patrantes talia nos insuper

falsis premunt testimoniis. apud nos
nim princeps malorum dæmonum serpe
vocatur & satanas & diabolus, sicut
ex nostris commentariis cognoscere
in ignem mittendum cum exercitu
ductisque hominibus, & per infinita
cula puniendum, Christus prædixit, quod
autem Deus differt suum iudicium, ad
cit in gratiam humani generis. præuide
nim quosdam seruandos per pœnitentiam
& in his fortasse nondum natos nonnul
los. qui principio prædictum intellectum
scientem eligere vera felicitatémque
fiari condidit hominem, ne quis apud
Deum excusationem habeat. mentis
nim & contemplationis facti sunt com
potes. quòd si quis Deum ista curare
putat, aut nullum esse dicat, aut delectari
viciis, aut torpere lapidi similem. vitu
tem porrò ac vicium esse inania nomina
boni verò malue nihil nisi duntaxat opi
nione hominum: qua impietate iniquior
téque nulla est grauior. Rursum ne quis
expositus & à nemine collectus enecetur
& fiamus homicidæ, aut nuptiis propter
educandos liberos tãtum vtimur, aut om
nino abstinentes à complexibus in perpe
tua continentia degimus, & extinc

nostros qui vt vobis persuaderet falsum
esse quod fertur de promiscua venere in
nostris mysteriis, per libellum oblatum
Felici Alexandriæ præsidi, postulauit exe
quari sibi chirurgi operas testiculos, ne
gabant enim eius vrbis medici licere hoc
sine permissu præsidis. cúmque Felix no
luisset subscribere, iuuenis integritati
sux relictus contentus fuit sua suorúmque
conscientia. Non alienum autem à pro
posito fuerit etiam Antinoi recens con
secrati mentionem facere, quem pro deo
fermè omnes venerantur meto coacti,
quamuis sciant quis & vnde oriundus
fuerit. Sed ne quis obiiciat, fieri posse
vt & noster Christus homo natus ex ho
minibus, ostentatis magicæ artis prodi
giis, ideo filius Dei sit habitus, proba
nó ex sermonibus, sed ex priscorum pro
phetarum oraculis, quibus propter euen
tus manifestos necessum est credere, quod
quidem maximum argumentum est &
certissimum, vestro quoque ni fallor, iu
dicio. Fuerunt quondam apud Iudæos
viri prophecæ, per quos spiritus fatidi
cus futura prænunciauit ante multa se
cula: eorum prophetias Iudæi reges æta

te quisque sua, diligenter per ipsos ve-
tes mandatas Hebraicis literis, coemerunt
adseruandásque curauerunt. vbi verò
Ptolemæus Aegypti rex bibliothecam
cœpit instruere, conatus quicquid vi-
quam gentium scriptum esset congerere,
admonitus & de his prophetiis, per lite-
ras petiit ab Herode rege Iudæorum, v
eorum librorum copiam sibi faceret. Q
Hebraicè scriptos transmisit: & quoniam
non intelligebantur Aegyptiis, rursus
Ptolemæus interpretes petiit qui Grae
verterent. quo impetrato factum est vt
nostram ætatem vsque maneant. hi libr
apud Aegiptios, quales vbique apud Ge
dæos inueniuntur. qui tamen quæ script
non intelligunt, sed inimicos nos hosti
que suos existimant: nó minus quàm vos
sæui & infensi, ita vt excruciatos interi
mant quoties datur occasio, sicut perse
tando potestis discere. námque proxim
bello Iudaico Barchochebas, defectionis
eius autor, solos Christianos grauissimis
tormentis subiiciebat, & nisi Iesum Chri
stum negarent blasphemarentque, affici
bat suppliciis. In eorum prophetarum li
bris inuenimus prædictum, venturum qu
natus è Virgine, & ad virilem ætatē pe
uectus,

uectus, omnes morbos, languorésque sa-
nare, resuscitaréque mortuos, ignotus,
& inuisus vsque ad crucis supplicium, vi-
delicet Iesum nostrum Christum: eúdem
que rediturum ascensurum in cœlum, ap-
pellatum id quod est Dei filium: tum verò
mittendos ab eo in omnes gentes harum
rerum præcones, quibus ethnici homi-
nes magis quàm cæteri crediturí sint. præ-
dixerunt autem hæc vates, qui antecesse-
runt eum quidá quinque annorum mili-
bus, alij tribus duobusve milibus, aut
DCCC. annis qui minimùm. nam secun-
dum ætatũ successiones alij alio floruerũt
tempore. Moses certe prophetarum anti-
quissimus sic ad verbũ loquitur: Non de-
ficiet princeps è Iuda, neque ductor ex
femoribus eius, donec veniat cui reposi-
tum est. ipse erit expectatio gentium: ligans
ad vitem pullum suum, lauans in sanguine
vuæ stolam suam, vestrum igitur est accu-
ratè quærere ac cognoscere, quousque
res Iudæorum administratæ sint per pro-
prios reges atque principes: videlicet vs-
que aduentum Iesu Christi nostri præce-
ptoris, & obscurarum prophetiarũ inter-
pretis, sicut prædictum fuerat per diui-
num spiritum sanctum & propheticum,

Mose pollicente non defecturum principem ex Iudæis, donec veniat is cui regnum est repositum. Iudas enim gentis Iudæorum est conditor, à quo & denominantur vos post Christi aduentum terram Iudæi gentisque regnum fecistis imperij prouinciam. cæterùm hæc verba, Ipse erit expectatio gentium, significant futuros in omnibus gentibus qui expectent secundum eius aduentum, id quod vestris oculis potestis credere apud omnes enim nationes expectatur is qui in Iudæa crucifixus est, post cuius mortem terra Iudæorum in vestrum potestatem & ditionem armis redacta fuit. Illud verò, Ligans ad vitem pullum suum, & lauans stolam in vuæ sanguine: præsignabat quædam ventura Christo & ab ipso gerenda. pullum enim asinæ stabat in aditu cuiusdam vici ad vitem alligatus, quem per suos familiares adduci sibi iussit: & eo vectus Hierosolyma, vbi erat maximum illud templum Iudæorum, quod vos diruistis postea, mox crucifixus est vt prophetia vtique rata fieret. nam hæc, Lauans stolam suã in vuæ sanguine: prænunciabant genus futuri obitus quomodo per sanguinem expiaturus erat credentes sibi, tam

stola quam diuinus spiritus per prophetam nominat sunt homines qui credunt ei, in quibus habitat à deo demissum semen, sermo videlicet. nam qui dicitur vuæ sanguis, significat venturum qui habeat quidem sanguinem, sed ex diuina potentia, non ex humano semine. prima autem virtus seu potentia post patrem omnium & dominum Deum, est illic sermo filius, qui quodammodo caro factus homo natus est, vt dicemus postea. quemadmodum enim vuæ sanguinem non habuit sed deus, ita etiam hic præsignabatur, ex dei potentia non ex humano semine nasciturum sanguinem de quo loquimur. Item alius propheta Esaias rem eandem aliter canit verbis his: Orietur stella ex Iacob, & flos ascendet è radice Iesse, & in brachium eius gentes sperabunt. Hæc lucida stella, & flos è radice Iesse ortus, est Christus noster. editus est enim ex Virgine oriunda à semine Iacob principis inter Iudæorum progenitores, grauida facta per dei potentiam, atque ex Iesseum inter peiscos prauos iuxta opinionem habuit a Iacobi verò Iudæque filius fuit propter seriem stemmatis. audite ipsa verba Esaiæ de futuro partu Vir-

ginis: ait enim: Ecce virgo concipiet & pariet filium: & dicent in eius nomine, Nobiscum deus. quæ enim videbantur apud homines nec possibilia nec credibilia, hæc Deus futura præmonstrauit per propheticum spiritum, vt postquam euenissent, fidem inuenirent, & vel propter prædictiones crederetur. verùm ne à quibusdam propheras non intelligentibus idem nobis obiiciatur quòd ipsi obiecimus poëtis narrantibus descensus Iouis ad mulieres complexuum gratia, aperiam differere conabimur. Verba illa, Ecce virgo concipiet, significant non ex coitu concepturam virginem: alioqui non esset virgo amplius, sed virtutem Dei supervenientem virgini obumbraturam eam, vt salua virginitate fiat gravida: sicut mox Ioseph tunc ad ipsam angelus attulit ea Iesus tunc nuncium dicens: Ecce concipies de spiritu sancto, & paries filium, qui altissimi filius vocabitur: & impones ei nomen Iesum: is enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: vt prodictum est in commentariis de rebus seruatoris nostri Iesu Christi conscriptis, quibus edidimus: quando quidem per eundem Esaiam spiritus propheticus id tanto antè prædixit, vt suprà indicauimus: eum spiritum eamque virtutem nefas est intelligi aliud esse, quàm verbum illud Dei primogenitum, sicut supradictus propheta Moses docuit. hoc superueniens obumbransque Virginem, non per coitum, sed per virtutem, eam prægnantem reddidit. cæterùm Iesus Hebræis idem quod Græcis Soter, id est, seruator sonat. quapropter angelus dixit Virgini: Et impones ei nomen Iesum: is enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. quod autem prophetæ non alio numine rapiantur quàm sergmone diuino, ne vos quidem opinor negabitis. Natale autem eius solum quomodo à propheta Michæa prædictum sit audire: Et tu Bethleem terra Iudæ, haudquaquam minima es in principibus Iudæ, ex te enim proditurus est dux, qui rectorus est populum meum, id castellum est Iudææ, stadia xxxv. dissitum à Hierosolymis, in quo Iesus Christus natus est, sicut cognoscere potestis ex censu facto sub Quirinio, qui primus in Iudæam procurator missus est. Quòd autem Christus in obscuro futurus esset à natiuitate vsque virilem ætatem, ita vt euenit prædictum audite. carmen sic habet: Puer natus est

nobis, & adolescens datus est nobis, cuius principatus est in humeris. id significabat virtutem crucis, cui suspensus adhæsit humeris, sicut procedente sermone declarabimus. Rursum idem propheta Esaias afflatus spiritu fatidico sic canit: Expandi manus meas ad populum incredulum & obloquutorem, id ambulantes in via non bona. postulant nunc à me iustum, & audent adire Deum. Rursum alibi per alium prophetam sic loquitur: Perfoderunt manus meas pedesque, & super vestimenta mea miserunt sortem. certe Dauid rex & propheta, qui hæc dixit, nihil tale passus est. Christus autem manus expandendas in cruce Iudæis præbuit, obloquentibus & Christum eum esse negantibus. nam iuxta prædictionem prophetæ per ludibrium colla carûnt eum in tribunali acclamantes: Recede nobis ius. Illud autem, Perfoderunt mihi manus pedesque, intelligitur de clavis quibus eius manus pedesque cruci affixi fuerunt. & post sublatum in crucem missis super eius vestimenta sortibus, diuiserunt ea sibi ceu operæ præmium. id ita factum potestis cognoscere ex actis Pontij Pilati. Præterea quomodo asinæ pullo inuectus sit in vrbe Hierosolyma,

prædixit alius propheta verbis his: Lætare valde filia Sion, clama filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi mitis, sedens super asinam, & pullum iumento genitum. Quoties autem verba prophetarum auditis ex persona ipsorum, nolite putare ab ipsis dici afflatis, sed à sermone illo diuino quo agitantur. is enim aliquando futura prædicit, aliquando quasi ex persona domini omnium patrisque Dei loquitur, aliquando tanquam ex persona Christi, aliquando tanquam ex persona populorum respondentium Domino, aut patri eius. quale quiddam licet etiam apud vestros scriptores videre, cùm vnus sit autor operis, varias tamen personas loquentes inducit. id quod non intelligentes Iudæi penes quos sunt prophetarum volumina, adeò non credunt Christi aduentum, vt nos quia venisse illū cōfitendimus, & ita vt prædictum fuerat crucifixum fuisse, prosequatur odio. quod vt clarius percipiatis, per supradictum Esaiū prophetam ex persona patris hæc verba proferuntur: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus meus nō intellexit. Væ vobis gens pecca-

trix, populè plenè peccatis, semen nequã filij iniqui dereliquistis Dominum. Rursum alibi propheta idem æquè ex persona patris dicit: Qualem domum mihi ædificabitis, ait Dominus? Cœlum mihi solium, terra scabellum pedum meorũ. Rursum alibi: Calendas vestras & sabbatha odit anima mea, & magnum diem ieiunij ferre non fero: neque si veneritis in cõspectum meum exaudiam vos. plenæ sanguine manus vestræ. si obtuleritis similã, abominatio mihi est, adipem agnorum & sanguinem taurorũ nolo. quis enim requisiuit ista de vestris manibus? Dissolue omnem obligationem iniustam, dilacera pacta degrauantia, nudum & tecto carentem operi. Frange esurienti panem tuum. Hinc potestis intelligere qualia sint quæ Deus per prophetas præcipit. Quãdo autem ex persona Christi loquitur spiritus propheticus, ita clamat, Expãndi manus meas ad populum incredulum & obloquutorem, ad ambulantes in via non bona. & rursus, Dorsum meum præbui flagellis, & maxillas meas alapis: faciem autem meam non auerti à fœditate sputorum: &, Dominus adiutor mihi factus est, propterea nõ confundebar, sed obtuli

mani vultum meum tanquam petram solidã, & cognoui quòd nõ pudebam, quia prope est qui iustificat me. Rursus cùm dicit: Ipsi iecerunt sortem super vestimenta mea, foderunt manus & pedes meos, ego autem obdormiui & sopitus sum, ac mox resurrexi, quoniam Dominus susteẽtabat me. Rursus cum dicit: Locuti sunt labiis, innuebant capite dicentes, Eripiat seipsum. Quæ omnia Christum à Iudæis pertulisse potestis discere. crucifixum enim subsannabãt distortis labiis, & mouendo capita dicebant: Qui mortuos resuscitauit, seipsum liberet. Quando autem more prophetæ vaticinatur futura diuinus spiritus, sic canit: Egredietur enim è Siõ lex, & sermo Domini ex Hierusalem, & iudicabit inter gẽtes, & populum multum arguet. tunc recudent in aratra gladios, & in falces lanceas: & non sumet gens contra gentem gladium, neque discent amplius bella gerere. Id ita euenisse percontando potestis cognoscere. è Hierusalem enim viri duodecim numero in mundum egressi sunt, & hi quidem idiotæ, ad eloquentiam parum idonei: sed adiuti diuina potentia declarauerunt vniuerso humano generi,

se à Christo missos vt omnibus verbum Dei prædicarent, ita factū est vt quū in nos grassabamur mutuis cædibus, nos emori malimus propter Christi confessionem, quàm aut mentiri, aut inquisitorem fallere: alioquin in promptu erat vsurpare illud vulgatum:

Iurata lingua est, animus iniuratus est.

Ridiculum sanè fuerit, milites in deditibus oblitos patriæ, domesticorū, parentum, salutisque propriæ, vobis Sacrificatum dicere, qui nihil eis præstare potestis durabile? nos verò immortalitatis votos non omnia perferre vt concupiscentia accipiamus ab illo qui eam largiri potest. Audite quid & de præconibus eius doctrinæ nunciisque aduentus, idem propheta prædixerit afflatus sancto eo spiritu: Dies diei eructat verbum, & nox nocti annũciat scientiam. Non sunt loquelæ nec sermones quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suũ, & ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendum per viam suam. Nec alienum ab instituto nostro fuerit alias etiam prophetias Dauidis hic subiungere, ex quibus liceat discere quomodo viuere homines deceat, spiritus propheticus: & quomodo præsciet Herodis regis ipsorúmque Iudæorum conspirationē cum Pilato vestro procuratore huiusque militibus contra Christũ nostrũ dominũ, denique creditusros ei homines nationũ omniũ tum quòd Deus cum appellet filiũ, promittēs se subditurum ei omnes aduersarios: & quo pacto dæmones quicquid in ipsis est, patris omniũ dominique Dei, Christique ipsius potestatē conētur effugere: & quomodo ad pœnitentiā Dei omnes reuocet, priusquam veniat illa dies iudicij. verba sunt hæc: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum & in via peccatorũ non stetit, & in cathedra pestilentiæ nō sedit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur. Non sic impij non sic, sed tanquam pulvis quem proiicit ventus à facie terræ. Ideo non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolorum. Quoniam nouit dominus viam iustorum & iter impiorum peribit. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominũ & aduersus Christum eius. Disrumpamus vincula eorũ & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula me & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite, eruditimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta: Cum exarserit cito iter furor eius, beati omnes qui confidunt in eo. Rursus aliud vaticinium de Christo post crucem regnaturo spiritus propheticus per eundem Dauidem edidit

ad hunc modũ: Cãtate Domino omnis terra, annũciate de die in diẽ salutare eius. Quoniam magnus Dominus & laudabilis valde, terribilis super oẽs Deos. Quoniam omnes dij gentium simulacra sunt dæmonum, Deus autem cœlos fecit. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, fortitudo & magnificentia in loco sanctificationis eius. Date gloriã Domino patri seculorum, assumtie gratiam & introite ante faciem eius, & adorate in atrio sancto eius. Timeat à facie eius vniuersa terra, & corrigatur & non commoueatur. Lætentur gẽtes, quia de ligno regnauit Dominus. Interdum autem spiritus propheticus futura quasi iam facta narrat, vt è superius recitatis æstimare liceat, quæ res ne lectori facessat negotium, explicabitur. Quæ omnino decreta sunt, prædicuntur quasi iam facta. id quo magis intelligitis, animum aduertite. Dauid qui M.D. annis Christum natum assumque antecessit, modo citata cecinit: ante huius ætatem nemo crucifixus lætitiam gentibus attulit, imò ne postea quidem solus noster Iesus Christus crucifixus ac mortuus resurrexit, & in cœlum sublimis euectus regnauit, prædicatus q; apud

omnes gentes per læta nunciantes Apostolos, expectatione promissæ immortalitatis eas exhilarauit. Cæterùm ne quis nostra dicta sic accipiat, quasi fati necessitatem asseramus, & quæ fiunt ideo fieri quia prædicta sunt, explicabimus hoc quoque. Prædicta sunt, ut explicabimus hoc quoque. Prædicta sunt, explicabimus hoc quoq. Prædicta sunt, ut explicabimus hoc quoque. Prædicta sunt, explicabimus hoc quoq. Prædicta sunt, explicabimus hoc quoq. Prædicta sunt, explicabimus hoc quoq

Universidad de Deusto
Biblioteca

devorabit vos gladius. nã os Dominus
loquutũ est, Quòd autẽ dicit, Devorabit
vos gladius: nõ eãdẽ minatur contumacibus: sed Dei gladius, est ignis, cuius pabulũ sunt patratores malorũ operũ. Ideo dicit, Gladius vos devorabit: nã os Dominus hæc loquutũ est, qui sũ de secante ac mutante desinente gladio loqueretur, non diceret, Devorabit, Itaque Plato cùm ait, Culpa penes eligẽtẽ est, Deus verò extra culpã: a Mose propheta mutuatus est hãc sententiã. Moses enim antiquior est omnib⁹ Græcorũ scriptoribus: & quicquid de immortalitate animorũ, de pœnis inferorũ & rebus cœlestibus aut id genus aliis philosophi vel poëtæ prodiderunt, à prophetis occasionẽ acceperũt tã sentiẽdi quàm eloquendi talia. Sic fit vt his omnibus ineſſe videatur quædam veritatis semina: sed quandoquidem inter se pugnantia nõ satis ostendebãt intelligi. Itaq; dũ prophetas futura prædixisse dicimus, nõ fati necessitatẽ asserimus, sed dei præscientiã, qua nouit est illi hominẽs quicquid faciũt. cũq; his præsumsit quæq; recepturũ quod meruit, Deus pẽsante malã bonãve operũ, per spiritũ prophetic um præmonet quo magis attentos reddat ac memores cordi, sibi eorum

eorum esse ostẽdens quibus ita prospiciat, sed instinctu malorũ damnum capitalis pœna decreta est Sibyllinorũ carminũ & Hystaspis prophetarũmq; lectoribus, vt periculo deterrerentur à cognitione rerũ bonarũ, & in seruitute retinerentur: quod tamen illi nõ potuerunt efficere nam intrepidè non solũ versamus ea volumina, sed & vobis vt videtis, considerãda præbemus, non dubitantes placitura omnibus. imò si vel paucis persuaserimus, pro ingenti lucro reputabimus, recepturi mercedẽ ab heio, sicut boni agricolæ. Quòd autem Christũ ex mortuis excitatum subduxturus fuerit in cœlũ Deus pater omniũ, ibiq; detenturus donec ferìat omnes dæmonas eius inimicos, cõpleaturq; numerus bonorũ iam olim electorũ, propter quos nondum quicquã decretum est, audite canentem prophetam Dauidem: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet Dominus ex Hierusalẽ, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum: ex vtero ante luciferum genui te. Itaque illud, Virgam

virtutis emitteret tibi ex Hierusalē, prænunciabat sermonem validum, qui per apostolos Hierosolymis profectos in omnem terras prædicatus est, & quamuis capitale sit vel docere hanc doctrinam vel Christi nomen profiteri, nos tamen id vbique complectimur pertinaciter & docere non desinimus. Quòd si vos quoque insanis animis hanc detensionem legeretis, nihil amplius potestis (vt prædiximus) quàm occidere: id nobis nihil damni dabit, vobis verò & omnibus iniustas inimicitias exercentibus, nec resipiscentibus, pœnam æternū cruciatus asseret. Ne autē quidā insipientes refutare nostram doctrinam conentur dicántque, etiam nostra confessione Christum natum sub Quirinio, docuisse verò aliquanto post sub Pontio Pilato: atque ita eximant culpæ omnes natos superioribus seculis, occurramus huic dubio. Christū primogenitū Dei dicimus, eundē mentem esse demonstrauimus, cuius totum genus humanum est particeps: & qui cum ratione vixerūt, Christiani sunt, etiamsi non nouisse deo existimati sint: quales apud Græcos Socrates, Heraclitus alíique similes: apud Barbaros Abrahā, Ananiam, Azariam, Mi-

sael, Eliam, & multi alij, quorum nomina & res breuitatis causā nunc non percensebimus, itaque & iam illi qui ante Christū natū vixerūt sine ratione, ἄλογοι καὶ ἐχθροὶ & inimici Christo erant, homicidæ ductū rationis sequentium, at sectatores rationis, Christiani, fortes, imperterritíque permanēt. Quam autē ob causam per potentiā verbi iusta patris omnium dominíque Dei voluntatem ex Virgine homo natus & Iesus nominatus sit, cur in cruce mortuus resurrexit & in cœlū ascenderit, ex antedictis prudēs quiuis poterit deprehendere, nos quia hæc ad præsens institutū proprie nō pertinent, ad necessariam eorū quæ dixim⁹ probationes accedem⁹. audite igitur spiritū prophetici quid de Iudæorum terrę vastitate prędixerit. accipiēda sunt autē eius verba ex persona populorum factum id demirantiū. Facta est desertū Sion tāquā solitudo facta in Hierusalem, in exemplum exęcrationis versa est domus sanctuarij nostri, & maiestas ei⁹ cui fausta precati sunt patres nostri, conflagrauit incendio, & omnis claritas eius corruit: & hæc tolerasti silētio, afflixisti nos vehementer. Deuastatam autem esse Hierusalem iuxta hoc vaticinium ipsi scitis,

quin & Esaias eandem vastitatem prædixit, & quòd non permittetur eò redire habitatoribus pristinis, verba eius sunt haec: Terra eorum deserta, in cõspectu eorum, hostes fructus eius deuorabunt, nec superetur qui habitet in ea. Quod autem custodes adhibueritis, & omnem Iudæum, in ea repertum capite plecti iusseritis, non ignoratis. item quòd omnes morbos sanaturus, mortuos quoque ad vitam reducturus esset Christus nostes, audite vatum præconia. Sunt autem haec: In aduentu eius saliet claudus vt cervus, & lingua mutorum disserta fiet, cæci visum recipient, leprosi mundabuntur, mortui resurgent & obambulabunt. Haec ita gesta esse, ex monumentis temporum Pontij Pilati licet vobis cognoscere. nunc audite quid prænunciet idem spiritus propheticus de eius nece ac exitu eorũ in illum sperantium, verba vatis Esaiæ sunt haec: Ecce quomodo periit iustus, & nemini cordi est: viri iusti tolluntur & nemo considerat, à facie iniustitiæ sublatus est iustus, & erit in pace sepultura eius, sublatus est de medio. Rursum idem Esaias canit quomodo qui non expectauerunt eum populi gentium, adorabunt eum: qui verò semper expectant Iudæi non agnoscent aduentum eius. loquitur autem ex persona ipsius Christi sic: Conspectus sum non scitantibus de me, inuentus sum non quærentibus me. Dixi: ecce adsum, gentibus quæ non inuocabant nomen meum, expandi manus meas ad populum incredulum & obloquutorem, ad ambulantes non in via bona, sed post peccata ipsorum: populum qui vultum meum exasperat. nam Iudæi cùm prophetias habeant, & semper aduentum Christi expectent, non solum non agnouerunt eum, sed & malè tractauerunt. at conuersi ex gentibus quæ nũquàm quicquam de Christo audierant, nisi postquã apostoli Hierosolymis digressi res eius prædicauerunt, & prophetias ipsis communicarunt, repleti fide ac lætitia vale dixerunt idolis, & ingenito Deo per Christum sese dedicauerunt. Quòd autem præsciuerit non defuturos qui magno suo malo male loquantur Christum confitentibus, contendentes immanentibus consuetudinibus veteribus, audite pauca hæc ex ipso Esaia: Væ his qui dicunt dulce amarum & amarum dulce. Præterea quòd propter nostram salutem

natus, & mortem ignominiosam perpessus: iterum venturus sit cum maiestate, audite præsagia prophetarum eò spectantia. Sunt autem hæc. Quia tradidit in mortem animã eius, & cum iniquis reputatus est. ipse peccata multorum in se recepit, & iniqui fiet propitius. Ecce enim intelliget puer meus exaltabitur & elevabitur valde. Sicut obstupescent super te multi, sic inglorius erit inter homines aspectus tuus, & forma tua inter filios hominum. Mirabuntur gentes multæ, & reges ora sua cohibebunt: quia quibus non est narratum de eo, & qui non audierunt, intelligẽt. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? annunciauimus ante faciem eius sicut seruulus, sicut radix in terra sitienti. non est species ei neque maiestas. vidimus eum expertem decoris & pulchritudinis, spretum & exteris deteriorem habitum, virum afflictum & assuetum ferendis langoribus. quia vultus eius auersus erat & despectus nullisque reputationis. hic peccata nostra fert, & pro nobis dolet: & nos reputauimus eum quasi morbidũ & humiliatum percussumque. Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter nostra scelera: disciplina pacis nostræ super eum, liuore eius sanati sumus. Omnes quasi oues errauimus, vnusquisque in viã suam deflexit, & tradidit eum Dominus pro peccatis nostris. In afflictione nõ aperuit os suum, tanquam ouis ad mactationem ductus est, & tãquam agnus corã tondente se obmutuit. in humilitate eius de eo iudicatum est. Itaque post crucem eius, etiam familiares omnes derelictum abnegauerunt. deinde postquam reditum consperxerunt, & prophetias scrutari in quibus hæc omnia prædicuntur admoniti sunt, ipsúmque in cœlum ascẽdentem viderunt, idmque credentes acceperũ demissam illinc ab eo potentiam, ad omnes gentes profecti hæc docuerunt, & appellati sunt Apostoli. Vt autem nobis indicaret spiritus propheticus, quõd is qui hæc pertulit ineffabile genus habeat, & regnũ super inimicos suos exerceat, sic ait: Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita eius. propter peccata eorum vadit in mortem. Dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius: quoniam iniquitatem non fecit, nec inuentus est dolus in ore

eius, & Dominus vult mundare eum à plaga. Si detur pro peccato anima vestra, videbit semen longæuum & vult Dominus eximere è dolore animam eius, vt ostendat ei lumen, & instruat eum intellectu, vt iustificet iustum bene seruiente multis: & peccata nostra ipse in se recipiet. propterea ipse hæreditate possidebit multos, & diuidet spolia fortium, quia tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos reputatus est. & ipse fert peccata multorum, propter quorum iniquitates traditus est. Iam quomodo in cœlum ascensurum vates prædixerint, audite verba hæc: Tollite portas cœlorum, apperite, vt introgrediatur rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens. Item quomodo è cœlis aduenturus sit cum maiestate, audite oraculum per Ieremiam prophetam super eo re proditum, videlicet hoc: Ecce tanquam filius hominis venit vectus cœli nubibus, & angeli eius cum eo. Quoniam igitur quęcũque hactenus facta sunt, multo antè per prophetas prædicta ostendimus, nêcessum est vt quæ superfunt etiam, credimus nihil hæsitantes euentura pariter, quemadmodum enim iam facta

euenerunt, multis prędicta ignorantibus: sic euenient & reliqua etiamsi non credant. Duos enim eius aduentûs prænunciarunt prophetæ, alterum iam præteritum in specie hominis passibilis & contemptibilis: alterum quãdo cum maiestate angelorúmque legionibus de cœlo venturus prædicatur, excitaturus è mortuis corpora omnium qui vnquam nati sunt hominum: & dignos quidem inducturus immortalitate, iniquos verò vnà cum malis geniis missurus in nunquam finiendũ incendiũ. hæc ita prædicta nunc recitabimus. Ezechiel propheta sic loquitur: Os ossi & iunctura iunctura coaptabitur, & carnes renascentur, & omne genu flectetur Domino, & omnis lingua confitebitur ei. Quibus autem pœnis & cruciatibus destinati sint iniusti, audite hoc quoque prædictum similiter his verbis: Vermis eorum non cessabit, & ignis eorum non extinguetur: & tunc demum tangentur inutili pœnitentia. Tum verò quid Iudæi dicturi facturíque sint vbi viderint aduentus eius gloriam, Zacharias propheta canit ad hunc modum: Mandabo quatuor ventis vt colligant dispersos filios: mandabo aquiloni vt afferat, &

austro vtinoffense properet. Tunc autem in Hierusalem planctus ingens, nó planctus oris aut tacici, sed planctus cordis & non scindent vestimenta sua, sed mentes suas, plangent se tributim, & tum demum videbunt quem pupugerint: dicentque, Domine cur seduxisti nos à via tua? Gloria qua se iactauerunt patres nostri, versa est nobis in opprobrium. Possemus & alias prophetias congerere, desinemus tamẽ, rati vel has sufficere ad persuadendum quibuslibet, dumtaxat habentibus aures dociles, & mentem his rebus percipiendis idoneam: quia scripturæ non sunt similes fabulis quæ feruntur de Iouis filiis, sed certis argumentis nitũtur. Cur enim crederemus crucifixo homini, esse ipsum ingeniti Dei primogenitum, futurum olim totius humani generis iudicem, ni haberemus varias testimonia de natiuitate illius & aduentu ad homines, quibus euentus respondere comperiemus? videlicet Iudææ terræ desolationem, & omnium nationum hominum à postolorũ doctrinę credulos, & religio errore pristino versos in melius, ex quo vident nos Christianos & numero & veritatis cognitione crescere præ Iudæis

Samaritisque: nam reliquę nationes communi vocabulo Gentes nominantur à spiritu prophetico: Iudaicæ verò Samaritícæque tribus, appellantur domus Iacob & Israel. Et hoc quoque per prophetas prædictum esse, plures è Gentibus credituros, quàm è Iudæis Samaritisve; apparet ex hoc præsagio: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia plures sunt filij desertæ, quàm eius quæ maritum habet. Omnes enim gentes desertæ à vero Deo fuerant, seruientes operibus manuum. Iudæi verò & Samaritæ quamuis Dei verbi per propheras tradita sibi acceperant, & continuè Christum expectauerant, tamen præsentem non agnouerunt, exceptis paucis aliquot, quorum salutem spiritus propheticus per Esaiam prædixerat dixit enim ex persona ipsorum: Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma & Gomorra periissemus. Quas vrbes ab impiis ciuibus habitatas Moses scripto prodidit, & deletas à Deo fulfur ignémque pluente, nec seruatum quemquam præter quendam inquilinum Chaldæum natione, Lotum nomine, huiusque filias, agrum autem earum vrbium;

Universidad de Deusto
Biblioteca

post deflagrationem vastum nunc vigor
ac sterilem, cuiuis licet visere. Quomodo
autem conuertendorum ex gentibus ma
ior fides maiúsque veritatis studium per
nunciatum sit, audiamus Esaiam pro
tam sic loquentem: Israel habet cor
circumcisum, gentes verò præputium.
Hæc igitur tam multa cùm euenisse vide
mus, possunt veritati fidem adstruere,
modò ne quis rationem posthabeat am
bitioni cæterísque affectibus. cæterùm
qui iuuentuti tradunt poëtarum fabulas,
nullis argumentis nituntur probabilibus:
quandoquidem hæ (vt docuimus) à ma
lis geniis inuectæ sunt ad decipiendos in
ducendósque homines. Docti enim pro
phetarum oraculis de Christo venturo,
déque igne cruciaturo sceleratos & im
pios, curarunt spargi quædam de pluri
bus Iouis filiis, sperantes fore vt qui hæc
nugarum portenta audiant, de Christo
quoque non plus credent quàm figmen
tis poëticis. atqui auditus est & Græcis &
cæteris gentibus, quo magis obscuri
sunt pro prophetis ob fiduciam suam ex
ga Christum olim ab eis prænunciatum.
Quòd autẽ dęmones nõ ignari prędictio
num propheticarũ, eas parum intellectas

per errorem conati sint à nostro Christo
ad sua figmenta detorquere, iam declara
bimus. Diximus Mosem prophetam an
tecessisse omnes scriptores, is ad hunc
modum cecinit: Non deficiet princeps ex
Iuda, & dux è femoribus eius donec ve
niat cui repositum est: & ipse erit expe
ctatio gentium, ligans ad vitem pullum
suum, lauans stolam suam in vuæ sangui
ne. His prophetiis auditis finxerunt Bac
chum ex Ioue natum vitem inuenisse, vi
num attribuendo eius mysteriis: ipsum
verò postquam concerptus est ascendis
se in cœlum prodiderunt. Et quia Mosi
prophetia non expressit dixerit, effetne
Dei filius is qui venturus erat, & num in
terra pullo vectaretur an in cœlum asce
deret, ipsumque nomen pulli vel asininũ
vel equinum significare poterat: incerti
vter futurus esset signum aduentus, &
Desine an hominis filium annunciaret
oraculum, etiam Bellerophontem equo
Pegaso impositum, hominem natum ex
homine, dixerunt ascendisse in cœlum.
Item quia prophetam alium. Esaiam au
dierant promittentem partum Virginis,
& sic editum ascensurum esse per sipsum
in cœlum, traxerunt hoc ad suum Perseã.

Sic illud in eisdem prophetiis prædictum Robustus vt gigas ad currendum in via de Hercule ac receperunt, qui peragravit totam terram perambulauerit, inquia didicerant ex prophetis illum opus allaturū morbis omnibus. Aesculapium protulerunt in medium. Crucem tamen in nullo Iouis filio retulerunt. non enim intelligebant mysterium scripturarum figuratè omnia tradentium, neq; quod erat fit præcipuum insigne principatus ac laboris, vt oculis cernitur. considerate rerum mundum an in eo quicquam geratur sine hac figura, aut constet vlla societas. Mare non sulcatur, nisi hoc tropæū quod vocatur velum in naui maneat incolume. fossores non operantur, sicut nec opifices, nisi instrumentis hanc formam habentibus, hominis figura non aliter à brutis differt quàm quod erecta est & manus expandit, & in facie à fronte processerit nasum præfert, per quem sit respiratio, vt planè forma crucis videatur. quod & propheta sic indicat: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus. vestra quoque signa declarant huius figuræ potentiam, vt tropæa & quædam quæ præsidia vobis turbam submouent, militaresq; signa

statis insignia, quamuis id non adnertatis agentes aliud. defunctorum quoque imperatorum vestrorum imagines cōsecratis in hoc schemate, quos Deos cognominatis in titulis. cum igitur & bonis rationibus & ex ipsa figura desumptis pro virili portione agamus vobiscum, extra culpā erimus in posterum, etiamsi non persuaserimus obstinatè in incredulitate perdurantibus; quandoquidem quantum in nobis situ erat præstitimus. Nec satis fuit malis dæmonibus ante aduentum Christi fabulari de filiis quos Ioui affingunt, sed postquam apparuit inter homines natus, & celebratus est iuxta prophetarum vaticinia, videntes eum expectatum & per fidem agnitum in omnibus gentibus, rursum quod supradiximus, commenti sunt alios quos vulgo adorandos proponerent, vt Simonem & Menandrum Samaritas: qui magicis artibus multos seduxerunt, etiam nunc huic errori obnoxios. nam vt iam diximus, in vestra vrbe terrarum domina sub Claudio Cæsare Simon S. P. Q. Romanum intantum admirationi sui impulerit, vt haberetur pro Deo, & receptus in deorum numerum honoraretur dicata sibi statua, quapro-

pter S. P. Q. Romanum testamur, non
postulare vt siquis eius doctrina capta
est, ab errore ad veritatem se recipiat: ea-
que etiam statuam, si placet, deiicite nam
quam enim dæmones mali persuadere
poterunt, ignem æternum non manere
impios: sicut nec illud valuerunt efficere,
vt Christi aduentus lateret: sed hoc tan-
tummodo, vt homines bruti, malis mori-
bus affectibúsque innutriti, præsertim
amori gloriæ, odiis & cædibus in nostra-
uiant, quos tamen miserando conamur
ad meliorem mentem traducere, tantum
abest vt prosequamur odio mutuoque
rum contemnentes mortem nemini no
debitam, præsertim cum hæc vita nihil
nouans super eadem iteret: quorum vel
intra spatium annuum saturos, pertæsos
tionúmque ac inopiæ pertesos, oportet
nostris placitis animum aduertere, quòd
si credunt nihil superesse post mortem, &
vita defunctos priuari etiam sensibus, cer-
te ab affectionibus & necessitatibus præ-
sentibus liberando nos beneficio magno
afficiunt, interim prodétes suam inhuma-
nitatem atque ambitionem. non enim vt
è calamitatibus eripiant, sed vt vita vo-
luptatibúsque mulctent, nos interimunt.

iidem genij Marcionem quoque pomi-
cum (vt dixi) suborna:unt, qui suos docet
negare Deum cõditorem terrenarum re-
rum atque cœlestium, & prænunciatum
per prophetas Christum eius filium: pro
quibus annunciat mundi opificem alium,
filium item alium: quam doctrinam vt so-
lam veracem secuti multi nostram deri-
dent, cùm nequeant suam vllis argumen-
tis confirmare, tanquam oues à lupo cor-
repti, per impietatem præda futuri dæmo-
nibus, nihil aliud satagentibus quàm quo-
modo ducant homines à Deo conditore
suo, & Christo eius primogenito. idcir-
co abiectos quosque nunquam se humo
tollentes rebus terrenis & manufactis so-
lent affigere: eos verò qui se rerum diui-
narum contemplationi dederunt, sup-
plantant, & nisi sobriam castámque vitam
instituerint, in impietatem præcipitant.
Vt autem sciatis & Platonem è nostris do
ctoribus, prophetarum inquam oraculis,
hausisse quod ait Deum creasse mundum
ex informi materia, audite ipsa verba Mo
sis vatum antiquissimi, superioris omni-
bus Græcorum scriptoribus, per quem
spiritus sanctus enarrat ex quibus princi-
piis & quomodo mundum crearit Deus.

opifex. sic enim loquitur: In principio fecit Deus cœlum & terram. terra autem erat inuisibilis & incomposita, & super abyssum tenebræ: & spiritus Dei ferebatur super aquas. Et dixit Deus: Fiat lux, & factum est ita. Liquet igitur quod Dei verbo factum mundum dicerent ex Mose, tam Plato, quàm cæteri qui hoc ipsum senserunt, sicut nos quoque, quod & vos potestis perspicere. Erebus etiam quem poëtæ sic vocant, reperitur apud Platonem nominatus antea. Iam illud in Timæo ad natutam filij Dei pertinens, quod ait, Decussauit eum in vniuerso: similiter à Mose desumptum est. nam ille scribit, quemadmodũ post exitum Israëlitarum ex Aegypto, cùm per deserta iter facerent, incidérunt in venenosas bestiolas, viperas & aspides serpentésque omnis generis, qui necabant populum. Tum + Mosem Deo monente, fecisse formam crucis ex ære: statuíssequepropetabernaculum, & sic allocutum esse populum: si aspexeritis hanc figuram & credideritis in ea, salui eritis. quo facto serpentes interisse, populum effugisse pernicium. His lectis, nec satis intellectis, cùm non cruoem, sed formatũ characterem Plato co-

gitaret, dixit primum illum Deũ potentiã suam decussasse in vniuerso. Sic dixit eũ tertium, quia legerat in eisdẽ literis quod suprà recitauimus, Et spiritus Dei ferebatur super aquis. Secũdum enim locum verbo quod apud Deum est, tribuit, quod ait formatum & dispansum in vniuerso: tertium verò spiritui qui super aquis ferebatur, assignans tertio quiddam tertium. Exustionem quoque vniuersalem spiritu diuino per Mosem prædictam audistis, ait enim: Descendet sempiternus ignis, & deuorabit vsque abyssum infimam. Ergo non sequimur alienas opiniones, sed alij nostras æmulantur. apud nos igitur hæc discenda sunt, qui ne elementorum quidem figuras nouimus, idiotæ sermoneae barbari, sed mente sapientes fidelésque, orbati oculis vt intelligamus hæc facta non humana sapientia, sed diuina potẽtia. cæterũ quomodo nos Deo dicauerimus, renouati per Christũ, iam exponemus, ne quid malicioſe dissimulare videamur. Quotquot persuasierit dant hæc quæ docemus vera esse, & ad eum modum viuere pollicentur: ante omnia discunt precibus & ieiuniis petere à Deo præteritorum peccatorum veniam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis vnà preces iciuniáq; iungentibus. deinde ad aquam à nobis ducuntur, & renaſcuntur modo renaſcendi quo & nos renati ſumus. nã in nomine patris omniũ dominíq; Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritus ſancti, in aqua tunc lauãtur. dixit enim Chriſtus ipſe: Niſi renati fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum. quod autem ſit impoſsibile ſemel natos introire in ventres matrum ſuarum, liquet omnibus. Per Eſaiam quoque prophetam indicatum eſſe diximus, quomodo peccatores debeant effugere peccata agendo pœnitentiam. Sic autem loquitur: Lauamini, purificamini, auferte malicias ex animabus veſtris: diſcite bonum facere, reddite ius pupillis viduiſque, & agite, diſcceptemus, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra vt pannus puniceus, tanquam lanam alba faciam: ſi fuerint vt coccinum, reddam niue candidiora. quòd ſi non exàudieritis me, gladius vos deuorabit: quia os Domini hæc loquutum eſt. Rationem eius rei hanc accepimus ab Apoſtolis. Quoniam prima natiuitas nec ſcientibus nec volentibus nobis obuenit ex complexu parentum humoréque genitali, & acceſſerunt mali mores ex educatione. ideo ne permaneamus vel neceſſitatis, vel ignorantiæ filij, ſed fiamus potius voluntatis & ſcientiæ, adipiſcamúrq; remiſsionem peccatorum præteritorum per hoc lauacrum, inuocatur ſuper cupientes renaſci, & à peccatis reſipiſcentes, nomen Dei patris omniũ & Domini, præterea nullam eius appellationem adhibendo inter abluendum. quis enim poteſt dicere quodnam ſit Dei nomen ineffabile? quod nemo niſi deploratè inſanus proferre tentaret. vocatur autem hoc lauacrum illuſtratio, quod indat lumen hęc diſcentibus. inuocatur interim etiam Ieſu Chriſti ſub Pontio Pilato crucifixi nomen, & ſpiritus ſancti qui prophetarum præconiis de Ieſu prædixit omnia: atque ita hoc lauacro merſati luſtrantur. id lauacrum quia dæmones ex prophetis didicerant, effecerunt vt qui adeunt templa ſeipſos aſpergant, prius quàm offerant illis gratos nidores atque libamina aut etiá totos ſe abluant antequam ſubeant delubra eorum. nam & calceis exutos introire ſacrorum cauſa iubent ſacrificí, dum iidé genij æmulantur quiddam quod Moſi prophetæ accidiſſe ſciunt. Cùm enim in Aegyptum mittendus eſſet vt educeret

Universidad de Deusto
Biblioteca

illinc populum Israëliticum pascenti pecudes sui affinis in Arabia videndum allo quédúmque se in rubo ardente hic mo ster Christus præbuit, dixitque: Solue calceamenta tua, & adesdũ auscultaturum qui mox calceos exutus accessit, audiuitq; mandata de adeunda Aegypto, educendoque Israëlitis pro potestate accepta à Christo secũ in ignis specie colloquuto, & profectos eduxit eos magnis prodigiis editis: ea si cupitis cognoscere, inuenietis diligenter prodita in ipsius historia & hodiéque omnes Iudæi tradunt illum innominatum Deum cum Mose collocutum. Quapropter spiritus propheticus, per memoratum Esaiam vatem eos redarguens, sic (vt iam dixi) loquitur: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël verò me non cognouit, & populus hic me non intellexit. Huic attestatur Iesus Christus, negãs scire Iudæos quid sit pater, quisve filius, similiter eos reprehẽdens & dicens: Nemo nouit patrẽ nisi filius, neque filium nisi pater & quibus reuelauerit filius. Est autẽ sermõ Dei filius, ipsius sicut iã diximus, idem & angelus vocatur & Apostolus, is enim nunciat quæ sciri oportet, & mittitur vt

afferat nũcium, sicut ipse Dominus nos ster ait: Qui me audit, audit eum qui misit me. quin & è literis Mosaicis id satis apparet, vbi sic legitur: Et loquutus est Mosi angelus Dei è rubo ardente dicens, Ego sum qui sum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum tuorum: descende in Aegyptum, & educ populum meum. Reliqua inde petere licet volentibus: non possunt enim hic comprehendi omnia, tantum adduximus hæc, vt declararemus Iesum Christum esse Dei filium & Apostolum, qui prius verbum erat, & aliquando in ignis specie apparuit, aliquando in imagine incorporea, nunc autem per voluntatem Dei pro salute hominum factus homo, passus est iniurias & contumelias ab insanis Iudæis furore dæmoniaco percitis: qui cum in libris Mosis diserte dictũ inueniant, Et loquutus est angelus Dei Mosi in flamma ignis in rubo, dixitq;, Ego sum qui sum, Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob: vniuersorum patrem ac creatorem aiunt hæc dixisse. Et hoc est quod spiritus propheticus eis opprobrat dicens: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Rursum Iesus, vt

modo dixi, cum apud eos versaretur ait: Nemo nouit patrem nisi filius, neque filium nisi pater, & quibus filius reuelauerit. Itaque Iudæi qui putant patrem omnium cum Mose collocutum, nesciunt loquutum ei Dei filiũ, qui & Angelus & Apostolus vocatur, meritò reprehenduntur per spiritum propheticum, & per ipsum Christũ, vt ignorantes tam patrem quàm filium: nam qui filium patrem esse contendunt, prodant se ne patrem quidẽ scire, aut quòd ille filium habeat, qui verbum Dei primogenitum & Deus sit, olim in forma ignis & imaginis incorporeæ Moſi cæteríſque prophetis conſpectus eſt: nunc autem ſub veſtro imperio, ſicut diximus, ex virgine homo natus iuxta patris volũtatem pro ſalute credentium, & contumelias & afflictiones ſuſtinuit, vt mortuus ac reſurgens mortem vinceret. Quod autem è rubo Moſi audiuit, Ego ſum qui ſum, Deus Abrahã, Deus, Iſaac, Deus Iacob, Deus patrũ tuorum: ſignificat illos & poſt mortẽ viuere, eſſéque ipſius Chriſti homines. Hi enim primi hominum quærendo Deo vacauerunt, Abrahã Iſaaci genitor, Iſaac verò Iacobi, ſicut Moſes ſcriptũ reliquit. Illud

quoque inuentum dæmonum, quo Proſerpinæ Ioue natæ ſigilla circa fontes deſcribantur, Moſaicę prophetię videtur imitatio. ſic enim ille ſcribit: In principio fecit Deus cœlum & terram: terra autẽ erat inuiſibilis & incompoſita, & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquis. Ex hac igitur ſpiritus Dei ſuper aquis vectatione nacti occaſionem, finxerunt Proſerpinam Iouis filiam, ſicut & Minernam eadem aſtutia, hanc quoque Ioue natam, nec tamen ex concubitu: ſed quia voluntate intellectúque Deum per verbum creaſſe mundum didicerant, finxerunt hanc primam intelligentiam: quod ſanè peridiculum fuerit, imaginem intelligentiæ præ ſe ferre formam fœmineam. hic & aliorum Iouis filiorum figmenta rebus ipſis coarguuntur. Nos verò ſic ablutum & inſtitutum ad fratres quos vocant adducimus, vbi cœtus fiunt, vt tam pro nobis, quàm pro recens illuſtrato precemur, quo inueniamur per veram doctrinam & bona opera digni obſeruatores mandatorũ cuſtodéſque: & vt æternam ſalutem aſſequamur, poſt precationem nos ſalutamus oſculo mutuo. deinde affertur præcipuo fratri panis & calix aqua dilutus: quibus

ãceptis laudem ac gratiarũ actionem pa-
tri omnium offert per nomen filij, sanctí-
que spiritus, atque ita eucharistiam ab
quandiu celebrat post preces & eucharis-
stiam totus cœtus accinit Amen. Hœc au-
hebraica lingua significat idẽ quod fiat.
Absoluta gratiarum actione præsulis, &
ominatione totius plebis, diaconi quos
vocamus, dant singulis præsentibus par-
tem panis & calicis diluti, super quos fa-
cta est gratiarum actio, atque etiã defer-
sinũt absentibus. hoc autẽ alimentũ apud
nos vocatur Eucharistia: ad quod nemo
admittitur, nisi qui credit verã esse nostra
doctrinã, ablutus regenerationis lauacro
in remissionem peccatorum, & sic viuit
vt Christus docuit. non enim vt vulga-
rem panem & vulgare poculum hæc su-
mimus: sed quemadmodum per verbum
Dei caro factus Iesus Christus seruator
noster, carnem & sanguinem pro salute
nostra habuit, sic etiam per verbum pre-
cationis & gratiarum actionis, creatura
ab ipso alimoniã, quæ mutata nutrit nos-
stras carnes & sanguinem, illius incarnati
Iesu carnem & sanguinem esse didici-
mus. nam apostoli in suis scriptis, quæ
vocãtur Euãgelia, sic sibi mandasse Iesus

tradiderunt: sumpto pane, actísque gratiis
dixisse: Hoc facite in mei memoriã. hoc
est corpus meum. similiter sumpto pocu-
lo, actísque gratiis, dixisse: Hic est sanguis
meus: & solis ipsis communicasse. quod in
Mithræ mysteriis imitari mali dæmones
conati sunt: panem enim & aquæ poculũ
initiandis eos apponere cum quibusdam
incantationibus, si nescitis, potestis dis-
cere. Nos verò postea semper hæc nobis
renocamus in memoriam, & ditiores
egenis succurrimus, versamúrque vnà
continuò: & pro omnibus rebus quibus
fruimur, creatorem earum benedicimus
per filium eius Iesum Christum, & sanctũ
spiritum. Die solis vi banorum ac rusti-
corum cœtus fiunt, vbi apostolorũ pro-
phetarúmque literæ, quoad fieri potest,
præleguntur: deinde cessante lectore,
præpositus verba facit adhortatoria, ad
imitationem tam honestarum rerum in-
uitans. post hæc consurgimus omnes, &
preces offerimus, quibus finitis profer-
tur, vt diximus, panis, vinum & aqua. tũ
præpositus quantum potest preces offert
& gratiarum actiones, plebs vero Amen
accinit. inde consecrata distribuuntur
singulis, & absentibus mittuntur per dia-

conos. ditiores si libeat, pro sua quisque voluntate conferunt. collecta deponitur apud præpositum: is subuenit pupillis, viduis, & propter morbum aliáve necessitatem egentibus, vinctis quoque & peregrinis, & in summa curator fit omnium inopum. conuentus autem hos die solis facimus, quoniã hac die primũ Deus depulsis tenebris, formatáque materia, mundum creauit: Iesus Christus quoque noster seruator eadẽ die resurrexit à mortuis. nã ea quæ proxima Saturni diẽ præcedit, crucifixus fuit, & proxime sequente Saturni diẽ, solis die videlicet, conspectũ suũ se apostolis ac discipulis præbuit, eisdũ suam doctrinam impartiit, quam & vobis considerandam obtulimus. si videbitur rationi veritatíque consentanea, honorem ei habete, quòd si nugæ istæ videbuntur, vt nugas contemnite, & nolite persequi hostiliter, capitalem pœnam intentantes insontibus. præmoneo enim vos non euasuros futurum Dei iudicium, si iusti permanseritis, nobis acclamabitis, Fiat voluntas Domini. Et quamuis non desit nobis rescriptum illustrissimi ac eximíque Cæsaris Adriani patris vestri, quo freti ius nostrũ postulare possemus:

tamen non tam illius præiudicium quàm vestram cognitionem valere cupientes, hanc appellationem & expositionem fecimus. Subiecimus etiam exemplar eius epistolæ, ne quid putetis nos fingere, idque verbis totidem.

ADRIANI EPISTOLA IN FAVOREM CHRISTIANORUM scripta.

MInucio Fundano. Accepi literas ad me scriptas à decessore tuo Serenio Graniano viro clarissimo, super negotio quod non placet indiscussum relinqui, ne & innoxij perturbentur, & calumniatoribus nocendi præbeatur occasio. Itaque si euidenter prouinciales huic petitioni suæ adesse valent aduersum Christianos, vt pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eos exequi non prohibeo: precibus autem in hoc solis & acclamationibus vti, eis non permitto. etenim multo æquius est, si quis volet accusare, te de obiectis cognoscere. Si quis igitur accesserit & probet aduersum leges quicquam agere memoratos homines, pro

merito peccatorum etiam pœnas fluxe-
Illud mehercules magnopere curabit, si
si quis calumnioſe quenquam horũ reum
poſtularit, in hunc pro malicia ſuppliciũ
ſæuioribus vindices.

ANTONINI EPISTOLA AD CIVITATES ASIÆ.

IMP. Cæſ. T. Aelius Adrianus Antoninus Aug. Pius, Pont. max. Trib. pot. Cos. IIII. pater patriæ, vniuerſis Aſiæ ciuitatibus, ſalutem. Equidem non ambigo etiam diis ipſis curæ eſſe nequis noxius lateat. multo enim magis illis conuenit punire eos qui ipſis immolare nolunt, quàm vobis: ſed vos confirmatis eorum quos perſequimini ſententiam quam de vobis habent dicentes vos impios & ſine deo eſſe: vnde & vitam malunt amittere ſaltem religione ſua, quàm vobis ſacrificantibus acquieſcere, & ad veſtram deorũ religionem. De terræ motibus porrò vel præteritis vel præſentibus, libet mortalium veſtrum admonitione iuſta ſolari: quandoquidem compertum habeo, vos in huiuſcemodi rebus communes caſus reſerunt

ad ipſorum inuidiam. quapropter illorum magis augetur erga deum fiducia, vobis interim per ignorantiam & reliquorum numinum cultum negligentibus, & ſummum illum aſpernantibus, cuius cultores odiit capitalib⁹ perſequimini. Super quibus & alij prouinciarum præſides diuo patri meo ſcripſerunt: quibus reſcripſit, nequid interturbarent hoc genus hominum, niſi qui cõtra Romanũ ſi eſſent tentaſſe quippiam contra rempublicam. ad me quoq; e multi retulerunt ſuper hoc negotio: quibus paternam ſecutus ſententiam pari moderatione reſcripſi. Quòd ſi quis perſiſtit his abſque vllo crimine faceſſere negotium, ille quidem qui hoc nomine fuerit delatus, abſoluatur, etiamſi ſit Chriſtianus quod ei obiicitur, delator autem luat pœnas quas meretur.

MARCI IMPERATORIS EPISTOLA AD SENATUM, in qua teſtatur Chriſtianos fuiſſe cauſam victoriæ.

IMP. Cæſ. M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano ſacróque ſenatui, ſalutẽ. Ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos vobis facio conatus meos & successus belli Germanici, quantisque in hostico laborauerim difficultatibus, circumuentus à draconibus LXXIIII. intra nonum milliarium. eos in propinquo esse indicarunt exploratores, & Pompeianus magister militum conspectos esse milites significauit: itaque sensi me cum legionibus prima, decima gemina, Euphratensique pene oppressum ab immensa colluuie, in qua numerabantur armatorum nongenta septuaginta quinque millia: eaque non haberem copias conferendas numero barbarorum hostium, precabundus confugi ad opem patriorum numinum: quibus neglectus, & in arctum redactus ab hoste, acciui quos Christianos vocamus. Ii perquisiti, bene multi reperti sunt. infremui in eos, quod non debuerant, vt postea cognoui ex mirifica eorum potentia. qui mox rem aggressi sunt absque telis, armis tubisque, nimirum abhorrentes ab istiusmodi paratu, & contenti Deo quem circumferunt secum in conscientia. credibile est igitur, licet impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore, prostrati enim humi non solum pro me deprecati sunt, sed & pro praefe-

ecte abhinc euolutis foliis inuenies con- ti exer-
tinuationem huius Epistolæ.

cipes, meritò vnius eiusdémque deitatis censeantur. Dicet aliquis: Quomodo igitur non differt à genitore genitus, & procedens ab eo ex quo procediti certe pater ingenitus est ex quo & filius prognatus est, & spiritus processit. non est igitur filius & spiritus sanctus idipsum quod pater. Respondeo, ingenitum, genitum, procedentem, nomina hæc non ad essentiam attinere, sed ad modos subsistentiæ: quòd modus subsistentiæ vocibus his exprimatur, at essentia manifestè significatur Dei nomine vt pater à filio & spiritu, iuxta subsistentiæ modum differat, salua idemtate iuxta rationem essentiæ. nam si hic ingenitiuè habet essentiam hic genitiuè, huc processiuè. isthæc ad differentiæ consideronem apta sunt: quòd si præter subsistentias ipsa essentia quæritur, hæc communi deitatis nomine significatur. quod dico fiet clarius hoc modo. Qui subsistentiam Adami considerat, quomodo vt esset acceperit, inueniet eum non genitum: non enim ex alio quopiam homine, sed diuina manu formatus est. ea formatio modum subsistentiæ denotat, significat enim quomodo factus sit: & quicquid subsistentiæ modus formationis

Initium huius tractatus inuenies infra
in folio quindecim.

exprimit. indicat enim similiter, eum formatum extitisse. quòd si quæras ipsam essentiam quæ coniuncta est suis posteris, hominem pro subiecto inuenies. sicut ignotur formatio modum subsistentiæ denotat, & subsistentiæ modus formationem exprimit, cæterum essentiæ ratio homini subiectum ipsum indicat: sic & Deum patrem considerabimus. nam si modū subsistentiæ quæras, videns ex nullo alio genitum, vocabis eum ingenitū: si verò ingeniti vocabulum consideres, subsistentiæ modum significare id inuenies. quòd si essentiam ipsam indicare velis, qua cum filio cohæret ac spiritu, demōstrabis eam Dei nomine. itaque illud ingenitus subsistentiæ modus, notæ sunt quibus interstinguntur: cæterum vox hæc Deus essentiam significat. sicut enim Adam, quamuis non eodem quo ipsius posteri modo genitus, tamen communem cum eis habet essentiam: sic nulla ratio cur propter ingeniti nomen diuellatur essentia communis patri, filio, spiritui que. itaque voces hæ ingenitus, genitus, procedens, non essentiam, sed subsistentias significant: valent enim ad differendas personas patris, filij, sancti spiritus, &

indicandas nobis: singulorum proprias subsistentias. sic dum geniti vocabulum quasi notam quādam audimus, mox cogitamus filium: quemadmodum & per procedentis notam, spiritus propriam personam discimus. Hæc satis sint ad demonstrandum, quòd ingenitus, genitus, procedens, non significent ipsam essentiam, sed subsistentias, & essendi modos determinent. Reliquum est vt differamus de essentia, quomodo vna sit patris & filij & sancti spiritus. Videmus communi more eandem essentiam progenitorum & ingenitum. Verùm præstat rem altiùs exordiri, ne sermonis seriem interrumpat quæstio si qua inciderit: & primum diuidamus ea quæ sunt, inuenimus omnia vel creata esse vel increata: quicquid enim in rebus est, aut increata natura est aut creata, increata quidem herilis & ab omni necessitate libera, creata verò seruitis & obsequens legibus herilibus. altera illa præponens, & pro potestate quicquid vult faciens, hæc verò alterum ministerio solo, quod ab ipsa deitate accepit, perfungi valens. Hæc cum ita diuidantur, productis in medium scripturæ oraculis, considera diligenter in vtra parte collo-

cent filium & spiritum. oportet enim apud Ecclesiæ alumnos non humanis rationibus res diuinas examinari, sed iuxta spiritualem doctrinam sermones fieri. ac primum nos Dauid doceat, is hymno in Deum composito totius creaturæ nomine enumeratisq; his quæ cœlo continentur vnà cum ipsis potestatibus, similiterq; rebus terrestribus, non adhibet ad hunc laudantium chorum filium & spiritum, admirum cum natura diuina coniunctos. nã si scisset horum creatam essentiam, non prætermisset solos silentio, imò ante omnia mentionem eorum pro dignitate secisset. Sic & beatus ille Paulus diuino ardore correptus, & feruentem suam erga Deum charitatem ac dilectionis constantiam non dissimulanter contestans, in hæc verba prorumpit: Certus sum enim quod nec vita, nec mundus, nec mors, nec angeli, nec potestates, nec principatus, nec præsentia, nec futura, nec altitudo, nec profunditas, nec vlla creatura alia poterit nos diuellere à charitate Dei in Christo Iesu nostro domino. Similiter enim & ipse postquam recensuit mundum, vitam, mortem, angelos, archangelos, principatus, potestates, & insuper præsentia, futura

ráque, profunditatem ac altitudinem, prætera nihil in natura creata inueniens, nec tamen cohibere valens sermonis impetum, suppleuit eum per hyperbolé, ad dens creaturam aliam. Ergo qui hyperboleo opus habuit, vt declararet charitatis erga Deum suæ constantiam, si scisset creatam essentiam filij spiritúsq;, non & horum cum cæteris mentionem fecisset? Vnde liquet non coniungi cum creata natura filium & spiritum: & habeo multa alia testimonia, sed quia cum ecclesię filiis agimus, & compendia sectamur, opinor sufficere quæ dicta sunt. Reliquum fuerit ostendere quòd in natura diuina censeantur filius & spiritus, & primum dicetur quod ad rem attinet maxime. Dominus noster Iesus Christus postquàm resurrexit à mortuis, in cœlum ascensurus, Apostolos ad erudiendas baptizandásq; gentes mittens, sic eis mãdauit: Ite, docete omnes gẽtes baptizãdo eas in nomine patris & filij & sancti spiritus. Corinthiis quoque scribens beatus Paulus finem epistolæ quasi obsignat doctrina hac apposita, dicens: Gratia Domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & societas spiritus sancti, cum vobis omnibus

Rursum ad Ephesios sic ait: Summo angulari lapide ipso Iesu Christo, in quo quæcunque structura coagmentatur, & creſcit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei per spiritum. Videtis quo pacto docens de structura quæ sit in Christo, per quam Christi templum efficimur, iuxta illud: Inhabitabo in eis & inambulabo, & ero Deus eorum: tres personas coniunctim nobis cõmemorat, Summo, inquit, angulari lapide ipso Iesu Christo: ac paulo post: In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei per spiritum. Hinc enim discimus, Christum Deum & Spiritum, vnum numẽ, inhabitare actum suam exercere in nobis, quotquot digna-tur suâ gratia. id satis appareat ex his quæ dicit alibi: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis iuxta diuitias gloriæ suæ, vt fortitudine corroboremini per spiritum suum, in interiorem hominem, vt inhabitet Christus in vobis. Ecce rursum Paulus meminit, inhabitantis numinis, vnà complectens patrem, filium, sanctúmque spiritum, sicut vbi-

que solet has tres personas in eundem referre ordinem. Nam in secunda ad Corinthios sic loquitur: Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vnxit nos Deus est qui etiã obsignauit nos, dedítque arram spiritus in cordibus nostris. Hic quoque gentium doctor diserté coniunxit patrem Deum, & Christũ filiũ, & sanctum spiritum, sicut in literis ad Galatas: Quoniam autẽ estis filij, emisit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem Abba pater. vbi rursus tradit cõiunctim cogitãdum patrem, filium, & spiritum. vide verò quomodo apponat summæ coniunctionis indicia. non enim simpliciter dixit, emisit Deus spiritũ: sed nũc eum coaptauit filio, aliàs patri attribuit, vbi dicit: Vos autem non spiritum mundi accepistis, sed spiritum ex Deo patrẽque. ac rursum filius, cum ipse sit veritas, vocat hunc veritatis spiritum, quem & patris esse docet nos, à patre procedentem videlicet hanc sententiam perpetuò confirmant sacræ literæ, non esse cogitationem separandum patrem à filio sanctóque spiritu: imò ne in mundi quidem opificio filij spirituſque operam à patre semouent diuina oracula, id quod ex Dauide

licet, discere, sic canéte: Tu Domine initio terram fundasti, & cœli sunt opus manuum tuarum. Compédio voce hac Domine, significauit filium quoq; ac spiritū, nihilominus propter imperitiores vtitur etiam personarum distinctione: sic loquens: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. atque adeò ne potestate quidem inferiores esse patre filium & spiritum, è sacra scriptura didicimus: audi verba ipsa. Deus autem noster in cœlo & in terra fecit omnia quæcunq; voluit. Hoc de patre dixit Dauid: filius verò hanc potestatem in leproso illo exeruit. Volo, inquit, mundus esto. Eandem beatus Paulus etiam spiritui sancto tribuit, sic scribens: Hæc autem cuncta operatur vnus & idem spiritus, diuidens cuique sicut vult. Proinde quando & in doctrina per totum orbem publicata, & in præscripta forma baptismatis, & in creationis narratione, & in vi potestatis, coniunctim patris, filij, sanctíque spiritus vnum nomen accepimus, qui contendet filium & spiritum alienum ab illa diuina beatáque essentia? Nec est cur mihi quis iurgium faciat, quod aliud pollicitus, tractem aliud: quæ-

si non eiusdem essentiæ proferam argumenta, sed tantum probationes, quòd pater & filius & sanctus spiritus censeantur in eodem ordine. cur enim vna censeātur non alia est ratio, nisi quòd patris & filij & spiritus sancti eadem sit essentia. Age, cōsideret diligenter iste reclamator diuisionem nostram denuò: inueniet exactam rationem essentiæ in ipsa coaptatione ordinum. Summam rerum diuisionem fecimus bifariam, in increatam & creatam naturam: & conuenit inter nos increatę argumenta esse hæc, quòd herilis sit & ab omni necessitate libera, efficiens pro potestate quicquid vult: e diuerso creata seruilis sit, legibus herilibus obsequens, accepto à deitate ministrandi officio. Iuxta hanc diuisionem, cum inter deitatem, hoc est rem increatā & creaturam, nihil esse medium cōstet: quicquid à creatura diuersum est, nimirum à natura diuina diuersum non erit. ergo quandoquidem prolixe declarauimus diuersum esse à creatura filium & spiritum, qui rebus creatis non connumerentur, sed vbique cum patre coniungantur, annon extremę dementiæ fuerit, censere hos extra increatam essentiam? necesse est enim frustrari-

alterutrum: aut demonstrabuntur creata & ab increatis separabuntur: aut si euincatur esse increatos, è creaturis eximuntur. atqui apparuit & à creata natura seiunctos esse, & cum increata coniunctos. præterea nihil medium, vnde sequitur habere hæc communem essentiam, quæ vbique coniuncta sunt. Si enim, vt dictum est (liceat mihi eadem repetere, quo res fiat euidentior) & in doctrina totum orbem publicata, & in diuinis scripturis à sancto spiritu prodita, & in mundi creatione, & in potestatis auctoritate, accepimus eadem de patre & filio & sancto spiritu, quis est tam rudis vt dubitet de communi eorum essentia? Decet igitur vt vnum Deum confiteamur in patre, filio, spiritúque sancto agnitum, quatenus pater & filius & spiritus sanctus vnius deitatis dignoscendo subsistentias, quatenus autem Deus, essentiam communem subsistentiarum intelligendo. vnitas enim in trinitate intelligitur & trinitas in vnitate noscitur. id quomodo fiat nec alios scrutari velim, nec ipse rubones possum satis facere, cùm arcanos sermones lutea carneáq; ac sordente lingua contrectare mihi sit religio. quáuis enim

pura nobis sit insita, per quam sæpe celsiora nobis ratiocinãdo apprehendimus, tamen compare carne grauata hebescit ad euidentem perceptionem rerum maiorum: quandoquidem terreum hoc tabernaculum mentem multa cogitantem degrauat. Nullo igitur modo, cum simus homines, possum" penetrare ad illam primam ac beatam essentiam. Quid dico diuinam essentiam? imò ne ad mysteria quidem eius. Nihil enim diuinum manifestum est hominibus, vt ait quidam Græcorum sapiens: & quidem vere, quantum ego iudico. Dum enim audio Paulum instrumentum illud lectissimum, qui ad tertium cœlum euasit, & arcana audiuit non eloquenda linguis humanis, profitentem se intus habere largitorem eloquentiæ, & tamen cognitionem duntaxat ex parte sibi vendicantem: Nunc, inquit, noseo ex parte, tunc autem cognoscam sicut sum cognitus. ac rursum, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: qui possum credere, perfectã rerum diuinarum noticiam contingere mortalibus? nam si his qui ad Pauli modulum pertigerunt, obscura quædam & successiua contigit: hoc enim subindicat visio quasi

per speculum & in ænigmate: quis est tam insolenter audax, vt perfectam rerum diuinarum cognitionē profiteatur? Vnde nos quoque non ignari quàm sint hæc arcana inexplicabilia, cum Dauide ad Deum exclamabimus: Mirabilis facta est notitia tui ex me, confortata est, & non potero ad eam. Sic enim & loquendo sapere æquum sanctum est. nam prudentem piúmque virum decet numini cedere, res igitur diuinas quatenus rectum est scrutemur, pietatem verò ita vt religiosis dignum est colamus. quamuis enim natura diuina sit incomprehensibilis, non debemus tamen in totum ab ea quærenda desistere, & per ignauiam vocem consumere: sed pro sua quisque portione acceptæ à Domino scientiæ, strenuè rem examinet, certus non quidem exactè se percepturum, profecturum tamen aliquantum per huiusmodi contemplationem, accedendo ad illum propius. Sic igitur intelligimus filium è patre progignatum, sicut lumen è lumine proximum. nam hac imagine refertur & coæternitas, & essentiæ identitas, & passionis expers natiuitas. quatenus enim eluxit, eo vnde eluxit, sine tempore fuit. quod

enim tempus medium potest inter lumen & splendorem eius intercedere? quatenus autem lumen è lumine, rationem luminis præ se fert ex quo enatum est. rursum quatenus lumen est id quod progignitur, passione caret natiuitas. non enim decisione aut defluxu aut diuisione eluxit, sed ex ipsa essentia sine vlla passione procedit. Eandem scientiam tenemus & de sancto spiritu, sicut filium sic spiritum à patre oriundū, nisi quòd differunt modo subsistentiæ. alter enim lumen è lumine profluxit genitiue: alter & ipse lumen è lumine, non tamen genitiue, sed processiue prouenit. atque ita coæternum patri coessentialémque, & sine passione ab illo progressum intelligimus, vt sit in trinitate vnitas, & in vnitate trinitas. His perceptis, & contenti hac mensura scientiæ accepta à Domino, exponimus filiis ecclesiæ quod comprehendimus, hortantes eos vt sic sapiant, donec eis perfectior affulserit noticia, quandoquidem intenti huic nostræ expositioni proficient in cognitione sobria. nec enim fucatam aut turgidam aut iactabundam doctrinam ostentauimus: quippe qui maluimus pro viribus pias & Deo dignas ratio-

cinationes colligere, & vnius deitatis tribus perfectis subsistentiis notitiam exponere. Hanc de beata illa diuinaque vnitate sententiam professi, accedamus ad disserendum de gratia verbi Dei dispensationéque, quamuis & ipsa dispensatio arcanam rationem habeat nos pro viribus hæc quoque modo eodem seruabimus. Quãdo enim Verbum illud animadvertit creaturam suam opus habere institutione, & luendas esse pœnas, quas Adam per transgressionem incurrerat, tunc de cœlo ad nos descendit, non corporali descensu, sed diuinæ voluntatis efficacia ad eam dispẽsationem vsum est sequela. virgine stirpis Dauidicæ, sicut illi repromissum fuerat: & ingressum in eius uterum, quasi semen quoddam diuinum, fingit sibi templum perfectum hominem, sumpta parte quadam illius naturæ, quæ fieret formandi eius templi essentia. hoc indutus & huic vnitus, filius Dei prodiit naturæ geminæ: cuius enim tempore filius & Deus & homo est, ita dispensationem erga nos suam absoluit, quando quidem Adam peccando posteros suos mortali subiecit, & vniuersam eorum naturam huic debito reddidit obnoxiã, ea-

lius vt Deus & homo lapsum Adam in integrum restituit & inquantum homo, vitam agit inculpabilem, mortémque spõtaneam suscipit: absoluta quidem viuendi ratione delictum abolens, mortem vezò debitam indebita irritam faciens. Inquantum autem Deus, quod collapsum est restituit, & mortem ipsam in totum destruit. idem igitur est filius, qui & concidit, & collapsa restituit: in quantum homo, circuncidit: inquantum Deus, resituit. quoties igitur audieris de vno filio voces contrarias, collatas inuicem diuinas, de juxta vtrãque naturam, magnificas diuinásque diuinæ naturæ attribuens: quicquid autem exiguum & humanum, humanæ imputans. sic enim & vocum earũ discrepantiam effugies, reddẽdo sua cuique naturæ, & filium vnicum antiquicm seculis omnibus, eundem recens natum iuxta sacras scripturas confiteberis. Nec est cur quisquã ex me huius vnitionis modum scietur, non pudebit enim fateri ignorantiam: imò gloriabor potius quod credam arcana quibus initiatus sum, quæ nec ratio nec mens valet percipere: quare caue ne quid manifestũ de filio vel ex me vel ex alio discere cupias.

quòd si libet ea cognoscere quæ ipsi per-
cipimus, non celabo filios ecclesiæ, hoc
tantum admonitos, quòd tractandas
hanc expositionem opus sit superno fa-
uore ac auxilio, vt aliquatenus fiant ip-
voti compotes. Sunt qui hác vnitionem,
qualem animæ cum corpore intelligant,
atque ita doceant: & cónuenit exem-
plum si non omnino, saltem ex parte.
quemadmodum enim homo cũ sit vnus
habet in se duas diuersas naturas, & alia
sui parte cõsulit, alia consultũ exequitur,
animo decernens nauis structuram, ma-
bus verò opus decretum conficiens. sic si
lius vnus cum sit naturæ geminæ, iuxta
alteram patrat miracula, iuxta alteram ha
milia quęque in se recipit, quatenus enim
ex patre & Deus, facit prodigia: quate-
nus è virgine & homo, crucem, passiones
& similia vltro perculit naturaliter. Hæc
tenus si quis conferat, similitudo quadrat
egregiè. ediuerso si totum cum toto com-
ponat, tollet differentiam. nam homo
quanquam duas naturas habere videa-
tur, non habet tamen, sed ex duabus con-
stantem. sicut enim corpus cõstat ex igne,
aëre, aqua, terráque, nec tamen est ignis
aut elementum aliud: diuersum enim ab

ti exercitu, petentes opem contra vrgen-
tem sitim & inediam. quintus enim dies
erat ex quo aqua carere cœperamus, e-
ramus quippe in hostili solo, in ipso me-
ditullio Germaniæ. Confestim autem vt
procubuerunt in facies, & preces fude-
runt ad ignotum mihi Deum, descende-
rũt de cœlo, in nos quidem frigidissimus
imber, in nostros verò hostes grãdo mix-
ta fulminibus, vt sine mora sentiremus
præstò esse inuictam opem Dei potentis-
simi. Iam nunc igitur permittimus esse
Christianos huiusmodi hominibus, ne
fortè cõtra nos tale quodpiam telum po-
stulando impetrent: & autorem me inter-
pono, ne cuiquam religio Christiana ver-
tatur crimini. quòd si quis Christianum
detulerit, hoc solo nomine quòd Chri-
stianus sit, volo vt delatus Christianum
se impunè fateatur, modò nihil ei obiicia-
tur præter religionem diuersam: delator
verò eius viuus comburatur. confessum
autem compertúmque Christianum nolo
ad mutandam religionem induci, à pro-
uincia præside suo relinquendum a bi-
trio, & hoc meum decretum senatus cõ-
sulto ratum fieri volo, iubeóque proponi
publicè legendum in Traiani foro, vt in-

dē porro transmittatur in prouincias, etra Veraſj Pollionis Vrbi præfecti. huius quoque edicti transcribendi vtendique copiam permitto omnibus, deſumentibus ex noſtro exemplari publicè in foro propoſito.

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET Martyris de Monarchia liber.

Sigiſmundo Gelenio interprete.

HVMANAM naturam ab initio cum ſalutis intellectum adeptam, vt diſceret veritatem, ſimúlque cultū vnius omniū rerum domini, ſubrepens inuidia tranſuerſam a vero idola ſingendi rapuit, obliuiam ſui magnitudinis: & in mox confirmatus diuturnitate temporis, apud vniuerſos ſimulachrorum cultu vulgo tradiderunt, exiſtimentur eſſe mentis expertes.

tas ipſa valuit. Eſt autē opus hominis humani, vel potius pij, eos commonefacere, qui quod ſcire debebant, omiſerunt. Erat enim ipſa veritas per ſe ſatis ad ſeipſam oſtendendam, ex iis quæ ſub polo ordinem oſtendunt opificis horum. Sed obliuio, propter dei patientiā, ſuperatis hominum mentibus, malicioſè egit, transferens ad mortales nomen ſolii vero deo debitū: atque à paucis manante ad inultos cōtagio mali, dum vulgari conſuetudine paulatim à firma & immutabili veri cognitione deiiciuntur. Illi enim principio feſtis ſacriſque in honorem magnorū hominū peragendis, poſteris obliuionem iniecerunt vniuerſalis opinionis. Ego verò vt paulò antè promiſi, pia racente vſus, libera voce vtar, oſtēdámque, iis quidem qui ſunt ſanæ mentis, debere, omnes, qui vniuerſi adminiſtratione fruūtur, habere immutabilem cultum eius qui nouit omnia. Hoc autē non ornate oratione eloquar, ſed teſtimoniis Græcorū, & antiquorum poëtarū, iſíque vulgo acceptis atque tritis demonſtrabo. Nam ex quibus, qui habētur in precio legem & conſuetudinem de ſimulachrorum cultu vulgo tradiderunt, exiſtimentur eſſe mentis expertes.

tes, à suis ipsorũ poëtis & versificatoribus

Primus enim Aeschylus sui tẽporis ve-
describẽs, de Deo solo locutus est in hũc
modum:

Separa à mortalibus Deum, & noli eum
Tui similem, videlicet carneum, censere.
Non nosti eum, is aliquando seu ignis apparet,
Immensa vis, modo aqua, modo caligo.
Bestiis quoque redditur consimilis,
Vento & nebulæ, & fulguri, tonitruq; similis.
Ministrant autem ei mare, & rupes,
Et fontes omnes, & aquarum gurgites,
Tremuitque mons, & tellus, & ingens
Vnda maris, & montium magna proceritas,
Cùm ea intuetur terribili oculo Domini.
Potest enim omnia, estque gloriæ supremi Dei.

Nec solum is instructus fuit cognitio-
ne Dei, sed & Sophocles Dei solius v-
niuersitatis conditoris, & vnius, ordi-
tradit his verbis:

Vnus verè, vnus Deus est,
Qui cælum condidit, amplémque terram,
Amœnósque fluctus maris, & ventorũ impetus.
Sed nos multi mortales, cerde errantes,
Excogitamus deorum solatia,
Deorum simulacra ex lapidibus & ligno,
Aut aureorum, aut eburneorum figuras,
Hisque sacrificia & pulchros ornamenta

Peragentes, putamus nos esse pios.

Quin & Philemon rebus antiquis elo-
quendis abundans, veri cognitionem
habet, sic enim scribit:

Deum verò qualem, dic mihi, existimãdum est
Quis omnia videt, cum ipse non videatur.

Testabitur me vera dicere Orpheus, in-
ducens illos trecentos sexaginta Deos,
in libro qui inscribitur Testamenta, vbi
cum prioris opinionis pœnitere vide-
tur, dum ita scribit:

Musæ, effabor enim vera, neque te
Quæ furus in pectore apparuerunt, chara vita
Prohibunt.
Tu verò diuinũ sermonem, intuens, huic astide,
Dirigens cordis mentale vas: & rite insiste
Viam, sublimque intuere mundi regem.
Vnus est, per se genitus: ab eo vno cuncta progna-
ta sunt.
Et in eis ipse superat, nec eum quisquam
Mortalium videt: at ipse omnes videt,
Hic ex bono malum mortalibus dat,
Et bellum horridum, & dolores lachrymosos.
Neque quisquam est alius præter magnum regẽ
Cui autem ego non video: nam circumfusus est
Et serena nube.
Omnibus enim mortalibus mortales pupillæ sunt
in oculis.

Ita vt videre nequeant homines omnia reflexum
Is enim ferreo cælo affixus est
In aureo saltu, pedibusque terram premit.
Manumque dexteram ad finem Oceani
Vndique extẽditur: extremi enim longi videntur,
Et flumina, gurgésque cani & amnes maris.
Atque hæc sic scribit, quasi viderit ipse Deus magnitudinem.

Cùm eo sentit & Pythagoras dũ scribit:

Si quis dicet, Deus sum præter vnum, is dolos
Mundũ hunc pari cõdere, & dicere hic meus est.
Nec solũ cõdere, & dicere meus est, sed habitare
Ipse in eo quẽ fecerit: hic autẽ ab hoc factus est.

Iam verò quòd solus possit & de actionibus vitæ, & de diuinitatis ignoratione iudicium statuere, possum proprios testes citare, & in primis Sophoclẽ, qui de hoc sic loquitur:

Erit enim, erit illud seculorum tempus,
Cum plenum iguis inuisurum laxabit
Igneus æther, pastúsque flammæ
Omnia & terrestria & sublimia
Comburet inuisæ. Vbi deinde dixerint omnia,
Nusquam erit fluctuum cruis gurges,
Exitusque terra sedibus deserta, nec amplius
Volucrum genus portabit dum ardebit.
Nam ad inferos duas semitas existimamus.
Vnam iustorum, alteram iniustorum,

Exitque terminum, deinde seruabit omnia quæ fecerint.

Sed & Philemon rursus:

Putásne tu mortuos, ô Nicostrate.
Omnibus delictis in vita potitos,
Terram ita tellũ iri, vt deuecti in omne tempus
Effugerint oculos, tanquam latuerint?
Est aquatilis oculus, qui omnia videt.
Si enim iustus & impius eadem conditione futuri sunt,
Iyape, furare, fraudã, misce.
Errare nolo, est & apud inferos iudicium.
Quod faciet Deus omnium Dominus,
Cuius nomen formidabile ne nominare, quidem ausim.

Et Euripides:

Sæpe longam vitam dat ad iudicium.
Quisquis verò mortalium putat, dum interim
Malum aliquod facit, se latere Deum,
Is videtur malus: & dum videtur, capitur
Cum ortum agit iniquitia.
Hæc perpendite, quicunque existimatis non esse Deum.
Bis peccantes non vitæ,
Est enim, est, quod si quis male facit
Et est malus, tempus sanè lucretur.
Nam tempore postea dabit pœnas.

Item quòd non libatione & suffitu

maleficorum placetur Deus, sed ex
æquo pœnas cuique inferat, testabitur
mihi Philemon iterum:

Si quis sacrificium offerens, ô Pamphile,
Taurum multitudine, aut ircorum aut etiam
Aliorum talium, aut apparatus,
Fulta aureis chlamydibus, aut purpureis,
Aut eburneis, aut smaragdinis sigillis,
Putat se Dei benevolentiam conciliare,
Is errat, & vanam mentem habet.
Oportet enim virum esse virilem,
Qui virgines non corrumpat, aut adulteret,
Aut furetur, aut interficiat pecunia gratia,
Aut aliena aspiciat & concupiscat,
Aut fœminam præstantem, aut domum,
Aut possessionem puerum ve, aut ancillam ve eum in-
Equos, boues prorsus aut iumentorum aliquod.
Nec actis quidem vnum horum paullum conve-
pueris, Pamphile.
Deus enim præsens adest qui te intuetur,
Qui iustis operibus delectatur, non iniustis.
Laborantem sine tueri suam vitam,
Terram arantem noctes & dies,
Deoque sacrifica semper iustus.
Non tam cibi videndi splendent, quàm eorum
Audito tonitru, haudquaquam procul fugerat
Nullius mali tibi conscius, Domine,
Adest enim præsens Deus qui te videt.

Item Plato in Tim. Quòd si quis, inquit, hæc opera cõderet, ignorabit humanæ & diuinæ naturæ differentiam, quòd Deus quidem omnia in vnum commiscet, quippe qui id satis & scias & possit: at hominum qui alterutrum horum possit, nemo neque nunc est, neque vnquam erit. De iis autem qui apud nonnullos videntur participare sanctum perfectúmque nomen, quod quidem vano quodam instituto quidam obtinuerunt, tanquam dij, Menander in Auriga sic dicit:

Nullus foris ambulans Deus mihi placet
Nullus qui familiam alloquatur in tabella.
Oportet iustum Deum
Domi manere seruantem cuellos.

Idem Menander in Sacrificа:

Nullus Deus seruat ô mulier,
Alterum hominem per alterum: si quem enim
Deum trahit,
Cymbalis homo quò vult,
Is qui hæc facit, vesanior est Deo.
Sed sunt hæc audaciæ & vitæ instrumenta,
Inuenta ab hominibus impudentibus,
Excogitata ridiculè in vita

liem in Inuiso, rursus ostendens eorum mentes, qui in deos referuntur, vel

potius eos non esse arguens idem Alexander sic loquitur:

Si enim hoc ego viderem, & animam
Caperem, at nunc video non deos
Ita iustos licet invenire?

Et in Deposito:

Est iudicium iniustum, ut videtur, etiam in diis.

Et Euripides tragicus in Oreste:

Phœbus me iussit patrare eadem matris
Ignarus honesti & iustitiæ.
Seruimus diis, quòd sunt aliquando dij.
Vides Apollinem qui in medium lis
Habitans, mortalibus præbet os clarissimum,
Cui paremus quicquid ille dixerit.
Huic ego obtemperans, genitricem interfeci.
Illum putate impium, & interficite.
Ille peccauit, non ego. quid me facere oportuit
An non idoneus est is Deus, qui me reformatum
Scelus seruet?

Idem in Hippolyto:

Sed enim non rectè iudicant hæc dij.

Et in Ione:

Sed filiam Erechthei quid ego
Curo lea nihil ad me. sed aurea
Rotis ad iaculum
Rerum cremabo. pacatus vero mihi
Phœbus quid præbet virgines vi immanium

Prodit natos progignens clanculum.
Morientes non curat: moliri sed potes.
Virtutes persequere, æternum quisquis hominem
Malus est. hinc discamus dij.
Fuisse igitur iustum, ut vos qui leges mortalibus
Scripsistis, ipsi iniusta paretis?
Quòd si non adsitis, vestra ruinæ.
Dabitis hominibus pœnas violentorum matrimoniorum,
Tu & Neptune, Iupiterque, qui cœlum tenet.
Ita est: vos qui potentes estis, iustitiam tollite.
Dum enim Promethei ignis voluptates
Bellamini, peccatis neque iam homines malos
Dicere æquum est, si deorum bonarum
Imitamur: sed eos qui hæc docuerunt.

Et in Archelao:

Malum, ô nate, decipere homines dij.

Et in Bellerophonte:

Si dij vitiosa faciunt non sunt dij.

Et rursus in eodem:

An aliquis esse sanè in cœlo deos.
Non sunt, non sunt: si quis hominum dicit,
Ne antiquo stultus vetustus dicto.
Hæc autem mihi perpendite, mea dicta
Animo attendentes dico ego tyrannidem
Occidere plurimos, & possessionibus priuare,

Et contra iusiurandum vrbes depopulari.
Et hæc qui faciunt, magis sunt fortunati,
Quàm qui quietè pietatem colunt quotidie.
Non ego paruas vrbes deum honorantes,
Quæ maioribus parent magis impijs,
Maiore hastarum munere subacta.
Puto & vos, si quis ociosus diis
Supplicet, neque manu quæritet victum,
Frustra deprecaturos à diis calamitatem.

Et Menander in Diphilo:

Itaque eum qui semper est omnium dominus,
Et pater, eum vnum perpetuò honorare decet,
Tot bonorum inuentorem & conditorem.

Idem in piscatoribus:

Quod enim nutrit me id ego
Iudico deum: quod autem nutrire solet,
Id non eget opibus indigentis.

Idem in Fratribus.

Deus est bonis semper,
Mens nimirum, vt videtur sapientissimis.

Et in Tibicinis:

Omnia sunt pulchra ratione
Sacrum: vrens est enim loquens Deus.

In Phrixo tragicus:

Quòd si pius eadem qua impiissimi
Conditione est possumne hac vite se habere,
Si Iupiter ille opimus nihil æquum sciet?

In Philoctete.

videtis quam sit etiam inter deos lucrari
Pulchrum. suspicitur qui plurimum in templis
Habet auri: quid sanè vetat quominus tu quo-
que,
O lucrum, si adsis, assimilaris diis?

In Hecuba:

Iupiter, quisquis es Iupiter. nec enim te noui nisi
verbo:
O Iupiter, siue tu es natura necessitas. siue mens
mortalium.
Oro te.

Hic igitur est indicium virtutis & mentis & amantis intelligentiam, recurrere ad coniunctionis societatem, & seipsum applicare intelligentiæ ad salutem, & deligere meliorum electionem libero hominum arbitrio: nec eos qui humana patiuntur, putare esse omnium dominos, cùm nec tantam quidem potestatem eos habere putent, quantam homines. Apud Homerum enim Demodocus ait se per se didicisse, Sed deus mihi subiecit vias. Immortalis Aesculapius & Apollo, à Chirone centauro mederi discunt, id quod est absurdissimum, vt ab homine discãt dij. Quid Bacchum commemorem, qué furere ait poëta? Quid Herculem, quem & ipsum dicit improbum? Quid Martem & Venerem,

adulterij autores, ex quibus omnibus de-
teriores reddi possint, auditores. Si
enim talia deorum facta non didicerit &
tamen imitatur, is non solum homo,
sed etiam homine vitioso deterior cen-
mabitur. Sin cognouerit, habebit ratio
pœnarum declinationem, dum offendit
non esse delictum, diuinorum scientiam
imitationem. Quòd si quis res culpet, no
let etiam cognitas ex eis nomina, nec e
disertis garrulisque verbis protegen. Il
autem amplectendum verum & immu
tabile nomen, quod non solum ma
voce sed etiam eorum, qui nos ad
doctrinæ principium adduxe-
runt, prædicatur: ne ociosè
peracto huius vitæ tempo-
re, nõ solum vt ignari
cœlestis gloriæ, sed
etiam vt ingrati
pœnas demus
iudici.

***

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET Martyris, expositio fidei de recta confessione siue de sancta & coessentiali Trinitate.

POSTQVAM satis Iudæos ac Græcos conuicimus, superest vt exponamus sanam rationẽ fidei: siquidẽ res ita postulat, vt inuenta veritate sciamus quid de hac sentiendum sit. non sufficit enim ad pietatem salutem glorificare patrem & filium, sed sanæ Trinitatis confessio præstat felicitatem piis repositam. licet enim etiam diuersum sentientes patrem laudãtes patrem atque filium, quibus tamen non recta mente cultum exhibemus propter necessaria visa est nobis hu-
ius scripti expositio, subiectura lectores

ad sinceram veritatis cognitionem.

Vnum igitur Deum colere docent nos tam traditiones patrum quàm diuinæ scripturæ. oportet enim vnum esse summum autorem rerum omnium, ne quid existat nè accidens eis noxam afferat. nam si quid principio extra Deum fuisset, id omnino fatendum erat aut Deum esse, aut potentiam quampiam alteram. cæterum si Deum quis dicat, abolet diuina vox diserte clamantia, Ego Deus primus & ego postea, nec est præter me Deus. quòd si non Deum, angelos aut potestates dicet videlicet. sed & hoc modo illeras scripturas faciet irritas, vbi legimus Laudate Deum de cœlis, laudate eum in excelsis: laudate eum omnes angeli eius. laudate eum omnes potestates eius. Et paulò pòst: Quoniam ipse Dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ergo confessum fuerit principio nihil fuisse cum Deo, quandoquidem liqueat ab ipso producta esse omnia. Vnus igitur est verus vniuersorum Deus, qui in patre, filio, sanctóque spiritu agnoscitur. Quoniam è propria essentia pater filium genuit, & ex eadem produxit spiritum. Cum sint vnius eiusdemque essentiæ perfectæ

Octo quæ hic deficiunt folia, inuenientur retro post pagellam 216.

ab his ex quibus constat, quippe cum alia ratio sit compositi, alia eorum quæ in compositionem veniunt: sic homo quamuis ex anima constans & corpore, aliud est quàm ea vnde componitur. Dicam apertius. E diuersis materiis domum ædificamus, nemo tamen dixerit, domũ idem esse quod materias ex quibus constructa est: nec enim domus est simpliciter, lapides & ligna & reliqua. nam si hoc esset, antè ædificationem ipsas separatas materias domum vocare licuisset: nunc postquam sibi inuicem coaptatæ sunt, domũ absoluunt: atque etiam hac diruta, nihilosecius materiæ permanent sui similes. exterùm domum periisse dicimus quam absoluebat huiusmodi compositio materiarum: id quod & in homine accidit. nam etsi constet ex anima & corpore, nõ tamen idem est cum eis, sed diuersum: vt homo constet ex copula corporis cum anima & existat tertium quiddam aliud. atque hoc liquet ex eorum seiunctione, postquam corpus sui simile permanet, quandoquidem vel mortuum tres dimensiones retinet. anima quoque æquè rationalis post seiunctionem manet vt antea. exterùm homo perit, qui constabat ex

coniunctione vtriusque. at Christus non
ex deitate humanitatéque Christus factus
est, cum non sit diuersus ab his duobus,
sed vtrunque & homo & deus. Deum in-
telligimus ex miraculis, hominem ex
natura nostræ simili. alioquin anima pa-
runque ante corpus occupatur passio-
ne, & prior patitur: cum ipso verò
nunquam non afficitur, & sæpe ante se-
ctionem eius anxia, prius quàm illud lace-
raretur, atque post sectionem nihilominus
dolorem admittit: quod quidem de ea-
tate Christi orthodoxus nemo, modò sa-
næ mentis sit, ausit dicere aut cogitare.
itaque hominis exemplum partim recu-
piendum, partim fugiendum est. Equi-
dem iam ante fassus sum me huius veri-
tis manifestam cognitionem non posse
mente comprehendere: ac ne nunc quí-
dem pœnitet huius modestiæ, contenta
daro nobis modulo proinde rationis ad
pietatem accómodandæ, exemplum hoc
adhibemus: magis tamen placet hanc ra-
tionē cōferre cum ampliore quadā ima-
gine, magis decente magnificam exem-
patre originem. quoniam enim verbum
illud quod in mundum venit, lumen ex
fulsit ex ingenito lumine, malim à lum-

ne sumere huius vnitionis similitudinem.
Intelligamus igitur illud verbum lumen
esse primigenium, quod prima voce Dei
ipsum verbum prognatum est: corpus ve-
rò solare, corpus humanum, cui modis
arcanis verbum illud vnitum est. Caue
autem putes solem aliud lumen quàm id
quod primum factum est. nec enim quasi
parum fusficiente ad illustrandum mun-
dum illo primo, sol factus est, vt defe-
ctum eius suppleret. non est enim talis
huic opifex, vt nec perfectum opus pro-
spexerit, nec splendorem quantum vsus
postulat, creauerit. Vnum est igitur lu-
men illud primigenium. sol autem cor-
pus ei paratus est, in quo collectū lumen
hoc diffundat se inde per omnia. hoc ho-
rarum diei cursum per corpus absoluit
nobis ex officio. nisi enim adstrictum
esset corpore, sed totum in toto aëre, ne-
que dies dimetiretur, neque motu ordi-
natorem suum nobis ostenderet. Quod si
mihi obiicias, etiam ante solem condi-
tum diem nostrémque fuisse, primum af-
fentior lucis naturam illustrando vni-
uerso sufficisse: deinde quæres causam
cur sol factus sit, nec aliam inuenies quàm
à nobis iam redditam. nam area totum

lumen diffusum per totum aërem neque motu ferebatur æquabili, neq; diei mensuras disterminabat, sed contrahendo se nocti decedebat, vt modis omnibus verum approbetur, aliud quiddam esse lumen, aliud solare corpus huius conceptaculum. Cum ita se habeat lumen ad solare corpus, considerate iam diligenter hanc rationem. sicut enim post vnitionem primigenij luminis cum solari corpore, nemo hæc potest ab inuicem diuelere, neque alterum solem seorsim vocabit, alterum verò lumen, sed vnus sol hoc lumen dicitur: sic de illa vera luce & sanctissimo corpore post vnitionem nullus dixerit, alterum seorsim filium verbum Dei, alterum verò filium, hominem: sed vtraque vnum & eundem intelliget, sicut vnum lumen & vnum solem, tum cõprehensum lumen, tum corpus quod id continet. Rursus sicut vnum lumen & vnus sol, naturæ verò duæ, altera luminis, altera corporis solaris: sic & hic vnus filius & dominus & Christus & vnigenitus: naturæ verò duæ, altera nostra, altera nobis superior. Rursum sicut huic lumini lumen inest actu, quod nemo separare possit à corpore conceptaculo suo,

ratione tamen quiuis discernat naturam, cuius est hæc vis propria: sic in vno filio Dei, vniuersam vim nemo separauerit ab vnica filietate, naturæ tamen eius proprietatem ratione quiuis discreuerit. Hoc exemplo diuinæ vnitionis adducto, nos ad magis piam cogitationem confugimus, si non omnino ipsam veritatem assequuti, certe quandam eius similitudinem quæ piè scrutantibus sufficiat. Siquid horum videtur prope ad veritatem accedere, lauda largitorem mensuræ huius scientiæ: quòd siquid magis pium ab alio didiceris, rursum lauda illius prouidétiam, nam ipse antiquissimus per alium vim suam exercet. Quoniam igitur quoad potuimus satis confessionem rectam exposuimus, gaudium filiis ecclesiæ precati, & gratias ei qui hanc differendi facultatem dedit, agentes, posthac quieti vitam degemus per silentium. Sed animaduerto quosdam instaurantes sermonem, & prouocantes in alterius quæstionis stadium, currendi auidos, & fortassis experiendi num prior cursus aliquid lassitudinis attulerit. atqui reperient quiddam fonti simile, qui quo magis frequentatur ab haurientibus, eo

limpidiores profundit latices. itaque cursus hic adlubescit sermoni iam pulsanti carceres, & signum certaminis expectanti auide. proinde signum det ei rogator, parato ad erumpendum & incredulitatem prosternendam, compescendásque linguas impias, tum verò ad distinguendum quid oporteat de rebus diuinis quærere, quid credere, vt iure certaminis victor pronuncietur. Quæritur quomodo verbum illud vbique sit iuxta essentiam & quomodo in templo proprio. si enim sic & ibi vt in vniuerso, templum nihil habebit præ cæteris. & quid faciemus illi scripturæ: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. quod si quis concedet in templo esse plus, ergo nõ adest rebus omnibus iuxta essentiam, quod est Dei proprium. Manifesto indicio se prodit incredulitas, quãdo de Deo quærit hac voce Quomodo. alioqui quomodo cœlum, quomodo terram, quomodo mare, aërem, stirpes, animalia erecta, téque ipsum ista curiosè de Deo scrutantem condidit? Vtique respondebis eum absoluta potentia produxisse omnia. num igitur Dei potẽtia creaturis per accidens adfuit, an iuxta essentiam? si per

accidens, certe vt existentibus antequam crearentur: quoniam accidens suapte natura non per se est, sed in subiecto aliquo. id si risum meretur, reliquum est vt iuxta essentiam adsit omnibus. Ergo quia iuxta essentiam vis illa creaturis aderat, nihilne plus habebat ipse dominus qui templum est? nec hæc ratio nec illa inuenit exitum, vtranque fides explicat. vidén' quanto impetu prostrata sit incredulitas? videvt cohibeantur linguæ impiæ. dicite nobis vos qui ad Christianismum aspirare fingitis, qui vt tollatis duas naturas, quæstiones tales proponitis, qui mixturam, confusionem, & mutationem in deitatem ex corpore, vt hæc confundatis comminiscimini, qui nunc in carnem verbum versum asseritis, nũc carnem in verbi essentiam, & hac mentis deprauatione nihil vos sapere ostenditis: dicite inquam nobis, quomodo verbum caro factum cœlos non reliquit. vtique dicetis, ideo quia caro factum Deus permansit. Respondet rursum, quomodo permãbit, factum caro? si manst quod erat, quomodo factum est quod nõ erat? quòd si factũ est quod non erat, quomodo mansit quod erat? Non explicas solutionem? nec vni-

tionis huius modum explicabis: sed credis quòd manendum factum sit? credes etiam idem Verbum vbique adesse iuxta essentiam, eximiæ verò in tẽplo propriè. Rursum rogemus quomodo corpus hoc post vnitionem, naturam diuinam assumpserit, vt cum verbo vnitũ fieret immortale ac incorruptibile. id si sic se habet, corpus quidem manet corpus, quia non corpus est Deus, factum tamẽ diuinæ maiestatis particeps, non naturæ, quia ipsi verbo ita visum est. Quòd si verbum per hanc vnitionem in suam naturam corpus mutauit, rursus quærendum, quomodo corpus in essentiam verbi mutatum sit. num isthac mutatione in essentiam verbi, additum sit quicquam ipsi essentiæ. ergo imperfecta erat antea, siquidem augmentum recipit. Sed nihil ei accessit. ergo sequitur, vt quod mutatum est, nihil sit. & quomodo nihil in diuinam transiit essentiam? Dicent: non in propriam essentiam sermo ille corpus suum resoluit, sed in diuinam refinxit. Respondeant igitur denuò, sic ne in diuinam, vt diuersa sit à sua, an in eandem cum sua. Si in eandem cum sua, duas diuinas essentias verbi prædicabimus: vnam quam ex patre na-

tum habebat, alteram in quam corpus suũ mutauit. quòd si in diuersam à sua, nec in diuinam, creatam dicent vtique nam inter deitatem & creaturam nihil potest esse medium. præterea quid opus erat hac mutatione corpori, si rursum mutabatur in creatam essentiam? Caligare videris oborta vertigine, hæsitaréque metuendo nequid modo dicta pugnent cum ratione nostræ fidei. at ego dum quærens ambigo, tum maxime miratus Christiana mysteria cogor exclamare, nostras res esse sublimiores quàm vt vlla mẽte, vlla ratione, vlla creata natura percipi queãt. quoties autem te quoque similia scrutantem subibit dubitatio, oppone quæstionibus paratam solutionem, fidem videlicet, cogitans quòd præsente fauentéque Deo, etiamsi ignoretur aliquid eorum quæ dicta sunt, vel propter excellentiam naturæ, vel propter dispensationis modum, nullum inde damnum accidet ignorantibus. annon pudet audaciæ dum in res diuinas inquiritis, nisi non audistis oraculũ, quod vestri similium conatus cohibens, luti & figuli proponit similitudinem, docens nos abstinere à curiositate, & à scrutandis arcanis diuinis: cedendum

potius voluntati Dei, sicut lotum ebl-
quitur suo figulo. Subeat igitur vos ad
tãdem religio, & æquo animo cogitatio-
nes vestras supprimite, nec aliud quã
sola fides vestras hæsitationes dissolue-
timete diuina eloquia, sicut scriptura ma-
net: vt requie diuina digni habiti eccle-
illa beata audiatis à Deo rerum domino
dicente: In quem aspiciam, nisi in mode-
stum & quietum, tremen émque sermo-
nes meos? Sic remissis linguis impiis, ne
ad distinguendum festinat oratio, vos ec-
clesiæ filij, qui pie quæstionem moueri
percontando non tentandi, sed pro vo-
ribus discendi gratia, promptum mihi a
nimum aduertite. Doctrina diuina com
multisaria, compendio duobus continet
tur capitibus, disciplina mandatorum ob
seruandorum, & cognitione cuiusque
Dei. proinde pietatis amatores debent, n
peram, ne ignorent mandata, & vt ea co
stodiant, sed prius vt Deum colant, co
te huius notitiam vestigabunt, scripta
studio. vbi verò destituentur viribus, a
dorabunt vt incomprehensibilem, ne pa
stra fides frustretur. iuxta hoc præstitu
ptum, cum sciamus quænã quærenda co
dendaue sint, curabimus vt sermo n. affec

vincat in hoc stadio. Exequatur igitur
strenue reliquum certaminis. Fatemur
nos ignorare manifestam veritatis scien-
tiam, quoniam in hac confessione sita est
bona pars victoriæ. quatenus autem fas
est humanam naturam peruenire, eatenus
scrutatus pietate salua quæstionem hanc
vobis explicabo. Quæritur quomodo
verbũ illud & in proprio templo sit iuxta
essentiam, & in rebus omnibus similiter,
& quid habebit hoc templum præ cæte-
ris rebus, audiamus scripturam dicen-
tem: Qui est in sinu patris iuxta essen-
tiam, vniuersis ex æquo adest. nec dici-
mus eum sic in patre esse, vt in rebus cæ-
teris, non quòd eius essentia contractior
sit in aliis, sed quia mensura harum ad
captum diuinitatis non sufficit. Sic à pro-
prio templo inseparabilem fatentes, in
quo plenitudo deitatis inhabitet, nihilo-
minus rebus omnibus eum adesse iuxta
essentiam dicimus, etsi non similiter. nec
enim capit deitatis splendorem corpus
fœdidum. id licet exemplo discere. nec
enim celabo huius quæstionis pondus
filios ecclesiæ, piè cum eis differens.
Communis hic sol nobis quotidie se præ-
bet omnibus, nec magis minúsve irradiat

alium quàm alium, sed in omnes eq
exercet vim suam. attamen si quis acu
re visu polleat, plus eius splendoris
pit : non quòd sol magis in eum
quàm in cæteros, sed propter vim ocu
rum eximiam. at quisquis infirmos
oculos, ne obtueri quidem tantam
cem poterit, propter eorum hebetu
idem cogita de sole iustitiæ, cum sit
ex æquo illum adesse omnibus iuxta
essentiam: nos autem quotquot sumus, v
hebetes & oculis squalentes præ
catorum sordibus, ad percipiendum
men non esse idoneos, templum vero
lud proprium oculo purissimo splend
rem totius luminis capere, vtpote
matum sancti spiritus opera, & à peccato
prorsus alienissimum. nam sicut sol qui
uis sua vi attingat pariter omnia, tamen
non ab omnibus similiter capitur : sic
verbum illud iuxta essentiam præsens om
nibus, non similiter adest cæteris vt templo proprio vide quomodo in hoc cu
riculo sermo noster victor euasit, super
est vt laureatus transuehatur & triumphet de aduersariis : nos vero Christum
prosequamur eum carminibus, laudibus
que acclamationibus, concelebrantes ip

toriam, accinentésque: Cursum absolui-
sti, fidem seruasti, reposita est tibi corona
iustitiæ. Sed præstat hymnis decantare
autorem huius victoriæ, verbum illud
diuinissimum, lumen verum, illustrans
omnem hominem venientem in mũdum
hunc, cuius ope viuimus & mouemur &
sumus, per quod omnia facta sunt, per
quod nos extricamus ex istis verborum
versutiis, agnoscentes illum curatorem,
largitorem, benefactorémque, cui sa-
crificamus actionum suauecolétiam,
ipsum tractantes, ipsum spirãtes,
ipsum cogitantes, ipsi adhæ-
rentes, ipsum laudãtes per-
petuò, spem beatam re-
gni cœlestis quod;
ab ipso acce-
pturi su-
mus.

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS CONFVTATIO DOGMATVM ALIQVOT ARISTOTELICORVM.

Sigismundo Gelenio interprete.

INTRA omnes honestos conatus, quos homines Deum dimetiri student, nullus est magnatior, quàm cum diuinam operam vt scipsis melioribus reuadant, curántque vt alij profectent. Huic vestro tam feruenti desiderio, presbyter honorande Paule, libenter parui feligere iussus aliquot dogmata Graecorum de Deo, déque rerum creatione: vt veri quippiam ex his discas: qui publica enim, cum à maioribus doctrinam prophetarum de his rebus acceperis, fides vt cognoscas Graecos professores de Deo déque creatione, non iusta demonstratiua scientiam verba facere, quippe coniecturis definientes quicquid ipsis videtur. Qui de Deo creationéque disserrerunt homines, partim ab ipso creatore deo de vtroque didicerunt, in hoc prophetis illi subseruientibus, post autoritatem eorum fidémque miraculis cõfirmatam diuinitus, vt eo facilius persuadesent doctrinam obscuram antea: partim contemptis prophetarum eloquiis, vt fidelibus, propriis ratiocinationibus cõquisierunt vestigationem notitiæ Dei. Iuxta illos diuinitus edoctos de creatione, vnus est Deus, vtroque ingenituræ modo ingenitus, qui deum deósve nec ante se, nec post habuit, nec subiectum coæternum habens, nec obiectum, incorruptibilem habét essentiam, & nullis obstaculis cohibendam efficaciam, opifex mundi totius orti ex ipsius voluntate, à qua vt sit accepit, à qua pendet etiã eius durabilitas. manét, vt cœlum atque cœlestia, potestatésque inuisibiles: aut vicissim gignuntur eorum puncturque, vt terrestres animantes plantæque. Et sicut quicquid factum est, non fuisset factum nisi isso iubente, Fiat: sic nec permaneret, nisi mandatis addidisset ille, incorruptibilibus quidem vt

perſiſtant in ſeculum ſeculi: generationes autem corruptionémque alterantibus illud, Creſcite & multiplicamini, & replete terram. vt autem appareat diuina eius potentia, quòd non legibus naturæ ſeruiat, ſed ſuo arbitratu operetur, initia quidem naturæ generabilium ac corruptibilium è terra & aquis produxit iuſſu hoc: Proferat terra animam viuentem in genere ſuo, & herbam habentem in ſe ſemen, & ligna fructifera. Rurſum: Producant aquæ animam viuẽtem in genere ſuo. Cæterùm quęcunque prognata ſunt è primis originibus, gigni è ſeminis iactu inſtituit, id quod omnes prophetæ cœleſtis numinis apud humanum genus interpretes, conſtanter ſenſerunt, nulla inter ipſos diſſentiente. qui autem diffidunt prophetarum ſermonibus, & malunt eõiecturis de Deo creaturiſq; quod ſibi placet definire, vtrumque ab inuicem, tum à ſeipſis diſcrepant de reb⁹, earumque principiis, iuxta effigiem, numerum, motum, finem denique, ſicut liquebit è primo libro Naturalis auſcultationis Ariſtotelis, nihil veri decentis de rebus de quibus definire propoſuit.

EX PRI-

EX PRIMO LIBRO NATVRALIS AVSCVLTATIONIS Ariſtotelis.

SEmper enim eſt aliquid quod ſubiicitur, ex quo generatur id quod fit: vt plantæ & animalia ex ſemine. fiunt autem omnino quę fiũt, quędam tiãs figuratione, vt ſtatua ahenea: quædam additione, vt ea quæ incrementum capiunt: quædam ablatione, vt marmorea ſtatua: quædam compoſitione, vt domus: quædam alteratione, vt ea quæ vertunt ſuam materiã. omnia autem quæ ſic fiunt, manifeſtum eſt quòd ex ſubiectis fiant, ſdque dupliciter. eſt enim aut ſubiectum, aut oppoſitum. oppoſitum voco immuſicum, ſubiectum autem hominem.

Si prius eſt ſemen quod ſeminat, poſterius id quod ex eo gignitur, & vtrumque genitum, generationi quidem rei è ſemine genitæ ſubiicitur ſemen: generationi vero ſeminis ſeminantis ſubiici ſemen non eſt poſsibile. ergo non ſemper animalia plantæque gignuntur è ſemine.

Amplius, ſi eſt animal genitum vtrunque, tum quod ſeminat, tum quod è ſemine gignitur, nec eſt ex eodem ſemine

vtrunque, sed alterum è semine, alterum non è semine: annon falsum est semper animalia gigni è semine? eadé & de plantis ratio.

Amplius, si principium è semine genitis est seminans, id quod indefinitum reliquit in tractatu de Auscultatione naturali Aristoteles, quamobrem scripsit hunc tractatum, ignorato principio primi animalis plantæque? nam ignotum principium sequitur ignoratio eorum quæ inde oriuntur.

Si animal quod è semine gignitur, fit secundum naturam, liquet quòd animal genitum quidem, sed non è semine, non fit secundum naturam. dicant igitur Aristotelici, secundum quid fiat animal quod secundum naturam gignitur.

Amplius, si in hoc sita est differentia generationis animalium, quòd aut è semine genita sint & secundum naturam, aut non è semine, nec secundum naturam, necessariis finibus circumscribitur generatio. quomodo igitur Græci aiunt animalia plantásque principio carere æque ac Deum, cum sint secundum naturam genita, & ne primo quidem animali possint esse contemporanea.

Amplius, si omne genitum semper cõpositum est, quánam ratione modum per compositionem generandi peculiari differẽtia ab aliis generationis modis distinxisti? nam si omne genitum est compositum, secundum compositionem fit necessario. quòd si modus generationis secundum compositionem generationi omni conuenit, superfluè alij generationis modi distinguuntur suis differentiis.

Amplius si subiecta dictis generationibus essentiæ sunt, & in eis consideratur subiecti duplicitas, id est, subiectũ & oppositum: materia autem essentia non est: qui conuenit modus generationis generatorum & essentiis, modo generationis ex essentia generatorum? necessum est igitur aut essentiam esse materiam, aut generari alio præter iam dictos modo quæ gignuntur è materia. cæterùm quoniam in tractatu de Auscultatione naturali, definitum est materiam non esse essentiam, & modus generationis ex ea generatorũ non traditur, annon superuacua videtur hæc tractatio, in qua manifestè perplexitas deprehenditur?

Amplius si quemadmodum naturam & artem oportet non è fortuitis facere for-

tuita, sed è certis certa, sic & Deum necesse est è certis certa facere, quis præscripsit Deo hunc terminum? nam naturæ stique à Deo præscriptum esse terminum nouimus. quòd si Deus præscriptioni nō subest, sed è quolibet facit quidliber, nullo termino impediente quominus faciat quę vult, annon exemptus est à necessitate è subiectis creandi?

EIVSDEM ARISTOTELIS EX EODEM LIBRO.

EST autem subiectum, numero quidem vnum, specie verò duo. homo enim & aurum & omnino materia, numerabilis. est enim hoc aliquid magis, & non per accidens fit quod ex ipso gignitur. Priuatio autem & contrarietas, accidens. Vnum autem species: vt ordo, aut musica, aut eorum aliquid quæ simili modo dicuntur. quapropter ipsa principia tum dicenda sunt. præterea tum contraria: vt siquis dicat musicum, & immusicum, aut calidum & frigidum, aut constructum & inconstructum: tum non contraria. à se inuicem enim contraria pati impossibile. soluitur autem & hoc, quia

liud est ipsum subiectum. hoc enim non est contrarium. itaque neque plura contrariis principia quodammodo sunt, sed duo (vt ita dicam) numero: neque rursus penitus duo, quia ipsorum ratio est diuersa, sed tria. Si est subiectum numero quidem vnum, specie verò duo, cum vnum, vni subiacere debeat, qui fit vt subiectum istud sibi ipsi non subiaceat? id si est impossibile, annon falsum est, subiectū hoc esse duo specie?

Amplius si oportet semper aliquod subiectum esse eorum quæ generantur, nempe materiam, qui fit vt materia nō sit semper generabilis. semper enim alterutri contrariorum subiacet: aut enim priuationi subiacet, aut contrariæ speciei: & specie quidem sit formosa, priuatione verò deformis. qui fit igitur vt materia non sit essentia generabilis, cum semper gigni apta sit?

Amplius si priuatio nihil est aliud quàm totius entis interitus, & hanc materiam recipit, qui fit vt materia nō perdat suam essentiam?

Amplius si absente specie materia nec est essentia, nec aliquid, nec ens, ergo absente specie nusquam est materia.

Amplius si numerabilis est materia, contraria verò huic accidētia innumera, quomodo sunt tria principia materia & hæc accidentia?

Si nihil in rerum natura spectatur ex materia, non qualitas, non quantitas, quomodo quæ gignuntur ex ea, gignuntur per ipsas?

Si non est possibile esse quod non sit certum aliquid, quomodo materia cum non sit certum quid, est tamen?

Si priuatio & species accidunt materiæ, materia tamen non est essentia, quomodo huic accidunt contraria? etiam essentiæ accidunt accidentia.

Si sicut ordo inest ordinatis, sic etiam species materiæ, quomodo inordinata sunt aliquid ante acceptum ordinem? aut si materia prius quàm speciem habeat, nihil est aliquid, perit ordinis ad speciem analogia.

Si in compositione eorum quæ generantur, duo tantum considerantur principia, materia & species, extra compositionem verò tria sunt principia, materia, priuatio, species: liquet quòd si non essent quæ gignerentur, essent tria principia. cum autem sint quæ gignuntur, non

tria sunt, sed duo. annon igitur quod generatur, tendit ad perniciem vnius principij, si nisi hoc periret, illud non gigneretur?

Si quemadmodum assicitur homo à musico & immusico, corpus à calido & frigido, vox à concinno & inconcinno, sic assicitur materia à specie priuatione que, sit materia essentia vt homo & corpus, aut accidens vt vox, salua analogiæ consequentia, quòd si nec essentia est materia nec accidēs, ergo nō assicitur à cōtrariis.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO.

QVot igitur principia sint naturaliū rerum quibus generatio competit, & quomodo sint tot, dictum est. Et manifestum est oportere subiici quidpiam ipsis contrariis, & contraria duo esse: modo autem quodam alio non esse necesse. sufficiet enim contrariorum alterum ad faciendam præsentia sui vel absentia mutationem. natura autem ea quæ subiicitur, sub scientiam cadit secundum analogiam. sicut enim se habet ad statuam æs, aut ad lectum lignum,

aut ad aliquid formatum informis materia: sic ipsa se habet ad essentiam, & ad certum aliquid, & ad id quod est. vnum igitur hæc principium est, non sic vnum existens vt certum aliquid, sed vnum vt ratio, huic contrarium, priuatio. Sed rursum est essentia, species an subiectum?

Si species præsentia sua specificet materiam, & absentia sua facit informem, súntque principia duo species & informitas & iidem effectus sunt priuationis vel præsentis vel absentis: ergo principia generabuntur corrumpenturque à se inuicem, nec erunt æterna. quod enim æternum est, non opus habet cuiusquam præsentia vel absentia vt sit incolume.

Si per contrariorum præsentiam & absentiam sit principiorum mutatio, manifestum est id quoque mutari quòd sunt principia. quomodo igitur possunt permanere, quæ desierunt esse principia? Si principium quod habet principium non est principium, quomodo materia quæ essendi principium habet speciem, nõ essendi verò priuationem, potest esse principium? Naturam nominare subiectum priuationis, cum nec essentia sit, nec certum aliquid, nec ens, quomodo nõ est

superfluum? Si principia nec aliunde orta sunt, nec ex se inuicem: priuatio autem est ex absentia speciei, & ex priuationis absentia species: quomodo nõ sunt ex se inuicem principia, species & priuatio? nam per mutuam absentiam aptę sunt facere se inuicem.

Si quomodo se habet æs ad fundendam ex eo statuam, sic se habet materia ad essentiam & hoc aliquid & ens: quæritur vt æs nisi sit essentia & hoc aliquid & ens, rationem habere ad statuam non possit? Licet materia cum nec sit essentia, nec hoc aliquid, nec ens, ad æs habere possit analogiam. Si omnia quæ in constitutionibus rerum naturalium considerantur, sensu possunt cognosci, quomodo materia ex qua fiunt sensibilia, per analogiam cognosci potest, nõ sensu? aut quomodo ex insensibili possunt fieri sensibilia?

Si hoc quid esse est esse vnum principiũ, quomodo materiæ cùm ea sit vnum principiũ, non ineſt tamen vt sit hoc quid, item si esse hoc quid, & hoc quid non esse essentia est, quomodo materiæ hoc quid nõ esse ineſt, essentia tamen non est? quomodo autem potest quis efficere ne materia sit vnum, cum diuidat eam in duas spe-

cies subiectum generati & oppositum?

Si nõ liquet ex antedictis essentia sitne species an subiectũ, quomodo materiã deseruit non esse essentiã, nec hoc quid, nec ens? dixit enim subiectum esse materiam, & aliquando negat eam essentiam & hoc quid & ens, aliquando incertum relinquit an sit essentia, quod ánnon ignorãtiã

EX EODEM LIBRO.

PRimi nanque philosophi, veritatem atque naturã eorum quę sunt quærentes, exorbitarunt quasi ad aliam viã quandã ruditate depulsi: dicúntque neque horum quicquã eorum quæ sunt, neque corruptionem: quia necesse est omne quod fit, aut ex ente aut è nõ ente fieri generarique, neutrum autẽ esse potest: neque enim fit quod est. iam enim est. & ex non ente nihil fieri potest. aliquid enim subiiciatur oportet. atque hoc pacto quod deinceps accidit augentes, neque esse multa dicunt, sed solum ipsum quod est. Vel hæc sunt attestantur nostrę de Græcorum philosophis sententiæ, nihil eos iuxta demonstratiuam scientiam docere, quippe cõsueturis definientes quicquid ipsis videtur

EX EODEM LIBRO.

NOs autem vno quidem modo, nihil inter hæc dicimus interesse: ex ente inquam aut ex non ente fieri, & id quod est, aut quod non est agere quippiam aut pati, aut quoduis non fieri: Et medicum agere quippiam aut pati, aut è medico aliquid esse aut oriri. Quare cum id dicatur dupliciter: patet ex ente fieri, aut id quod est agere aut pati duobus modis dici. Aedificat igitur medicus: non vt est medicus, sed vt ædificator. & alibus fit: nõ hoc sanè quo medicus est, sed quo niger. medetur autem & non medicus fit, quo medicus est. Atque cum maximè ipsum medicum agere quippiam aut pati dicamus, aut fieri ex medico, si illud agat patiatúrue vt medicus: patet & hoc, è nõ ente inquam fieri, id significare vt non ens est. Quod quidem cum non distinxissent illi, longe à veritate aberrarunt: & ob ignorationem hanc crescente ignorantia, nihil cæterorum fieri aut esse opinati sunt tollentes vniuersam generationem. Nos autem & ipsi dicimus, nihil quidem fieri simpliciter ex non ente, tamen ex non ente per accidens fieri. Ex priuatione enim

quæ est per se non ens, & quæ non ens fieri dicimus. Mirabile id est, & impossibile videtur, ex nõ ente fieri. Similiter neque ex eo quod est, neque id quod est fieri, nisi per accidens. Sic autem & hoc fieri, nisi per accidens. Sic autem & hoc fieri dicimus eodem modo, ceu si animal ex animali fieret, & aliquod animal ex quodam animali: vt si canis ex equo fieret, aut canis, non solum ex animali quodam, sed ex animali etiam fiet, at non inquantum est animal. iam enim idipsum est. si vero quidpiam exoriturum est animal, non per accidens, non erit ex animali, & si aliquid fit, non ex eo quod est, nec ex eo quod non est. dictum est enim quid significent hæc verba, inquantum non est. præterea tollentum hoc esse aut non esse, non tollimus.

Si nec è simpliciter ente, nec è simpliciter non ente possibile est fieri quidpiam, is error cõmunis cum generationem tollentibus per imperitiam & ignorantiam quem cum iste corrigat, annon hic eorrector æque tollit generationem atque illi qui falluntur?

Si impossibile est fieri quid per accidens ex ente & ex non ente, nisi prius constetur generatio per se geniti: vt impossibile medicum fieri album, nisi nigrum ædificare, nisi ædificator ædificet: si medicus fit niger & ædificator, quomodo fit quid per accidẽs ex ente & non ente, cum nullum præcesserit per se genitum?

Si primum quidem animal, posterius verò animal ex animali, & quoddam animal ex quodam animali: & generationi quidem animalis ex animali subiicitur semen, quod est animal potentia, actu verò non animal: generationi verò simpliciter animalis subiectum non erat semen: quomodo non est præter naturam gigni ex animali hoc animal?

Si prius quàm fieret quod fit, materia quidem erat, quod verò ex ea fit, nõ erat: quid erat materia? vt si materia equi erat antequàm equus fieret:

Si quicquid in equi essentia consideratur est genitum, quomodo erat ingenita ex qua equus factus est?

Si per se nec priuatio ens est, nec materia, accidens autem cuipiam per se enti accidit, qui possibile est per accidens fieri quid è priuatione, cum ea nec per se sit, nec per accidens?

Ex quibus disiunctis impossibile est fieri quid ex vllo eorum, ex his necomplexis

quidé possibile est quid fieri: vt ex simpliciter ente nõ potest quicquam fieri: ex simpliciter non ente (vt verbis vtamur Aristotelis.) quomodo igitur vtrunq; falsũ est possibile, & ex ente fieri, & ex nõ ente?

Si subiectum, ex quo generatur quod generatur, necessariò subiicitur cõtrario, ergo non generatur quicquam è priuatione per accidens, contrarijs non subiectis.

Qui nec esse totum tollit, nec nõ esse, sed sinit totum esse, & non esse, quomodo potest vere dicere, materiam nec esse ens esse, nec hoc quid, nec ens?

Si fit quod fit, non tamen è simpliciter ente, nec è simpliciter non ente, sed ex vtrisque: fit igitur & è materia tanquam ex ente, & non ente, & tanquam ex hoc quid ente, & hoc quid non ente id si ita se habet, ergo falso de materia dicitur eam nec essentiam esse, nec hoc quid, nec ens. Sicut materia carẽ forma, sic species caret materia. quòd si materia & informatio eius sunt duo principia, ergo etiam species & eius materiæ priuatio duo erunt principia. quomodo igitur cum quatuor sint principia, tria solasunt posita?

EX EODEM LIBRO.

Nos enim materiam & priuationem diuersa esse dicimus, & ex iis materiam quidem non ens esse per accidens: priuationem verò per se, censemus: & illam quidem propémodum essentiam, hãc autem haudquaquam. At illi quod non est magnum paruumq; similiter aiunt esse aut vtrunq; simul, aut vtrũq; seorsum. quare modus hic trinitati s omnino diuersus ab illo est.

Si per accidens non ens ineſt materiæ, manifeste per accidens materia nec materia est nec principium. entis enim est esse materiã & esse principiũ quòd si per accidens non ens ineſt materiæ propter priuationẽ, videlicet hæc ipsa per accidẽs est ens propter speciẽ, erit igitur materia per se quidem nũquã ens: accidet autẽ ei semper vt aliquando non ens sit, aliquando ens. annon igitur absurdum est dicere, nõ multum abesse ab essentia quod nunquã per se est?

Si aliud materiam esse, aliud cuiusdam materiam esse: & non datur materiæ vt sit cuiusdam materia, vt autem sit ipsa materia datur: ergo materia erit ens, & nõ ens?

ens quidem, quia sit ipsa materiam̃ co
verò, quia non sit cuiusdam materiæ, ce
terùm si nullius materia est materia, el
igitur informitatis materia. quòd si in
formitatis est materia, ergo nunquam
materia inquantum materia, sed semper
cuiusdã materia, nunc formę nunc infor
mitatis. esse autem quid informitatem ap
paret, cumponatur rerum principium
quæ si ita se habent, nunquam igitur non
ens est materia: sed si ens est, nunc informis, nunc formata, & ideo sempiterna.

Si potest materia cœternam sibi in
formitatem abiicere, potest etiam cœter
nam suã sempiternitatem abiicere. quod
hoc posterius non potest, ne illud quidẽ
prius. quomodo igitur à materia fit quic
quid fit. cum materia cœternam sibi in
formitatem non abiiciat?

Si vt modus Aristotelicæ trinitatis dif
fert à trinitate Platonica, sic altera trini
tas differt ab altera, quã fit vt non semꝰ fi
rerũ principium, sed trinitas? quod si non
est altera trinitas? quo pacto modus eius
alter est?

EX EODEM LIBRO.

ETenim materia permanens, cũ forma
causa est eorum quæ fiunt sicut mo
ter altera verò pars contrarietatis ne esse
quidem videbitur interdum ei qui mente
maleficium ipsius intuetur. nam cum sit
quiddam diuinum & experendum, alia ipsi
contraria esse dicimus, alia suapte natura
affectare ipsum appeteréq;, quibusdam au
tem euenit vt cõtrarium appetant, suã met
corruptionem, fieri tãmen nequit vt aut
forma seipsam appetat (quippe cum non
indigeat sui) aut contrarius, cũ contraria
mutuò seipsa corrumpãt. sed materia per
inde est ac fœmina marẽ appetens, sicut si
turpe, appetat pulchrum aliquid. non est
tamen per se turpe sed per accidens: nec
per se fœmina, sed per accidẽs. At verò
tum corrumpitur & gignitur, tum neque
gignitur neque corrumpitur. nam vt est
quidẽ id in quo, per se corrũpitur. id enim
quod corrumpitur in hoc est, ipsa inquã
priuatio. at suapte potẽtia, non per se: sed
nec occidat nec oriatur, necesse est. nam si
gignitur, subiiciatur aliquid primũ opor
tet, ex quo hoc pacto nascetur, vt inhæ in
ipsa. hoc autem, est ipsius natura. quare fit
vt sit ante quàm sit orta. etenim materiam
id dico quod sit primum cuiusque subie
ctum, ẽ quo quippiam eo fit pacto, vt non
per accidens inhæ. Si corrumpitur, ad hoc

vltimum sane proficiscetur. quare ordo rupta antequàm sit corrupta.

Si eorum quæ generantur principium est priuatio æquè ac materia speciei: quomodo materia formæ est causa? facta, priuatio vero non?

Si ideo principium speciei quod abs accipiat vt sit quicquid generatur: apparet quòd & priuatio ideò principiũ, quia per eam fit vt nõ sit quod generatur. quomodo igitur priuatio dicitur rerum generatarum principium:

Si dum adest species, priuatio nõ permanet, apparet quòd dũ nõ adest species permanet priuatio. annon igitur absurdè dicitur non esse quod permanet?

Si alterum è contrariis est priuatio, & huic male facit species: annon species bonum simul ac malum est? bonum, quidem materiæ, cui dat vt sit essentia: malum verò priuationi, quam tollit è rebus.

Si quid est diuinũ & bonũ & expetibile, & habet cõtrariũ quod nec bonũ est, nec expetendũ: erit igitur hoc diuinũ & bonum & non bonũ, expetendũ non expetibile, ac proinde diuinũ & non diuinũ. id falsum est, ergo diuinũ illud bonũ quod expetendũ, non habet quicquã contrarii.

pliciter enim bonum omnibus est bonũ, non quibusdam tantummodo.

Si contrarium bono non appetit bonũ: corruptionem enim suæ naturæ appetit, si bonũ appetit, species quoq; seipsam non appetit, non enim indiget sui: est autem diuinũ illud expetendum & desiderabile, cui nam expetendum nisi materiæ? animata est igitur materia, nam animati est expetere & desiderare. quòd si animata est materia, ánnon falsum materiam non ens esse per accidens? nam anima ens est, & animatum ens est.

Si vt fœmina marẽ appetit, & turpe pulcrum, sic materia bonũ appetit, & materia nõ est per se fœmina turpe, sed per accidens. manifestũ est cã non per se appetere bonũ, sed per accidẽs. erit igitur numẽ non per se bonum expetendumque, sed per se accidens, quod absurdũ est dicere.

Si est materia generabilis propter speciem, & corruptibilis propter priuationem, propter seipsam verò ingenerabilis & incorruptibilis: erit igitur materia semper quidem corruptibilis aut generabilis, inquã. semper enim aut priuationi subiecta est, quæ in ipsa corrumpitur: aut speciei,

quæ in ipsa gignitur. Ingenitum in generabilibus quidem priuationé significat, quæ cadit generatio. in æternis autem generationem omnino negat, præteritam æque ac futuram. sicut æs cõflandũ in futuram, priusquam fiat statua, infectũ dicitur secundũ priuationem, eo quòd nõdum sit ex eo fieri statua. de deo autẽ cũ dicitur ingenitus, negatur secundum essentiam generatio tam in futurũ quàm in præteritum. ex his duobus modis vtrum intelligemus de materia? si secundum priuationem, ergo materia est infecta sicut æs secundũ negationé, nihil igitur sit, materia nec potest hic se habere ad essentiam, sicut æs ad statuam, quod dixit Aristoteles.

Si materia sic est ingenita vt Deus, quo potest Deus ex ingenito quid fieri, quo pareat posse deum è simpliciter ingenito facere quid? sicut enim non est idoneum ens vt ex eo fiat quid secundum naturam vel secundũ artem: sic sempiterne ingenitum non est idoneum, vt ex eo secundum naturã artémve fiat quid. quomodo igitur è sempiterne ingenito deus potuit quid facere, è simpliciter non ente non potuit? Nimirum quia non credebant posse deum ex non ente quid facere, posito

philosophi eò prolapsi sunt, vt negarẽt vniuersam rerũ generationem è materia. Aristoteles verò volens hũc errorẽ corrigere, generationem materiæ sustulit.

Si est quod fit, & est quippiam hoc quod sit, sicut suprà dixit: nihil igitur ex his est materia, si ingenerabilis est & incorruptibilis.

Si ingenerabilis est materia & incorruptibilis, necessariò secundũ vtrunq; ingenituræ modũ est ingenerabilis: ergo nec fit ex ea quicquam nec corrumpitur in ea, quomodo igitur priuatio corrũpitur in incorruptibili?

Si vna est materia, multa autẽ & diuersa ex ea fiunt: quomodo necesse est materiã manere infectã, cum eius semper diuisibile non possit manere indiuisum?

Si numero vna est materia, specie verò duæ, esq; ingenerabilis & incorruptibilis: aut igitur tota est ingenerabilis & incorruptibilis, aut dimidiũ eius: si tota est ingenerabilis & incorruptibilis, certe & dimidium eius tale est. quòd si dimidium eius est ingenerabile & incorruptibile, & dimidium eius, non tale ergo erit contrarietas vera de eodem subiecto, quod est impossibile.

Si id quod accipit speciē, aut illa fit, aut ex illa: quomodo ingenerabilis est materia cum speciem accipiat?

Si entiū est ingenerabile esse & incorruptibile, quomodo materia & ens nō est? & ingenerabilis incorruptibilisque est?

Si id, quod ingenerabiliter est in ingenerabili, ipsum quoque est ingenerabile, quomodo priuatio cùm ingenerabilis sit in materia, gignitur & corrumpitur?

Si, vt dictū est, sufficit alterū contrariorū ad faciendā mutationē sua præsentia vel absentia, quid mutatur in materia, cū ea sit ingenerabilis & incorruptibilis?

Si ingenerabilitas & incorruptibilitas consideratur circa essentiā cuiuspiā ingenerabilis & incorruptibilis, vbi est ingenerabilitas & incorruptibilitas materiæ, cùm materia nō sit essentia? Nisi ea generatū fuisset generatione pristina, nec ita tua fieret, quomodo igitur sit materia, aut ex materia quippiam, cuam nō præcesserit generatio materiæ?

Si non corrūperetur æs, nec æramenta corrūperetur: quō igitur corrūpitur materiale, cùm materia sit incorruptibilis?

Si ex incorporeis corpus nō absolutum, quomodo factum est corpus è materia & specie per se incorporeis?

Si naturali necessitate ingenerabilitatem & incorruptibilitatem consequitur indiuisibilitas & immutabilitas, quomodo in speciebus diuisis per genera est ingenerabilis & incorruptibilis materia: & quomodo per alterationem fiunt quæ mutantur secundum materiam, sicut in expositione modorum generationis definiuit superius.

E II. LIB. ARIST. DE NATVRALI AVSCVLtatione.

VNo igitur modo natura sic dicitur, prima cuique subiecta materia eorū, quæ motus in se mutationisque principium habent. Alio verò modo, ipsa forma & species, quæ secundū rationem est. Nam vt ars dicitur quod secundum artem factum est atque artificiosum, sic & natura dicitur quod secundum naturam & naturale.

Quid igitur dicemus materiale & secūdum materiam nisi materiam? dic quid aliud? quod si materiam, dicemus hoc, tunc materia erit materia, quando erit

materiale & secundum materiam. nam & natura tunc natura, quando secundum naturam & naturale. Similiter & ars. quæ enim eodem modo enunciantur, eodem modo se habent ad inuicem. quòd si aliter materia existit, quando secundum materiam & materiale, non est ergo ingenita materia.

EIVSDEM EX EODEM LIBRO.

QVare alio modo natura erit eorum quæ in seipsis motus principium habent forma & species non separabilis, nisi fatione duntaxat. id autem quod ex his est compositum, natura quidem non est, sed à natura, vt homo.

Si secundum naturam est homo, & naturale quoddam animal, quomodo non est natura homo? Definierat enim, Natura dicitur quod est secundum naturam & naturale.

EX EODEM LIBRO.

IN iis igitur quæ per artem conficiuntur, nos operis extruendi causa materiam facimus: in naturalibus autem, est.

Quoniam est opus aliud quod nec secundum naturam est, nec secundum artem, vbi huius operis materiam ponemus? Gignitur enim animal ex animali, & nisi primũ animal nec animal ex animali, & secundum naturam quidem gignitur ex animali animal, non secundum naturam autem animal simpliciter. quòd si operibus secundum artem materia externe accedit, naturalibus autem inest: manifestò in operibus quę nec ex arte nec naturaliter fiunt, materia est aliter. Cuius definitionem ni faciat qui tractat doctrinam naturalem, inconsistentia faciet etiã quæ iam definita sunt. Si enim tum demum videmur nobis scire quæcunque, cum primas causas eorum cognoscimus & prima principia, quomodo poterit quis nosse animal ex animali, nisi prius norit animal non ex animali. illud enim huius causa est ac principium.

EX EODEM LIBRO.

QVoniam casus & fortuna causæ sunt eorundem quorum mens & natura, quoties accidit vt horum alter-

utrum in causa sit: nihil autem per acci-
dens antiquius est quàm ea quæ per se sunt.
liquet quòd ne causa quidem quæ contin-
git per accidens, prior sit quàm causa per
se. Posterior igitur casus & fortuna mente
naturáque. itaque quantumuis homi-
nis causa sit casus, tamen necessariæ
mens & natura sunt hoc antiquiores cæ-
sæ & huius & aliorum multorum, vniuer-
sorum denique.

His verbis non solum primarum fac-
darúmque causarum quem ipse non fe-
rat dicit ordinem, sed & cœlum, quod
supra in hoc ipso libro eximit è genera-
tione fortuita, non solum fortunæ tri-
buit, sed & naturali & ei quæ à mente fi-
quod quidem manifeste absurdum est,
qui essentialem generationem per men-
tem naturámque primas causas factam
sumpserit, eum iterum eandem à secun-
dariis causis sumere.

Præterea annon est absurdissimum,
idem aliàs eximere generationi fortuitæ,
aliàs subiicere: & modo ingenitum nomi-
nare, modo à natura genitū. apponā eius
verba ipsius, vt propius inspectis, prædi-
catur eorum falsitas.

EX EODEM LIBRO.

SVnt etiam qui & cœli huius & mun-
danorum omnium, casum esse causam
asserunt. nam à casu conuersionem mo-
tionémque aiunt fieri, quibus vniuersum
hoc distinguitur ordinatúrque. Et quod
mireris, animalia quidem ac plantas di-
cunt à fortuna nec esse nec fieri: sed aut
naturam aut mentem, aut aliquid aliud
tale, causam ipsorum asserunt. non enim
ex cuiuslibet semine quoduis nascitur,
sed ex tali quidem olea, ex tali autem ho-
mo. cœlum autem & diuinissima quæque
sensibilium, casu orta fuisse. nullámque
ipsorum causam talem esse, qualem plan-
tarum atque animalium. atqui si ita se res
habet, hoc ipsum consideratione dignum
est, & operæpretium fuerit super hoc ali-
quid disserere. nam præter quàm quòd
& alioquin absurdum est id quod dici-
tur, illud etiam absurdius est, quòd au-
dent hæc dicere, cum videāt in cœlo qui-
dem nihil casu fieri: in rebus autem for-
tuitis multa præter fortunam accidere,
quamuis contrarium sit probabilius.

Casu factum cœlum, & rursus non
casu, indicant textus quos recitauimus ex
libri secundi Auscultationis naturalis

duobus capitibus, vndecimo dicebat móque: quod autem id & genitum & natura ipsa dicat & ingenitum, verba eius recitabo quæ hoc asserunt.

E SECVNDO DE COELO LIBRO ARIST.

COElum igitur vniuersum neque tum esse, neque corrumpi posse, quidam dicunt, sed vnum esse ac sempiternum, principium quidem & finem æternitatis non habens, habens autem & continens in seipso infinitum tempus, ex iis quæ dicta sunt fit probabile.

Hæc de ingenito cœlo Aristoteles; vide quid de eius generatione dicat primo de Cœlo lib. Et recte videtur natura id quod futurum erat ingenitum & incorruptibile, exemisse è contrariis: contrariis enim generatio & corruptio. Si nihil impossibilium nec est, nec esse potest, est autem impossibile id quod sempiternum est ingenitum carere fine ac principio, habereque ac complecti intra se infinitum tempus: ergo qui hæc dicit, nihil impossibilis & impossibilis rei distare tiam.

EX PRIMO DE COELO LIBRO ARISTOTELIS, in fine libri.

NIhil enim casu, nec incorruptibile, nec ingenitum potest esse.

Quomodo igitur quis credat vtrumque asserenti de cœlo? in vndecimo capite casum ait esse causam cœli: in tredecimo dicit, cœlum ingenitum & carens principio.

E SECVNDO LIBRO AVSCVLTATIONIS naturalis.

SVnt autem duo principia quæ mouent non naturaliter, ex his alterum non naturale, non enim habet mouendi principium in seipso. tale autem est, si quid mouet, ipsum non motum. itaque tunc omnino immotum est, & primum omnium.

Quomodo igitur mouebit naturaliter illud principium, cum neque naturale sit, neque secundum naturam moueat? soli enim naturali principio secundum naturam mouéti cõpetit mouere naturaliter.

Si principium quod non est naturale

non habet in seipso initium motionis, manifestum est quòd principiũ naturale habet in seipso initiũ motionis sed principiũ habẽs principiũ, non est principium.

Si inter sempiterne ingenita eadem potest esse prius posterius ve alio: quomodo principium immobile, quod eorum ipsum sit immotum, mouet tamen, primum est omnium, aut omnino principium?

EX EIVSDEM TRACTATVS LIBRO TERTIO.

QVod autem infinitum sit, argumentum sumunt è tempore: hoc enim infinitum est, præterea hac sola ratione non deficit generatio corruptióque, si infinitum sit, vnde auferatur id quod fit.

Si tempus semper hoc ipso quod fit, habet vt sit: quod autem sit prius quàm fieret non erat: quomodo infinitum est tempus, cuius non esse quàm esse antiquius est? quod enim nondum est, venturum expectatur, & ipsum venturum præteriturum, & quod præteriit, olim futurum erat. Si ideo ne deficiat generatio corruptióque, oportet infinitam esse generationem corruptionemque: corruptio igitur principio, sicut ingenitum &

corruptibile. quòd si hoc impossibile, ergo generatio corruptióque infinitæ non sunt.

EX EODEM LIBRO.

AT verò neque numerus ita, vt separatus ac infinitus, numerabile est enim numerus. Si igitur fieri potest vt ipsum numerabile numeretur, & infinitum poterit quispiam pertransire.

Si rei numerabilis & habentis numerum, non est infinitus numerus, tempus autem præteritum est numerabile, ergo finitum est tempus præteritum.

EX EODEM LIBRO.

QVod si non sit infinitum simpliciter, multa impossibilia accidere manifestum est. Temporis enim erit aliquod principium & finis: & magnitudines non erunt diuisibiles in magnitudines: & numerus non erit infinitus.

Si infinitum partim actu est, partim potentia, impossibile autem iudicatur quod nunc est actu infinitum, non antè fuisse potentia: ergo impossibile est infinitum semper esse partim actu partim potentia:

potentia: sed primum potentia, actu verò postea. Si quemadmodum in futurum infinitum tempus, sic in præteritum principio, carebit igitur tempore: cum sit infinitum tam in futurum quàm in præteritum. Quòd si hoc est impossibile ingenitum esse tempus in futurum, quando primum factū erat, factum est autem in præteritum: ergo tempus nō caret principio. nam rei principio carentis nulla est generatio: tempus autem generatur. Si nihil potest actu esse infinitum, ergo iam dictæ diuisiones magnitudinum non sunt infinitæ: neque iam dictus numerus est numerus. ambo enim hæc actu sunt. quod si non sunt infinita, ergo finita. si verò finita, igitur principium quoque habebunt, alter diuidendi, alter numerandi.

EX EODEM LIBRO.

ET infinitum est appositione, est etiam ablatione. magnitudo autem quod actu quidem infinita non sit diximus, diuisione verò sit. Restat igitur potentia esse ipsum infinitum. Non oportet autem infinitum potentia sic accipere, quemadmodum si potest hoc esse statua, ex hoc

hoc statua: sic & infinitum aliquod, quod erit actu, sed cum multipliciter dicatur quippiam esse potētia, perinde est infinitū vt dies est & certamen, quia fit aliud atque aliud semper, sic & infinitum. nam in his est & potentia & actu esse. omnino namque hoc modo est infinitum, vt semper aliud atque aliud sumatur: & id quod accipitur sit quidem finitum, sed semper aliud atque aliud.

Si actu non est quicquam infinitum, manifestò apparet quòd quicquid actu est, semper finitum est: finitum autem cū fit, necessariò principium habet. principium autem cum habeat, necessariò est genitum. genitum autem cum sit olim in rebus non erat: id quod de omni infinito per appositionem ablationémque, & per potentiam diuisionémque dicitur.

EX EODEM LIBRO.

NEc siquid extra est, hoc infinitū est: sed quod externe quippiam accipit, maius fit postquam externe id accepit. quod autem per appositionem externorum seipso maius fit, semper finitū est. Si infinitum semper in appositione &

ablatione, ergo infinitum semper est in appositione. quomodo igitur principio careret, cum semper fiendo esse habeat? quod enim fit principio nó caret. Infinitæ bipertiones magnitudinis: itaque potentia quidem est, actu verò non: sed semper superat quod accipitur, omnem magnitudinem multitudinem. Verùm non est numerabilis hic numer⁹, nec manet infinitus hæc, sed fit, sicut & tempus & numerus temporis. Si non manet hæc infinitas, sed fit sicut & tempus & numerus temporis, ergo nihil infinitum est ingenitum. quòd si omne infinitum genitum, ergo genita sunt & cætera omnia quibus infinitum inesse dicitur. Si accidens infinitum necessariò accidit & illis rebus in quibus est hæc infinitas: accedit autē infinito fieri & incœptū esse: ergo genitum est tempus & incœpit. Similiter autem etiam motus, cuius tempus est numerus.

EX QVARTO LIB. EIVSDEM TRACTATVS.

NAm non ens nusquam est. Quid igitur materia, cum non sit, nec hoc quid?

EX EODEM LIBRO.

REste etiam Hesiodus videbitur dicere, faciens primum chaos. dicit enim: Ante chaos, post hoc facta est latissima tellus: quasi oporteret primum fieri receptaculū his quæ sunt: qui putabat vt vulgus, cuncta alicubi esse atque in loco. Quod si ita est, admirabilis quædam ipsius loci vis erit, & antiquior omnibus. quod enim ita se habet, vt sine ipso quidem cætera nequeant esse, ipsum autem sine cæteris sit, id primū omnium esse necesse est.

Si igitur primus locus, & posteriora quæ in loco, natura sic postulante, vt dixit Hesiodus, & Aristoteles dictum eius approbauit, an non est incredibile, cæsū quod in loco est, dici ingenitum? hoc enim perinde est ac si dicas genitum antiquius esse ingenito.

EX EODEM LIBRO.

PRimum igitur considerandum est, quòd nó requireretur locus, nisi motus esset secundum locum. hæc est enim principua causa cur putemus in loco esse cœlum, quia est in motu continuo.

Si impossibile est ingenitum ad hoc vt fit & moueatur egere ope alicuius mobilis, ergo impossibile est cœlum esse ingenitum. opus enim habet loco, vt fit, moueatúrque.

EX EODEM LIBRO.

MAgnitudinem quidem habet locus, caret autem corpore.

Si locus habet finita spatia magnitudinémque, est igitur genitus. quòd si infinita, ergo aut actu aut potentiâ. si potentia, est igitur genitus locus, sicut tempus & temporis numerus. quòd si actu, ergo mentitur illa propositio quæ negat quicquam esse posse actu infinitum. Si per cuiusquâ prouidétiam locus est hoc quod est, & habet quod habet, genitus est igitur locus, & posterior quàm prouidentia. quòd si locus absque generatione ac principio est hoc quod est, & habet quod habet, est igitur ingenitus & antiquior omnibus quæ in loco sunt, imò quæ numerantur & cœlum & eius fides. sine quo enim aliud nihil est, illud necesse est primum esse inter cætera.

EX EODEM LIBRO.

NAm vt, si alteratur est aliquid quod nunc quidem est album, olim autem erat nigrum: quapropter & dicimus materiam aliquid esse: sic & locus per quandam talem imaginationem esse videtur, verùm illud quidem, quia quod erat aër, hoc nunc est aqua. Locus autem, quia vbi erat aër, hic nunc est aqua.

Si quemadmodum se habet locus ad locatum, sic se habet materia ad ea quæ continet iuxta similem imaginationem: incomprehensibilis autem est locus & materia: ergo materia nihil est eorum quæ alterantur in ea generantúrque, nec est essentia. Quomodo igitur affirmatũ est materiã essentiã esse eorũ quę generãtur?

EX EODEM LIBRO.

OMne corpus aut impetu aut incremento mouetur alicubi. Cœlum autem, vt dictum est, nec vsquam est, nec vllo in loco, siquidem nullo continetur corpore.

Si quicquid impetu mouetur, per se mouetur alicubi, cœlum autem mouetur suopte impetu, necesse est igitur cœlum

esse alicubi. quòd si hoc posterius falsum est, ergo & illud prius. sunt enim hæc ad inuicem inseparabilia, & sublato altero consequenter & alterum tollitur. Si nanque est cœlum in loco per se, quomodo in orbem volutum partibus suis nunc deorsum vergit, nunc sursum attollitur? cum enim partes eius sursum deorsumque ferantur, ánnon mentiuntur qui negant cœlum esse in loco?

EX EODEM LIBRO.

PVncti non est locus.

Ergo punctum nusquam est, sicut & non ens. Quòd si hoc falsum est, ens igitur est punctum, & alicubi. quòd si alicubi, & locum eius esse necesse est.

EX EODEM LIBRO.

ET est locus alicubi: non autem vt in loco, sed vt terminus in terminato. non enim omne quod est, in loco est: sed mobile corpus.

Si quicquid in loco idem alicubi est, non contrà, quicquid alicubi idem in loco: plus igitur est illud alicubi quàm locus. quomodo igitur vniuersa prædicamenta esse dicuntur alicubi & in loco, cum tantopere inter se differant, vt & locus dicatur esse alicubi, non autem in loco? præterea si terminus terminati, alterius quidem terminati est locus, alterius verò terminus, ánnon necessariò sequitur, semper locum esse locum ac terminum? quòd si locus antiquior est quàm ea quæ in loco, iam non erit necesse vt semper locus aliæ rei sit locus, aliæ vero terminus. præterea si quod nusquam est, non est in loco. alioquin esset alicubi, sicut dixit: ánnon idem est alicubi qd est, in loco? Ad hæc si non omne quod in loco est, ánnon quædam entia perinde erunt ac non ens, siquidem hoc commune habent quod neutra in loco sint? denique si solum mobile corpus in loco est, qui fit vt cœlum cum sit corpus mobile, in loco non sit?

EX EODEM LIBRO DE TEMPORE.

EX his itaque tempus non esse penitus, aut vix esse ac exiguè, quispiam suspicabitur. nam partim fuit non est, partim est futurum & nondum est. ex his-

ce autem constat & infinitum, & quod semper accipitur tẽpus. at hoc in ratione rerũ esse, quod ex his quæ nõ sunt constat, impossibile videtur. omnis enim rei quæ quidem sit partibilis, necessum est tunc aut omnes partes esse aut aliquas. at temporis quòd constat esse partibile alias partes transactæ, aliæ futuræ sunt, nullæque penitus adest. ipsum autem Nunc, partem non esse constat, pars enim mensuram recipit, & oportet totum componi ex partib. tempus autem non videtur componi ex ipsis Nunc.

Si quicquid fit, non erat antequam fieret, non est igitur tempus sempiternum & sine principio, proinde nec motus sempiternus est & sine principio, cuius tempus est numerus. si enim futura pars temporis nondum est, erat autem & præterita pars temporis antequam futura fieret, erat igitur quãdo nõ erat præterita pars temporis. quòd si oportet infinitum carere principio, non est igitur infinitum tempus, cũ mutatio futuri sit ei principium. Tũ si præterita pars tẽporis, actu est tẽporis, futura verò potentia: actus autem & potentia sunt in entibus. ergo ex non entibus non constat tempus compositum

è futuro & præterito. Adhæc si tempus non est essentiæ particeps, cum tamen adesse possit essentiis, hinc quoque apparet, tempus esse ex entib. Tum si præteritæ pars temporis consideratur in præteritæ partibus eius quod diuiditur, quomodo nulla portio est temporis apti nati ad hoc vt diuidatur? præterea si ipsum Nunc non est minima pars temporis, quî fieri potest vt futurum quidem mutetur in Nunc. Nunc vero in præteritum, cum Nunc non sit pars temporis? hæc enim omnia sunt partes temporis, primum, futurum, posterius, nunc, deinceps, præteritum.

EX EODEM QVARTO EIVSDEM TRACTATVS libro.

ITaque nec motum, nec sine motu tempus esse apparet.

Atquî & hoc manifestò apparet, tempus esse genitum non sempiternum, inceptum non carens principio, finitum nõ infinitum. quod si tempus tale est, necessariò sequitur vt & motus sit talis, cuius numerus est tempus.

EX EODEM LIBRO.

QVantus enim motus, tantum etiam tempus semper videtur fieri.

Quibus adest vt sint generabilia generatáque, ab his necessariò abest & sempiternitas & infinitas & carentia principij.

EX EODEM LIBRO.

TVnc dicimus fuisse tempus, cũ prius in motu posteriusque senserimus. hoc autem ipso definimus, quòd aliud atque aliud ipsa, & aliud quid inter ipsa medium esse existimamus. nam cum extrema alia à medio intelligimus esse, & animus ipsa Nunc duo dicit, alterum prius, alterum posterius: tunc & hoc ipsum tempus dicimus esse. quod enim ipso Nunc definitur, id tempus esse videtur. est enim tempus numerus motionis secundum prius & posterius. non est igitur motus tempus, sed motus habet numerum. argumentum est quia plus & minus discernitur numero: motus autem maior minórque discernitur tempore.

Qui generationẽ temporis motu priore posterioréque definit, nec tempus nec motum sempiternum, infinitum, & sine

principio asserit. si enim factum est, nec est sempiternum, nec careat principio: tũ si propriis extremitibus finitur, infinitum non est.

EX EODEM LIBRO.

IPsum autem Nunc mensura est temporis iuxta prius & posterius: sequiturque motus quidem magnitudinem, hunc autem tempus.

Si Nunc non est pars temporis, vt dixit in 33 cap. quomodo metitur tempus? aut igitur non metitur tempus Nunc istud, aut necessariò est pars temporis. tum si magnitudinem sequitur motus, hunc autem tempus, ergo genita est magnitudo, sicut tempus & motus qui hanc sequitur.

EX EODEM LIBRO.

LIneæ minimus numerus, multitudine quidem est duæ aut vna, magnitudine autem non est minimus. sic tempus, minimum numero est vnum aut duo, magnitudine verò non item.

Nisi minima pars lineæ sit punctum, tẽporis autem Nunc, quid aliud est punctũ

in linea, quàm nunc in tempore? quod si nõ est minima pars, sed terminus, quomodo igitur sine terminato impossibile est esse terminum, punctũ autẽ potest esse sine linea? tum si quibus non inest minimum, eisdem neque maximum, sublata hac differentia partium maximæ minimæque quænam supererit reliqua?

EX EODEM LIBRO.

QVare manifestum est, quòd ea quæ semper sunt, quatenus semper sunt, non sunt in tempore, non enim continentur à tempore, neque mensuratur esse ipsorum à tempore.

Quomodo igitur motum dixisti esse sempiternum, & tempus eius numerum? à quibus enim tempus separari non potest, ea non possunt esse nisi in tempore.

EX EODEM LIBRO.

QVæcunque neque mouentur neque quiescunt, non sunt in tẽpore, esse enim in tẽpore, est mensurari tẽpore. Tẽpus autẽ motus atque quietis mensura est.

Si quicquid est in tempore, mouetur &

quiescit: cœlum autem, vt ipse ait mouetur, & quiescit terra: in tempore igitur cœlum & terra sunt, atque horum motus ac quies. Præterea si genitum est tempus necessariò

* ex sub-

iecto in non subiectum. ergo nusquam est materia, quam supra dixisti subiectam his quæ vel generantur vel corrumpuntur, alteris vt ex quo, alteris vt in quod.

EX EODEM LIBRO.

NAm non album, aut non bonum, capax tamen est motus per accidens: potest enim homo esse quod non album est. quod autem simpliciter non est certum quid, non item: impossibile est enim moueri non ens.

Si ex eo quod non mouetur impossibile est fieri essentiã simpliciter: non ens autẽ non mouetur, cum non ens moueri sit impossibile: quomodo facta est essentia è materia, simpliciter hoc quid nõ existẽte?

EX OCTAVO EIVSDEM TRACTATVS LIBRO.

QVòd si impossibile quidem est tempus esse ac intelligi sine Nũc ipso,

Nunc autem ipsum medium est quoddam principij simul finisque rationem habens, principij quidem futuri, finis verò translatit: tempus sit semper profectò necessarium est. vltimum namque temporis eius quod extremum sumptũ est, in aliquo ipsorum Nunc erit. nihil enim in tempore, præter Nunc ipsum, accipi potest. Quare cùm ipsum Nunc principium sit atque finis, extra ipsum ac vltra tempus sit semper necesse est. At si tempus semper esse necesse est, patet & motum necessariò semper esse: quippe cum tempus affectus sit quidam ipsius motus.

Hic adstruit Aristoteles cœlũ esse sempiternum. si enim est quoddam medium & principium & finis, & vtrinque semper tempus cohæret, hinc necessariò sequitur tempus esse sempiternum. id verò absurde asseri hoc pacto coarguetur. fieri enim fiet tempus futurum, sic factum est & præteritum: sed futurum, sicut habet hoc vt fiat tandem, sic habet etiam suum principium: & sicut nihil præteriti est in futuro, ita nec futuri quicquam est in præsenti. cæterum si ipsum Nunc ens est & adest, futurum verò nondum est, neque nec præsens: ergo non est hoc præsens

Nunc, principium futuri temporis: sed quòd futurum est Nunc, illud est principium futuri: quod neque mediũ est quod vtrinque tẽpus habeat, sed vtrolibet spectes, nec principium nec finis est: ipsum quidem Nunc, sed diuersorum temporum: vt principium quidem futuri, finis verò præteriti: sed aliud Nunc principium, aliud finis, eiusdem licet temporis: alioquin si impossibile est Nunc, esse Nunc, nisi prius sit futurum & non ens, ergo impossibile est Nunc, sempiternum esse. si enim omne prius non ens, pòst generatur & fit, tale autem etiam nunc est, ergo ipsum Nunc est genitum. quod si ipsum Nunc, necessariò etiam tempus omne, cuius ipsum Nunc & principium & finis est. quòd si tempus, necessariò etiam motus, cuius tempus est numerus. quòd si motus, necessariò etiam corpus quod mouetur est genitum.

EX EODEM LIBRO.

OMnino autem hoc principium sufficiens esse putare, semper inquam, esse sic aut fieri, nõ recte se habet: ad quod Democritus casus naturales reducens,

Sic, inquit, etiam antea fiebat. ipsa autem Semper, nõ quærendum principium censet, in quibusdam hoc recte dicens, in omnibus autem non recte. etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales, attamen sempiternitatis huius est alia causa. principiorũ tamen quę quidem sunt perpetua, non est alia causa.

Si igitur vt fit nunc, ita etiam antea fiebat, non recte creditur hoc principium esse eorum quæ semper secundum naturam generantur: ergo necessariò recte creditur principium esse eorum quæ secundum naturam generantur, quòd non ita facta sint vt nunc fiunt, sed aliter. ideo æquum est etiam huius sempiternitatis quærere principium, aliter fit animal ex animali, & aliter factum est animal ex non animali. Animal quidem ex non animali, neque secundum naturam fit, neque semper. animal autem ex animali & semper & secundum naturam fit, ex quo cœpit initiũ generationis ex illo animali genitò citra animalis operam. idem dicendum de omnibus quæ secundum naturam gignuntur, non solum de quibusdam. impossibile est enim oriunda è principiis genitis, eandem originem habere quam habent ipsa principia.

cipia. In rebus genitis sempiternitas caret principio nõ potest esse: etenim triangulus semper duobus rectis æquales habet tres angulos, principium habens genitum rectam lineam, cuius ratio est summa intensio: hæc enim est causa cur triangulus duobus rectis æquales habeat tres angulos. quæ si absit, non potest esse triangulus. triangulus autem si absit, nihilominus potest esse recta linea. Principia eorum quæ secundum naturam semper fiunt, æterna esse non possunt. nam si suam naturam impertiunt ex se genitis, eámque genitam, ergo etiam principiorum natura est genita, etsi modus generationis diuersus sit.

EX EODEM LIBRO.

NEcessium est esse aliquid vnũ & perpetuum, quod primum mouet. demonstrauimus enim necessariò semper motum esse. quòd si semper, continuus sit necesse est. nam semper est continuum: quod enim deinceps sit non est continuũ. continuus autem vnus, vnus autem vno mouente & vno moto. si enim aliud atque aliud mouebit, non continuus motus fiet, sed deinceps.

Si illud primum mouens secundum latationem mouet, is autem motus est circularis, cœlum porrò est naturale corpus, naturale autem corpus in seipso habet motionis naturalis principium: ergo superuacuè cœlum mouetur motu primi mouentis secundùm lationem: quandoquidem etiam hoc cessante, moueri à seipso poterat, cum constet è quinto elemento nec grauitatem habere qua vergat deorsum, nec leuitatem qua sursum tollatur, sed aliam vim innominatam qua moueatur circa mediam. Si illud primum mouens quod mouet cœlum secundùm lationem, nec naturaliter ipsum mouet, id enim esset superuacuum: nec præter naturam, is enim motus deterior est alteratorum, ergo non est quod cœlum moueat. Si omnis motus vt sit nunc, ita & antea fuisset: fit autem nunc secundum naturam eius quod futurum est: futurum autem non erat priusquam fieret: ergo quicquid primum non ens post producitur, id genitum est: genitum verò quàm principio carere æternumque esse haud potest: ergo motus nec æternus est, nec caret principio.

EX EODEM LIBRO.

MAnifestum est lationem primam esse primum enim, vt in aliis, sic & in motu multipliciter dicitur. dicitur enim prius, & id quo sublato cætera tolluntur, ipsum autem vel aliis sublatis est: & quod tempore præcedit: denique quod præstantius est secundum essentiam. Quare si necesse est continue motum esse, erit autem continue aut is continuus est, aut is qui est deinceps, magis autem erit is qui est continuus, præstatque continuum esse, atque id quod præstat in natura semper esse putamus, modò possit esse: potest autem continuus esse, vt post demonstrabitur, nunc satis est si supponatur: atque nullus alius esse potest, nisi latio tantum: latio profecto motus sit primus necesse est. nihil enim cogit vt id quod fertur crescat, alteretur, generetur, corrumpatúrue. at hasum mutationum nulla esse potest, si continuus is motus quo mouet primum mouens, auferatur. Præterea primum tempore esse necessum est. hic enim solus corporibus accommodatur, at in vno quoque eorum quæ generantur, lationem motuũ

vltimam esse necesse est. post ortum e-
nim alteratione primùm incrementum,
deinde iam perfectum latione mouetur, sed
aliud prius necessum est esse subiecta la-
tionem, quod & generationis his quæ
fiunt causa erit, non ipsum subiens gene-
rationem, vt id quod genuit, rem genera-
præcedat. nam generatio ideo motum
prima videtur, quia factam oportet esse
rem primùm. At hoc quidem in vnaquo-
uis re generanda ita se habere videtur, a-
liquid tamen aliud antè moueatur neces-
se est: quod quidem ex hic est quæ oriun-
tur & occidunt, non subiens generatio-
nem, & hoc item aliud prius.

Sic quicquid augetur est genitum,
augetur autem latio quantitate motus,
non est æterna latio. corpus enim quod
fertur habet locos varios. in quibus pro-
tendens migrationem suarum partium,
dum fertur, augeri facit motum secundum
lationem. Si latio habet in se augmen-
tum quantitate motionis, quomodo dic-
citur hæc latio motum secundum augmen-
tum præcedere? Si impossibile est id
quod principio sinéque caret, augmentu
per appositionem capere, ergo latio eo
caret principio, quæ quantitate motus

semper augetur. Si latio consistit in fieri
& cessare, non est æterna, cum in ea non
esse quàm esse sit antiquius, omnis enim
motus secundum mutationem sit nondũ
entis, sed futuri. Si omnis latio præterita
sui parte finita est, omne autẽ finitum ne-
cessariò etiã incœpit, omne autem quod
incœpit est genitũ, genita igitur est latio.
quòd si latio corpore quod fertur non est
antiquior, ergo & quod fertur est geni-
tum. Si in rebus æternis aliud tantùm mo-
uet aliud tantùm mouetur æternè motu
secundum lationem, annon est impossibi-
le id quod principio caret motu inchoata
moueri? Si id sine quo aliud nihil est, præ-
cedit alia tum essentia tum tempore, quo-
modo non est ingenitum? concessum est
enim illud primum mouens omnibus esse
antiquius & ingenitum, atque etiam cœ-
lum & quæ in eo spectantur mouẽtúrque
sidera ingenita esse omnia: quod absur-
dum est dicere, esse aliquod ingenitum
prius aliquo æterno in æternis. Si illud
primum mouens motu continuo, neque
secundum naturam mouet, neque præter
naturã, quòd ille motus sit superuacuus,
vt dictum est, hic autem deterior altero,
ergo nihil mouet motu continuo. Si eorũ

quæ sempiterne mouentur, motus nec prior ipsis est nec posterior, est autem omnis motus mutatio nondum eius fed futuri, accipient igitur omnia quæ mouentur suam essentiam & mutationē non dum entis sed futuri. Si vniuscuiusque rum quæ generantur latio motus est vbi mue, necesse est tamen aliud motum secundum lationem esse antiquius, quoniam generationis causa est, cum ipsum de ingenitum: qui dicet potest vt vnum & illius causa sit generationis, tum eius quæ præter dum naturam est, tum eius quæ præter turam? nam primus ille genitor non est genitus: quamuis quod primo moueb sic mouebatur ad generationem primi geniti, sicut id postea motum fuit ad generationem ex se oriundi. Aut igitur est causa omnis generationis illud quod sic mouetur ingenitè: aut illud primum mouens non mouet motu continuo, considerando differentiam generationis rum quæ fiunt partim naturaliter, partim supernaturaliter. Si est ingenitum prius & posterius, erit igitur aliquando ingenitum non ingenitum: quod est absurdum, aliquando non esse quod est ingenitum.

EX EODEM LIBRO.

IN cōtinuo insunt quidē infinita dimidia, nō tamē actu continuo sed potētia.

Si actu continuo, nihil est infinitum, nimirum nec motus nec tēpus: cum motus tempusque præterita sui parte finita sint, ac proinde principium quoque habeant necessario. hoc autem cum habeant, necessariò sunt genita. Quòd si motus tempúsque sunt genita, necessariò consequitur vt & corpus quod mouetur sit genitum, quod semper eo ipso quòd mouetur habet vt fit. Quòd etiam semper quoduis assumptum tempus biparritionem admittit sumendo de futuro & apponendo ad præteritum, ne sic quidem fieri potest vt tempus præterita sui parte vnquam infinitum sit actu continuo.

EX PRIMO DE COELO LIBRO ARISTOTELIS.

NEcessum est esse aliquod corpus simplex, quod quidem aptum sit circulari motu suapte natura ferri.

Quis igitur est vsus illius primi mouētis ad mouendū tale corpus, quod suapte

natura feratur motu circulari?

EX EODEM LIBRO.

PAtet igitur esse in rerum natura quã-dam aliam essentiam corporis præter eos quæ hic consistunt, priorem his vniuersis atque diuiniorem.

Si corpus istud sempiternè ac sine initio circum terrã hanc nostram moueatur, quomodo potest esse antiquior q̃ terra ipsa, sine qua nõ potuisset moueri motu circulari? Quòd si æquè sempiterna, ingenita, & ad cõstituẽda quæ hic gignũtur vita, & ad cõstituẽda quæ hic gignũtur vita-lis est terra, atque corpus illud quod tale prædicant, quãnam ratione debet corpus hoc censeri terra ipsa antiquius?

EX EODEM LIBRO.

CORP⁹ autẽ in orbẽ fertur, impossibile est habere grauitatem aut leuitatem.

Si id quod nec grauitatem nec leuitatem habet, nõ potest esse cõtiguum rebus habentibus grauitatem leuitatemque ineſt contiguum, quomodo cum hoc habeat quod sine illis esse non potest, illa ipsa tamen non habet? præterea quomodo vim calefactiuam aëris suo motu efficit? sicut apud nos corpora habẽtia grauitatem leuitatemque, vim calefactiuam exercent suis motibus.

EX EODEM LIBRO.

LAtionis verò contrarietates, secundum locorum sunt contrarietates. Si igitur æquales essent, motus ipsarum non esset. quare si ambo essent frustrà sanè alterum esset corpus, non motum suo motu, frustra enim calceum cum dicimus esse, cuius vsus non est. Deus autem & natura nihil frustra faciunt.

Si essent in latione corporum motus contrarij: siue æquales per mutuã resistẽtiam impedientes se inuicem; siue inæquales, vt prævalente altero alterum corpus sisteretur, nec in naturali motu pergeret, frustra facta fuissent hæc sic impedita propriis motibus, ac proinde nec Dei nec naturæ essent opera. Quòd si horum frustra factorum nec natura nec Deus est cõditor, ergo opera quæ absque vllo impedimẽto naturales suos motus peragũt, Deus atque natura condidit, quomodo igitur nõ est dictu absurdissimum, inge-

nita & sempiterna esse curereque principio hæc quæ Deus atque natura condidit? & cũ calceos habiles dicam? opus artificis, quid vetat etiam corpora mentis proprios naturaliter peragentia Dei naturæque inuenta dicere?

EX EODEM LIBRO.

Aliam igitur esse formæ rationem eã quæ sine materia est, aliam eam quæ in materia est: recte profectò dicitur, atq; verum esse ponatur. nulla tamen ob id̃ sum mundos aut plures esse, aut plures posse posse necessitas est: si hic ex vnius materia constat, vt reuera constat.

Si hæ rationes hoc ipso inter se differũt, quòd sine materia sint vel in materia, apparet rationem in materia posteriorem esse ratione sine materia. quomodo igitur ingenitus est mundus, qui è ratione posteriore constitutus est? Si materia nec formam habet nec essentiam, nec est hoc quid prius quàm formam assumat atque essentia & hoc quid: quomodo mundus est ingenitus qui è tali materia factus est? Si is qui vnus mundi rationem percepit, percepit & plurium: & non

vt ipsi visum est condidit hunc mundum sed pro copia materiæ fecit vnum, cum pro eius inopia nõ valeret plures facere: annon videtur frustra percepisse rationes mundorum plurium, quos non valuit absoluere præ inopia materiæ?

Si ex ingenito ingenitum fieri est impossibile, quomodo mũdus è materia factus est, si æquè ac illa est ingenitus? Nisi Deus sic fecit materiã, sicut ea quæ fecit è materia: ergo non fecit Deus quæcunque vult, sed quæ potest facere. quòd si tantũ potest quantum vult, ergo & materiã fecit æquè ac ea quæ cõstãt è materia.

Si materia subiecta Deo ad rerũ creationem, licet informis essentia qualitate, quantitate q; carẽs, nihilominus per Dei potẽtiã mutata est in hæc omnia, & essentia facta qualitatem ac quantitatẽ assumpsit: quomodo per tã efficacẽ ad eam mutandã Dei potentiã non creuit in tantũ, vt etiã plures mundi ex ea producerentur, sed absumpta hac in vni⁹ mũdi creationẽ, inultus Deus à pluribus creãdis destitit.

EX EODEM LIBRO.

Coelum est quidem ex his quæ singularia sunt & ex his quæ constat è ma-

teria: sed si ex vniuersa constant, non ex parte, esse quidem ipsius cœli & huiusce cœli aliud est: non tamẽ aut erit aliud, aut fieri poterit, propterea quòd hoc vniuersam materiam est complexum.

Si cœlũ est ex his quę singularia sunt, & ex his quæ constant è materia rationéque, vt esse ipsius cœli aliud sit, aliud verò rationis sine materia, quomodo non est genitum, cum principium ei sit compositio è materia rationéque, ex quibus ipsum constat? Si materia per se nec grauitatem habet nec leuitatem: sunt enim hæc corporum ex ea factorum accidentia: si ex vniuersa tali materia factum est cœlum nec grauitatem habens nec leuitatem: vnde facta sunt cæterа, quando vniuersa materia in cœlũ creandum absumpta est? Si priusquam formaretur materia in hanc cœli formam, nec grauitatem habebat nec leuitatem, fecit, ne nunc quidem habet postquã facta est: cur non mouebatur antequam formaretur, sicut nunc mouetur post formationem? Si moueri est substantię, & carere grauitate leuitatéque, est materiæ substantiæ: mouetur autẽ cœlũ circulari motu q̃ grauitate leuitateq; careat, manifestũ est motum inesse cœlo propter materiam non propter formam. quomodo igitur materia non poterat moueri in orbem priusquam formaretur, cum nec grauitatem haberet nec leuitatem?

EX LIBRO SECVNDO DE COELO.

EOrum quodque quorũ est opus operis ipsius esse gratia constat. Dei autẽ operatio, immortalitas est. hoc autem, est perpetua vita, quare Deo perpetuũ inesse motum necesse est. cum autem cœlum sit tale (est enim corpus quoddam diuinum) ideo corpus rotũdum habet, quod suapte natura semper voluitur.

Si quicquid ingenitum æternumq; est, non habet autorem essentiæ suæ: ea vero quorum est opus, operis ipsius sunt gratia: non sunt igitur æterna, quæ his operibus vt causis debent suam essentiam.

Si inanimatorum est per præsentiam tantum suam operari naturales operationes, rationalium verò suapte voluntate agere: quomodo cœlum est Deus, quòd non voluntate immortalitatem operatur, sed motu & migratione sui partium?

Si ingenitum neque vt sit, neque vt
quid faciat, eget ope cuiusquam, aut vlo
externo cooperatore quomodo cœlum,
oùm & vt sit mobile, terra opus habeat, &
sine socijs sole, luna cæterisque sideribus
nil agat, est ingenitũ? Si ingeniti ratio nõ
est in agẽte, quomodo cœlũ si est ingeni-
tum habet rationem sine materia in a-
gente, & rationem materiatam in ma-
teria, vt aliud sit ipsum cœlum, aliud hoc
cœlum. Si non potest cœlum facere vo-
luntate quę facit motu, quomodo habe-
dum est pro Deo æterno cum æternam
vitam non sponte operetur? Si cœlum re-
rebus æternis non operatur vitã æternã
habent enim hãc ex natura propria: ge-
nerabilia vero & corruptibilia nõ viuũt
in æternum? vbinam est illa æterna vita
quam cœlum operatur? Si non solum ad
generationem eorum quæ fiũt, verum etiã
ad corruptionem vtilis est cœli motus
quomodo cœlum est Deus, & operatio
eius vita æterna, per quem corrũpuntur
corruptibilia? Si ex materia nõ potest fie-
ri quicquam coæternũ ipsi materiæ, quo-
modo cœlũ est ingenitũ, cum constet ex
materia? Si quicquid ex vtroq; constat ex
utroq; posterius, quomodo cœlum con-

stans è materia formáq;, coæternum est
vtriquè? Si forma non à materia sit, sed ab
agẽte, quomodo cœlum cum aliunde ma-
teriam habeat, aliunde formã, ingenitum
est? Si cœlũ est corpus materiale, & habet
formã orbicularem, & est ingenitum,
quomodo non vtrunque sumpsit à mate-
ria, vt & esset quod est, & haberet quod
habet? Si materia est id quod per se subia-
cet ac inest omnibus quæ fiũt ex ea, quo-
modo cœlum cum sit ingenitum, haud se-
cus quàm res genitæ materiam in se sub-
iectum habet?

EX EODEM LIBRO.

QVoniam cœlum corpus quoddam
diuinum est, ideo est orbiculare,
simplicis naturæ mouetur in orbem semper.
Cur igitur totum corpus cœli tale non
est? quia quippiam corporis eius quod
voluitur, id inquam, quod est in medio,
manere necesse est. huius autẽ nulla pars
potest manere quomodocunq;, nedum in
medio. Naturalit enim eius motus esset
ad ipsum mediũ, at ipsũ naturaliter in or-
bẽ voluitur. alioqui motus is æternus nõ
esset, cum nihil alienũ à natura sempiter-

num sit. id autẽ quod est præter naturam, posterius est eo quod est secundum naturam. Sit igitur terra necesse est. hæc enim quiescit in medio. At si terrã esse necesse est, igné etiã esse necesse est. cõtrariorum enim si alterum est natura, & alterum esse naturam necesse est, si sit contrarium, aliquam ipsius esse naturam, est enim eadem contrariorum materia, & priuatio posterior, velut calidum prius est frigido. Atqui si est ignis & terra, terra ea quoque corpora esse, quæ sunt inter ipsa, necesse est. contrarietatem enim habet quodque elementorum ad vnumquodque. Hæc cum ita se habeant, liquet generationem esse necessariam, eo quòd ipsorum nihil æternum esse potest. alterius enim se ipsa contraria mutuum, & à se inuicem patiuntur corrũpunturq; Præterea non est rationi consentaneum, mobile quippiam æternũ esse, cuius motus secundũ naturã æternus esse non potest. at horum est motus. ex his igitur patet necessariò generationem esse. si verò generationem, & aliam lationem aut plures esse necesse est. nam vt se habet totius motio, sic necessum est habere se & elementa corporum ad se

ad se inuicem. Nunc hoc patet, quam ob causam plura sint corpora in orbem volubilia, quia necesse est generationé esse, siquidem & igné esse necesse est. igné autẽ & cætera. siquidem & terram: hanc autem quia necesse est esse aliquid quod cõsistat maneatque semper, si moueri quippiam semper oportet.

Si eo quòd grauitate leuitatéque careat, cœli corpus est mobile circum sui medium, necesse est igitur vt totum cœli corpus moueatur circum medium. quòd si cœlum habet tale corpus, motum verò talem non habet, patet quòd præter naturam moueatur. Si circum medium moueatur corpus cœli, at non totum secundũ lationem elementi ex quo constare dicitur, sed in orbem per migrationem partium oppositarũ sibi inuicem, annõ orbicularis motus prævalet elementi motui? atqui hauquaquam elementarium corporum motus formam sequitur, sed elementa imitatur ex quibus constant ipsa corpora. quomodo igitur in cœli corpore mutata est hæc motuum necessitas? Necesse est vt corpus grauitate ac leuitate careat quiescat potius sine motu quàm moueatur sine requie. nam si neque deor-

sum fertur grauitate sua, neque sursum leuitate attollitur, necesse est vt immobile maneat. Si formaretur lapis in globi speciem, & poneretur in aëre, vt in suũ locum ferretur, non moueretur in orbem propter figuram sphæricam, omissa ratione deorum, sed rectà deferretur propter grauitatem: quomodo igitur quæso tum illud elementum quod est cœli materia, cum sit natum moueri circum medium eo quòd grauitate ac leuitate careat, secundũ suam naturã nõ fertur totũ cum suis partibus circummediũ, sed in orbem transmigratione partiũ oppositarũ sibi inuicẽ, cũ non sit hæc elemẽti natura, sed figuræ orbicularis. Sin nec præter naturã, nec superfluũ, nec frustra quicquam est in rebus æternis, quomodo igitur cœlum præter naturã mouetur, & frustra habet elemẽti sui naturã secũdũ quã nõ mouetur, & superflue à primo mouente ipso immoto mouetur, cum potuerit motu proprio vel absq; illo moueri. Nisi quod quiescit quiesceret semper in medio, quod semper mouetur nõ moueretur circa medium: quomodo igitur nõ est falsum, cœlum moueri semper suapte natura? Nisi naturam situmque terra haberet sic vt habet, & nisi cœlũ quoq; naturam situmq; haberet sic vt habet, nec quod mouetur moueretur, nec quod quiescit quiesceret: Quomodo igitur hæc æterna sunt & ingenita quæ essentiam & qualitatẽ mutuãturã se inuicem, cum hoc sit rerum genitarũ proprium? Si in rebꝰ æternis nec per prouidentiam est quicquã, nec casu: quæ enim per prouidentiã fiũt, posteriora sunt quam prouidentia, & casus præter naturã aut per accidẽs est in rebus volũtariis: porrò quod præter naturam posterius est quàm quod secundũ naturã, deflectendo enim à natura præter naturam fit, & accidens in volũtariis posterius est quàm voluntas ipsa: quomodo consistit in rebus æternis esse hocce, propter esse aliud hoc quid? verbi gratia, quoniam cœlum est, necesse est esse & terram. quòd si terra & cœlum est, idq; opus prouidentiæ, quæ hanc rerum vniuersitatem è diuersis vel vsu vel essentia partibus confecit: ergo aut non sunt æterna cœlũ & terra, comprehensaq; his omnia se inuicem vt sunt agant patianturque adiuuantia: aut si sunt æterna, nõ necessum est hocce hocce esse, quia hocce hocce est. Aristoteles vnã æternam necessitatem supponens, mul-

tas alias æternas necessitates ab hac sup-
posita pendêre fecit necesse est, inquit, es-
se motum perpetuum. quòd si motum ne-
cesse est esse tempus quòq; perpetuũ, tem-
pus enim est motionis numerus. quòd si
motus ætern⁹ est, necesse est hũc esse co-
tinuũ. quòd si continuus est motus, necc-
se est esse corpus simplex diuersum ab his
quæ hic sunt corporibus, nec grauitatem
habens nec leuitatem. nam grauia leuia-
q; corpora quoniam in directum mo-
uentur, continuè moueri non possunt.
quòd si continuo mouentur, necesse est
ea habere figuram sphæricam. hæc enim
sola capit motum continuum. quòd si
in orbem mouentur, necesse est terram ei-
se in medio semper quietam, vt circum
eam fiat motus circularis. quòd si terra
est, necessariò etiam quæ terram inter
& ignem sunt corpora. quòd si, hæc quo-
que necesse est esse generationem. quo-
niã autẽ hæc æterna esse non possunt, ne-
que generationem esse necesse est, aliàs q;
circularia corpora. verùm istud. Si hoc-
ce hocce est, necesse est hocce hocce ci-
se, in ingenitis ac æternis locum non ha-
bet: ergo non sunt æterna & ingenita quę
diximus, quòd si hæc æterna sunt & in-

genita, non est igitur hoc propter illud,
neque illud propter hoc. Quandoqui-
dem si terra est necesse & ignem esse &
quæ media intercedunt corpora, quo-
modo cum terra æterna sit & ingenita,
ignis non est æternus, leuis licet petens q;
sublimia? nã si, vt air, quorum contrario-
rũ alterum naturaliter est, & alterum na-
turaliter esse necesse est: annon absurdum
terram æternam & ingenitam esse, ig-
nem autem non æternum? aut ignem æ-
ternum esse, terram nõ æternam? cum al-
terum sit propter alterum. Si propter ge-
nerationem necesse est esse alia circularia
corpora, quomodo generatio non est
causa sempiternorum? æterna sunt enim
corpora circularia, & secundum horum
motum generatio quòd si hoc absurdum
est, non sunt igitur ingenita circularia
corpora. quæ enim sunt ideo quia sunt
alia, hæc genita sunt non æterna. Si ad-
mittitur in æternis esse quod est in geni-
tis, necesse est hocce esse, quia hocce est:
ergo nil differunt ab ingenitis ingenita?
nam in æternis, inquit, nihil differt esse, &
esse posse.

EX EODEM LIBRO.

QVamuis in circulo duo motus sibi possunt, tamen non sunt contrarij. Sed si nihil in æternis esse fortuito aut à casu potest, cœlum vero perpetuum est atque ipsa conuersio, quam ob causam ad altera fertur, non ad altera? nam & hoc principium esse, aut ipsius principium esse necesse est. Natura semper id facit quod fieri potest optimum: vt autem lationum recta, ex ea præstabilior est qua locus superus petitur (est enim diuinior locus superus infero) sic & ea qua itur versus anteriora, præstabilior est ea qua itur retrorsum. habet autem si dextrum, etiam sinistrum. attestatur autè dicta dubitatio, quod habeat prius & posterius hæc enim causa dubitationem soluit. nam si se habet vt potest optime, hæc erit profectò causa eius quod dicimus. optimum enim est simplici ac incessabili motu moueri, & hoc ad id quod præstabilius est.

Si natura illa, quæ solet facere quod fieri potest optimum, effecit vt cœlum moueretur prorsum non retrorsum, quomodo æternum est cœlum cum suo motu

à natura factum, à qua optimum mouendi se modum accepit? Si tanto præstabilior est motus qui prorsum mouetur quã qui retrorsum, quanto is qui sursum se concitat, præstat ei qui vergit deorsum: quomodo non sunt cõtrarij motus hi qui tantopere inter se differunt? Si corporum simplicium motus simplex non solum fieri potest, sed est necessariò: quomodo duobus motib⁹ moueri potest cœlum simplici corpore præditum, atque etiam mouetur quantum ad potentiam attinet? Si cœlum vndiquaque æquale constat ex æqualibus partibus, & quomodocunq; moueatur, in orbẽ mouetur, potest igitur & à meridie moueri in septentrionem, & à septentrione in meridiem: sicut moueri potest ab oriente in occidẽtem, & ab occidente in orientem. Quomodo igitur natura non frustra corpori cœli tot motuum facultatem indidit, cùm posit modis quatuor moueri, non moueatur tamen nisi simpliciter?

EX EODEM LIBRO.

DE iis autẽ quæ stellæ vocantur deinceps dicendum esse videtur, ex qui-

bus constent, quásque figuras habeant, & quinam sint ipsarum motus. Est autem rationi & his quæ suprà disseruimus consonum, vnamquanque stellam censere ex eo corpore in quo fertur, quoniam diximus aliquid esse quod ferri circulariter natum est. vt enim qui dicunt igneas esse, ideo dicunt quia superum corpus igneum esse aiunt, quippe cum consonum sit rationi ex iis quamque constare in quibus est quæque: sic & nos in hac sententia nostra dicim⁹. calor autē ab ipsis luminibus generatur, quòd aër illarum motu attenuatur. nam motus aptus natus est ignire ligna, ferrū, & lapides: tāto magis id quod est igni propinquius. propior autem est aër, vt videre licet in missilibus telis quæ per eum feruntur hæc enim sic incandescunt vt liquescant glandes plūbeæ: quod cum eis accidat, necessum est vt etiam aër ipsas circundās idē patiatur. Hæc igitur ideo calescunt, quia feruntur per aërem, qui quidem ictus cōmotúsque in igné vertitur. superorum autem corporum vnumquodque fertur in suo circulo, vt ipsa quidem non igniantur, sed aër cum sit sub volvente sese circulo, ob illius motum calescat necessariò, præsertim sub

eo cui sol infixus est, quapropter quando propius accedit, & oritur, & supra nos est, fit etiam calor. quòd igitur nec sint igneæ, nec in igne ferantur, hæc nobis dicta sint.

Si ex eadem materia cœlū & stellæ cōstant, quomodo non est falsum illud, Ex omni materia factum est cœlum: & illud, Omnem materiam comprehendit? Si id quod motum calefacit alia, non potest hoc efficere, nisi prius seipsum motu suo calefaciat: quomodo cœlestis globus & quæ in eo sunt sidera motu suo calefaciunt aërem, cum ipsa non calescant? Si id quod suo motu vim calefaciendi exerit, necessum est aut grauitatem habeat aut leuitatem: quomodo cœlum & quæ hoc continentur sidera vim calefactoriam exerunt, cum nec grauitatem nec leuitatem habeant? Si quæcunque habent eandem essentiam mobilē, necesse est moueri motu eodem per se non per accidēs. quomodo sol non mouetur per accidens, si suæ sphæræ illigatus est? idem dicendum de stellis cæteris, si non per se mouentur naturalibus motibus, sed per sphæras quibus illigatæ sunt.

Si sol constat ex eadem qua cœlū mate-

ria, nec grauitatem nec leuitatem habere, & formam circularem habet qualé & cum lũ: cur non eodẽ modo mouentur ambo, aut transmigratione partium oppositarũ sibi inuicem? Si in rebus æternis nihil est præternaturale, quomodo non est alienum à natura, moueri quicquam motu à natura sibi dato, nec tamen per se moueri, sed per alterum? mouentur enim sol & stellæ non per se, sed per sphæras quibus illigatæ sunt. Si quemadmodũ facta quæcunque secundum rationem sunt quicquid facta sunt, sic & ingenita secundum rationem sunt quod sunt: ergo ratione posteriora sunt ingenita, id ñ est impossibile, ergo non secundum rationem sunt ingenita. cum autem nõ sint secundum rationem, quomodo suis quæque functionibus perfunguntur, in vsum communem, & habent quod habent, agúntque quod agunt? quæ enim vsum aliquem exhibent rationis prouidentiæque sunt opera. Si res genitas sequitur vt ex ratione sint & materia, ergo ingenita non sunt è ratione & materia: quomodo igitur ingenita sunt cœlum & ea contenta omnia, cũ sint è ratione & materia? Si vt ait Aristoteles, in æternis ni-

hil est frustra, nec præter naturam, cur de motu solis sic loquitur, quasi vtrunque in eum competat, & frustra & præter naturam? si enim sol moueri se sphęræ nõ illigatus, eodẽ naturali motu moueretur quo nunc mouetur, quomodo nõ frustra suæ sphæræ illigatus est? quod si nõ hoc motu naturali moueretur, sed ab hoc qualitate quantitatéue diuerso, quomodo non præter naturam nunc mouetur?

EX EODEM LIBRO.

CIrculos quidem moueri, stellas verò quiescere, & illigatas ferri suis circulis.

Si secundum naturam stellæ quiescunt in suis circulis, frustra eis illigatæ sunt. quod si præter naturam quiescunt, violentè igitur. at in æternis nihil frustra præterue naturam est: ergo Aristoteles stellarum motus rationem non inuenit. nam æternas dicit stellas, cũ tamen in veris eius vbi de motu harum loquitur, & frustra & præter naturam appareat. Si stellæ sunt æternæ, atque etiam cœlum cui sunt illigatæ, & singulæ Deus appellantur, quomodo dij non trahuntur à diuis? nam quæ mouenti alligata sunt, tra-

ctim mouetur Si alia est essentiæ compositio, è materia formáque videlicet, alia cõpositio è partibus essentiã habentibus: quomodo æterna dicuntur quæ vtraque cõpositiones habent? nam cœlum etiã habeat solem stellásque illigatas sibi partes, est ex eis compositum. habet enim hæc cœlum in seipso.

EX EODEM LIBRO.

INsuper nullum ipsis instrumentum ad motum tribuisse naturam, metas egressa ditur rationis. nihil enim casu natura fecit. nec vero cum animalia ipsi curæ fuerint, res adeò præstãtes neglexit. videtur tamẽ tanquam de industria abstulisse vniuersa quibus per se possent procedere.

Si æternorum ingenitorúmq; nullus est opifex, neque curæ sunt cuiquam quod sint, aut habeántne naturaliter quę habẽt: quomodo si cœlum est ingenitum & cõ æterna quæ in eo spectantur sidera, naturam habent factam & curatori obnoxiã vt pergant in suis functionibus? Sidebat loquentẽ de motu æternorũ dicere, naturam nihil temere facere: ánon liquet cœlum & stellas esse opera naturæ

quæ ipsis instrumenta notus abstulit?

EX EODEM LIBRO.

CVm igitur cœlum quidem suo motu moueri oporteat, stellãs vero nõ progredi per se ipsas, nimirum vtraque sphærica sunt rationabiliter. sic enim maxime alterum mouebitur, quiescet alterum.

Si quiescens illud dicitur, quod potest moueri motu illo à quo quiescit: quomodo quiescunt stellæ cum proprio motu careant quo moueri deberent? ipsi possint quidem moueri, sed vetantur, quippe illigatæ suo circulo, an non præter naturam habẽt motum perpetuum? Si his quæ semper mouentur data est figura sphærica vt conueniens: quomodo hanc figuram habentia partim mouẽtur motu perpetuo, partim semper quiescunt.

EX EODEM LIBRO.

SEd cum non videatur hoc semper accidere, neque animato neque violento motu stellã vlla feretur, quasi natura ipsa prouidente in futurum: quòd non ad hunc modum habente sese motu earum, nihil esset eorum quæ hoc in loco sunt,

quod se haberet similiter.

Quomodo igitur æterna sunt & ingenita quæ per naturæ prouidentiam acceperunt vt essent talia moueréntúrque similiter? quæ enim secundum prouidentiam fiunt, posteriora sunt quàm ipsa prouidentia: quicquid autem sempiternũ est nullo est posterius. Si quod futurum erat, prius quàm esset non erat, qui fieri potest vt de cœlo astrísque & eorum motu verum sit vtrunque, vt & futura sint eadem, & sempiterna ingenitáque? nam futurum nondum est, æternum autem ingenitumque semper est. Si ideo vt quæ hoc in loco sunt similiter se habeant, natura cœlo prospexit de motus modo iã dicto, quomodo sunt sempiterna ingenitáque hæc, quæ propter genitas res sunt vt sunt, & mouentur vt mouentur?

EX EODEM LIBRO.

NAm cum demonstratum sit stellas haud aptas esse per se moueri, naturáque nihil absque ratione frustráque facere: patet ipsam dedisse figuram eam rebus immobilibus, quæ minime mouetur sit. talis autem est rotunda, propterea

quòd instrumentum mouendi nullum habet. Quare patet, stellarum molem rotundam esse.

Si natura semper mobilibus dedit sphęricam figuram vt agilem, annon frustra stellæ talem figuram acceperunt illigatæ suis orbibus, adeò vt nequeant natura & suum motum peragere? Si stellæ non sunt aptæ natæ per se moueri, ergo non habent naturalem motum perpetuum. quomodo igitur constant ex eodem quo cœlum elemẽto, nec grauitatem habente nec leuitatem? Cœlum quidem quia constat ex tali elemento, & figuram habet sphæricam, aptum est vt circa medium suopte motu voluatur perpetuo: stellæ verò quamuis ex eodem elemento factæ, eadémque forma præditæ, non sunt aptæ per se moueri: vt natura videatur frustra eis dedisse essentiam & figuram conuenientem sempiterno motui, quando quidem stationem habent immobilẽ. Quòd stellæ habent essentiam figurámque semper mobilem, & stationem immobilẽ, annon est signũ irrationalis vanáque creationis quæ fecerit stellas præter suam naturam quiescere? Si ingenitorũ æternorũmque essentiæ sunt omni factura siue ra-

tionali siue irrationali superiores, quomodo cœlum astráque cum sint ingenita, per naturę prouidentiam nihil irrationabiliter aut frustra faciẽtis, sunt quod sunt, & habent quæ habent? Si non oportebat moueri sidera, cur mouentur vtique ab aliis? quòd si oportebat ea moueri, cur non per se mouẽtur, sed per alia? cum natura potuerit efficere vt per se moueretur motu quo nunc mouentur per alia, quæ ea fecit in essentia agilissima manere immobilia, quantum ad proprium ipsorũ motum attinet. Si in æternis nihil est præter naturam: præter naturam autem est habere figuram essentiámque semper mobilem, stationem vero immobilem: ergo non sunt æterna in quibus reperitur aliquid præter naturam, aut falsum est in æternis nihil esse præter naturam. Si nullum ingenitum habet quod habet, aut caret quod caret, per alicuius prouidentiam, quemodo cœlum astráque si sunt ingenita, instrumentis quidem motus carent per naturæ prouidentiam, pro instrumento autem habent figuram sphæricam, aptiorem ad continuum motum quàm sint instrumenta ambulatoria?

EX

EX EODEM LIBRO.

PRima nanque vna quidem est, multa autem mouet diuinorum corporum: cæteræ verò multæ quidẽ sunt, vnaquæque tamen vnum solum mouet. errantiũ enim stellarum quæque pluribus fertur lationibus. Sic igitur exæquat natura & ordinem quendam facit vni lationi multa corpora, & vni corpori lationes complures reddens. in multis enim sphæris vna sphæra fertur innexa, sphæra autem quæque corpus est.

Si æternarum & ingenitarum essentiarum nullus est opifex, quomodo æterna ingenitáque sunt hæc, quorum ordinis conditrix est natura, vni lationi corpora multa dans, & vni corpori multas lationes, multitudines lationum vnius coporis exæquans multitudini corporum. Si ingenita eadem sunt quæ infecta, qui fieri potest vt in ingenitis factus sit ordo naturalis? Sphæra sphæræ innexa, eandem habens substantiam quam sphæra cui est innexa, ánnon videtur habere vtranque absurditatem quæ in æternis non inueniuntur, vt frustra habeat substantiã mobilem qua non mouetur, & præter naturam moueatur per accidens.

EX LIBRO TERTIO DE COELO.

EOrum quæ natura dicuntur esse, alia sunt substantiæ, alia harum operatiõ. fectúsue. dico autem substantias, simplicia corpora: vt igné, terram, elementáque ex. tera, & quæcunque ex his constant: cœlũ etiam totum ipsiúsque partes, & animalia plantásue & horum partes.

Qui dixerat cœlum constare è quodam simplici elemento, diuerso ab his quæ hic sunt elemẽtis: & esse impossibile fieri cœlum aliud, quòd hoc vniuersam materiam complectatur: quomodo nunc ait ex iisdem elementis cõstare cœlum, ex quibus & plantas & animalia? si aliud cœlum dicit ex aliis elementis factum, annon fatsum est, non posse esse aliud cœlum præter vnum? Si autem de eodem cœlo dicit, nunc ex alio his diuiniore elemento id constare, nunc ex iisdem elemẽtis alterutrum falsò asserit?

EX EODEM LIBRO.

HActenus de primo elementorum, & quale sit natura, & quòd ingenerabile ac ingenitum.

Si elementum est ex quo fit quod fit, ipsum ipsi: quæ fieri potest vt idem & elementum & ingenitum?

Si prius elementum, posterius quod ex elemento, quomodo ingenitum est elementum ex quo cœlum, & cœlum ei coingenitum?

Si elementum ob hanc causam est ingenitum, quia non ex elemento, quomodo cœlum est ingenitum, cùm sit ex elemento?

EX EODEM LIBRO.

AEterna igitur esse impossibile: videmus enim & ignem & aquam dissolui, & vnumquodque simplicium corporum. itaque necesse est generabilia & corruptibilia esse elementorum corpora.

Si elementum corporum est terra quoque, quomodo ais terram cœternam & coingenitam esse cœlo, cætera verò elementa generabilia & corruptibilia?

EX EODEM LIBRO.

ELementorum generatio est ex se inuicem.

Quomodo elementa nondum nata primum generantur ex se inuicem generatione mutua? prima enim generatio necesse est præcedat hanc alteram. existentibus enim his mutantur in se inuicem, &

gignuntur ex se inuicem. Natura quæ faciet naturalia, nisi prius fiat à non faciente naturam faciente, nec est ipsa nec facit quicquam. Non simpliciter quicquid est generabile corruptibileque, in genere habet quadripartitum tempus, principium & incrementum, vigorem & defectum: sed quod natura aut arte fit. Si nostris nominibus vocatur Deus quicquid vocatur, nô est necessum inesse Deo propter nomen quæcunque insunt nostro nomini. vocatur autè Deus & veritas & bonus. veritati mendacium est contrarium, bono malum: at Deo nihil est contrarium: sic non animaduertens Plato introduxit quiddam Deo subcontrarium, necessarium malum sempiternumque. Non est quodquam ens quod non sit hoc quid: verbi gratia, non est corpus quod non sit hocce corpus. quòd si materia esse hocce non habet, ergo nec esse habet. nam esse non separatur ab hocce esse.

Natura & ars, è substantiis faciunt quicquid faciunt: vt è semine facit natura hominem, & ex homine semen. Sunt autem substantiæ semen ac homo. sic & artes faciunt ex ære statuam, & domum ex

lateribus. Sunt autem substantiæ æs, & lateres. ergo cùm materia non sit substantia, quis fecit quicquid ex ea factum est, quandoquidem natura & ars non possunt quicquam nisi è substantia facere.

Si vt ait Aristoteles, est corpus nec graue nec leue, nec vnum ex elementis quatuor, nec ex his quatuor compositum: liquet quòd, si hoc verum est, erit corpus nec calidum nec frigidum, nec natura nec affectione. quicquid enim affectione aut natura est calidũ frigidúmue, aut vnũ est elementorũ quatuor, aut ex his quatuor compositum: quòd si non inuenitur corpus quod natura vel affectione non sit calidum aut frigidum, ergo neque vllum quod nec graue & leue sit, neque vnum ex elementis quatuor, neque ex his quatuor cõpositum. Quomodo igitur dicit æthera esse calidum propter motum cœlestis corporis, & cæterorum quæ in eo mouentur? nam corpora quæ suo motu calefaciunt aliquid, ipsa prius à se calefiunt, quòd si calefiunt, videlicet per affectionem calefiunt. si autem per affectionem, nimirum per alterationem. quòd si per alterationem, certè per mutationem, si per mutationem, certè in contrarium

è contrario mutantur. est autem frigido contrarium calidum, è frigido igitur in calidum mutantur. Sed quoniam non est corpus quòd è frigido in calidum per alterationem mutetur, quod non sit vnum ex elementis quatuor, aut ex his quatuor compositum, eam ob rem non est cœleste corpus aliud elementum diuersum ab his quatuor. calefit enim per affectionem è frigido mutatum in calidum. Si corpora quæ motu calescunt, maiore motu magis calescunt, quomodo si secundum Aristotelē sol est corpus calidum nō suapte natura sed propter motum, maiore motu nec calescit magis nec calfacit, sed semper in motu inæquali calorem habet æqualem. Si Aristoteles substantiam definit id, quod contraria per vices recipit, quomodo idem rursus materiam negat substantiam, cum contraria per vices recipiat? recipit enim priuationem & habitum. Si qui caret esse hocce, caret etiam ipso esse: quomodo Aristoteles ait impossibile generari aliquid ex non ente, cum materia secundū ipsum vtrique careat, & esse, & hocce esse? Si ex eo quod prorsus nō est non fit quicquam, apparet & ex eo quod est, fit aliquid. id si est ma-

teria, quomodo erit verum Aristotelis dogma, negantis ens materiam? Si non alteratur materia, non potest fieri quicquā ex ea. At si quicquid alteratur ex hocce in hocce alteratur: materia verò nō est hocce: ergo non alteratur, & ideo non fit ex ea quicquam. Non è quolibet in quidlibet fit mutatio, sed in contrarium in eodem genere: vt in qualitate non fit matatio ex albo in magnum, sed in nigrum. secundum quid igitur mutabitur materia in generatione substantiarum quæ fiunt ex ea, cum non habeat quicquam quod mutari queat? Si quemadmodum in animatis est animal, & in coloratis color, sic & in materialibus materia: quomodo sublatis animatis simul animal tollitur, sublatis coloratis vnà tollitur & color: sublatis vero materialibus non item materia simul tollitur?

Si expertem esse & participare est entium, apparet id quod haudquaquam est, nec expers esse nec participare cuiusquam. quomodo igitur materia particeps est priuationis, cum non sit in entium numero? Si est impossibile idem in eodem moueri ambobus motibus, naturali, & eo qui præter naturam fit: quomodo sol na-

turaliter quidem mouetur ab ortu in occasum, præter naturam verò ab occasu in ortum per suum circulum? non est enim posſibile, idem in eodem contrarijs naturaliter moueri motibus. Nisi sol esſet, superuacuus esſet oculus: & nisi oculus esſet, superuacuus esſet sol. sed quoniam alter propter alterum est necessarius, genitus igitur vterque. nã ingenitum, propter nihil est ingenitum.

Si est impoſsibile, cum sit tempus, beneq uippiam secundum causam, non etiam secũdum tempus: quomodo dicunt Gentiles mundum factum secundum causam, secundum tempus non item? Si est impoſsibile mundum esſe sine anno, quomodo æternus & ingenitus est mundus, cum annus non sit æternus, sed constet è certorum dierum in orbem recursu? Si annus est genitus, quomodo æterna & ingenita sunt, quæ in anno sunt.

DIVI IVSTINI PHILOSOPHI ET MARtyris quæstiones Christianæ ad Gentiles.

Sigismundo Gelenio interprete.

Quæstio prima.

SI summo in rebus humanis bono summum malum opponitur, summũ autem in rebus humanis bonum est noſse verum Deum, ergo summũ malum est hunc ignorare. id malum quoniã est in quibuſdam hominibus, quid magis decet Deum mundi huius opificem, mutaréne præsentem vitæ statum, & homines è summo malo eripere, sicut Christiani sentiunt: an mundum in statu eodem, & homines summo malo semper obnoxios sineret?

Responſio Gentilis.

Primò ad primum dubium respondeatur, nullum esſe malum maximum, si enim bonorum maximum Deus est, apparet si

quis supponat summum malum, esse utrumque alterum principium Deo cõtrarium, quod Manichæi malè asserunt. absurdum est enim Deum non omnia complecti, non omnibus sua bonitate assu gere, malum igitur est summum malum. nam ignorantia sæpe in ipsorum commodum datur hominibus, cum videamus plerosque interdum cognita magis quàm ignorata contemnere. & alioquin etiam ignorantiam veri Dei non aliunde quàm ex propria obliuione patitur anima. innotescit autem Deus animabus hîc etiam, sicut videmus nõnullis etiam hîc Deum esse cognitum. imò vt verum fateamur, ignoratur quidem Deus, communi etiam consensu omnes Deum esse confitemur. porrò quod etiam hîc degentes homines possint nosse Deum, orthodoxorum quoque fides aperte prædicat, dicens Deum ipsum descendisse innotuisseque hominibus. ergo si homines possunt etiam hîc nosse Deum, non accidit eis summum malum ideo quòd hîc sint. nam ignorantiæ, vt dictum est, ob incredulum ingenium ignorare Deum contingit. Quòd si quis quamuis absurdum, concedat tamen summum malum esse res præstantes

& præstare nõ esse quæ hîc sunt quàm esse: is si dicit mala feciſſe hîc opificem per debilitatẽ virium, delirat, negans Dei potentiam comprehendere omnia. At si cum posset bona hîc facere, permisit alios facere mala, & hoc erit Dei crimen. nam quisquis cum possit cohibere, negligit, ipse verius in culpa est facinoris, sin autem ipse Deus quæ hîc sunt, condidit, liquet quòd cum idem Deus maneat, & in posterum & semper eadem erunt. quæ enim olim poterat, nunc quoque potest. quòd si nunc potest aliquanto plus quàm olim, temporaria erit hæc eius potentia, quod absurdum est. nam quicquid temporarium, est corruptibile. si autem cum poterit olim prohibere istud summum malum, non prohibuit tamen, inuidus visus est. oportet igitur eum eũ idem in iisdem manere, eadem facere.

Refutatio responsionis non rectæ.

Hæc ipsa verba si considerentur, satis redarguunt suam inconsistentiam, cum enim principiò negent esse vllum summum malum, tandem in fine dicunt impium esse & à sola imaginatione proficisci quod indigne de Deo cogitatur: id verò quid

aliud est quàm inducere summum malum, quod prius responsor temere negauerat: quòd si ad hanc solius imaginationis impietatem accedat oratio, maior fit impietas. tum siquis non contentus loqui, scribat etiam, necessariò maliciam omnem superat hæc impietas. id si sic se habet, & cùctis quæ indigne de Deo dicuntur, scribuntur, cogitantúrue, inest impietas existimationem de Deo destruens, ergo ex ignorato Deo summum malum hominibus prouenit. Sed quoniam tua pietas postulat, vt etiam scripto redarguamus istius sententiæ inconsistentiam, parebo & scribam pauca compendio. nam prolixius coarguere manifestum mendacium, scribenti æquè tædium affert atque legenti. In ista responsione memoratur summi mali duæ species, eres verò ignorationis Dei, illæ ex Manichæorum opinione, hæc verò ex ipsius qui respondet. è duabus speciebus summi mali aut secundum eius sententiam alterum, alterum secundum eius operationem, è tribus autem speciebus ignorationis Dei, aliam per obliuionem, aliam per incredulum ingenium, aliam tam ad ignorantis commodum. Sed compendio rescindens & Manichæorum opinionem & suam, nunc illos impugnat dicens, Nullum est malum maximum. alioquin siquis supponat summum malum, exoriretur alterum principium Deo contrarium, quod Manichæi male asserunt: nunc verò contra seipsum loquens, ait ignorationem veri Dei nó aliunde quàm ex propria obliuione patitur anima: illis verbis tollens summum malum secundum essentiam, his verò alterum quod est secundum operationem. Sic & ignorationis species quas ipse posuit, tollit dicens, Imò ne ignoratur quidem Deus. vno enim consensu omnes Deum esse confitentur. Ergo si prorsus non ignoratur Deus, liquet falsò dici, ignorationem Dei contingere hominibus aut per obliuionem, aut incredulum ingenium, aut ipsorum commodo. quòd si vnum consensum omnium dicit, cuiusque damnatæ secte speciales opiniones. nec si quidem esset in omnibus Dei noticia. nos certe nec summum malum iuxta Manichæos, nec æqualem iste sentit ignorationem Dei positam in peruersa oratione, sed summũ malũ verò ignorationẽ eam quæ falsa loquitur, quæ quidem est tertia summi mali species,

ob incredulitatē duritiāmque voluntatis contingens hominibus, quod opponentes volens iste respondere, sustulit quidem illas duas secūdum Manichæos summi mali species, hoc verò de quo loquimur non sustulit, quapropter necesse est nos aduertere utrum sentire de hoc respondere, cum aut non intellexisse tertiam secundum nos summi mali speciē, aut non habuisse quod iustè cōtradiceret. esse autem summum malum dicimus malum, quod ex ignorantia Dei contingit hominibus sic demonstratur. Summum illud malum quod non est secundum substantiam, homines Deum ignorantes supposuerunt in suis dogmatibus, testis est ipse responsor vbi dicit: Summum malum nullum est: alioquin si quis supponat summum malum, exoritur alterum principium, Deo contrarium, quod Manichæi male asserunt, absurdum est enim Deum non omnia complecti, nō omnibus sua bonitate affulgere, nullum igitur est summum malum. His verbis colligitur quidem summum malum secundum substantiam, relinquitur tamen illud quod supposuimus in percontatione. Sed quoniam vt è rebus tolleret hoc secundum nos summum malum, respondens

contentiosè dixit: Summum malum nullum est: aut non intellexit, inquam, quid sit summum malum secundum nos, aut non habuit quòd iustè contradiceret: id si ita se habet, liquet summum malum in hominibus esse quod nos supposuimus. Nam si summum bonum Deus est, verè piéque summum bonum de eo prædicatur: sed quia homines quidam verum Deum ignorantes, adimunt ei suas appellationes honoréque meritos, & ad eos qui dij non sunt transferunt: annon videtur huic responsori duplex impietas, qua non est maior alia, quòd & verus Deus ignoratur, & is qui nullas est ornatur illius appellationibus atque honoribus? Tum si vera loquitur negans vllum summum malum esse in hominibus, eum summa impietas sit in hominibus, annon putat summam impietatem esse malum maximum? Si quis, inquit, supponat summum malum, exoriatur alterum principium Deo contrarium, quod Manichæi male asserunt, absurdum est enim Deum non omnia complecti, nō omnibus sua bonitate affulgere, nullum igitur est summum malum. Si nullum summū malum est in hominibus, quomo-

do criminaris Manichæos vt asserores prauæ sententiæ? nam si non rectè dicunt Manichæi quæ dicunt, manifestè malum est quod dicunt. quisquis enim dicit malum, malè malum dicit. at illud secundum Manichæos malum tale est, vt non sit malus aliud. id si verum est, verè igitur est magnum malum in hominibus, si non secundum substantiam, certe suppositum & in opinione. Nam ignorantia, inquit, sæpe in ipsorum commodum datur hominibus, cum videamus plerósque interdum cognita magis quàm ignorata contemnere. & alioquin etiam ignorantiam veri Dei non aliunde quàm ex præteritæ oblivione patitur anima. innotescit autem Deus animabus hic etiam, sicut videamus nonnullis etiam hic Deum esse cognitum. imò vt verum fateamur, ne ignoratur quidem Deus. cómuni enim consensu omnes Deum esse confitentur, porrò quòd etiam hic degentes homines possint nosse Deum, orthodoxorum quoque fides apertè prædicat, dicens Deum ipsum descendisse innotuisseque hominibus. Dixit in ipsorum commodum ignorantiam interdum dari hominib⁹. id si dicit de hac ignoratione Dei de qua nunc differimus, manifesta

manifestæ absurditatis est dicere, ignorationem Dei dari ignorãtibus in ipsorum commodum. nam hac ratione omnes superstitiosi cultores Deum nescientes, neverò noscens Deum in suum noscet incommodum. Quòd si de alia loquitur ignorantia, de qua non est propositum dicere, intépestiua est ista obiectio, nõ quæstiam pro quæsita ingerens. Dixit Deum ignorari ab anima propter obliuionẽ ipsius animæ: dixit etiam hic contingere animabus Dei noticiam: dixit etiam hic non deesse à quibus videamus Deum coqui. pernegat ignorari Deum, quandoquidem communi consensu omnes esse confiteantur. ait hic quoque posse Deum nosci ab hominibus: quod vt comprobaret adduxit fidem orthodoxorum, descendisse ipsum Deum innotuisseque hominibus. Sed si verum est per propriam obliuionem animæ accidere vt ignoret Deum, manifestè falsum est illud, haudquaquam ignorari Deum, quandoquidem omnes communi consensu hunc confiteantur. & quid opus erat hic animabus contingere Dei noticiam, si ab vniuersis Deus noscitur prædicatur.

que? iam illud, Videmus hic quoque homines quosdam noscentes Deum: de quibus dicit hominibus? si de his qui eum postquam descendit & innotuit, agnouerunt iuxta fidem orthodoxorum, vera dicit. videmus enim eos. at quomodo iste cum per aduentum Dei conetur probare, posse hic quoque cognosci eum ab hominibus, ipse non credit eius dicta de mundi reparatione? nam incredula demonstratio non astruit fidem his quæ demonstrantur. Quòd si alios homines praeter eius qui descendit Dei discipulos dicat habere noticiam eius: falsum est illud, Videmus hic quoque homines quosdam noscentes Deum: nam ego hos non video. Tum si prorsus nemo ignorat Deum omnibus vnanimiter eum esse confitentibus, quænam Dei noticia hic contingit hominibus nisi specialis: secundum quam religiones omnes quotquot in terra sunt, à vera quidem religione differunt simpliciter mendacio, inter se autem diuersis mendacij varietatibus. id si ita habet, ergo non vt opinatur responsio, hic hominibus contingit Dei noticia, sed potius ignoratio: quandoquidem nec secundum vniuersalem Dei noticiam re-

ligiones inter se differunt, sed magis secundum eam quæ hic ipsis contingit. Si est igitur possibile hic etiam noscì Deum ab hominibus, nullum summum malum his accidit, propterea quòd hic sint: nam ab ignorantibus, vt dictum est, ob ipsorum genuinam incredulitatem Deus ignoratur. Duo quædam quæ simul non possunt consistere, iste responsor coniunctim posuit: alterum illud, Si est possibile hic Deum noscì ab hominibus, nullum summum malum eis accidit: alterum illud, Ignorantes Deum ob genuinam incredulitatem eum nesciunt. atque ita summum malum quod priore pronunciato procul relegaueret, reduxit posteriore; siquidem summum malum est geminata contra Deum verum impietas, gloriam ei propriam adimere, & falsos deos honorare ipsius honoribus attributis temere, quæ quidem est extrema limea maliciæ. Quod autem ait, ideo summum malum non accidere hic hominibus, quia possint hic consequi Dei noticiam, non tam tollit summum malum, quàm exaggerat: quando etiam possibilia non possunt homines propter suum voluntariam incredulitatem, cum

liceat iuxta simplicem religionem saluare, remque ipsis piè viuere: illi verò impietatem duplicatam ei præferant, quam summum malum esse negare absurdissimum fuerit. Quòd si quis quamuis absurdum concedat tamen, summum malum esse res præsentes, & præsto esse quæ hîc sunt quàm esse: is si dicat mala fecisse hîc opificem per debilitatem virium, delirat negans Dei potentiam comprehendere omnia. At si cum posset bona hîc facere, permisit alios facere mala, & hoc erit Dei crimen: nam quis cum possit cohibere negligit, ipse verius in culpa est facinoris. Si vt superdictum est, ignorantia ob cuiusque incredulum ingenium contingit Deum ignorantibus, quod summum malum esse constat, quomodo nunc hoc vt rem absurdam responsor concedit, imò si vel aliud summum malũ vt rem absurdam concedat, non ad nos illud pertinebit, sed ad Manichæos. secundũ nos enim bona sunt hîc omnia, vt quæ summè boni sint opificium: nec est in eis vllum summum malum secũdum substantiam, neque secundũ huius mali operationem, sed secundũ voluntarium propositum hominum mendacia veritati præferentium, iuxta prædictã impietatem geminam. cui remedium adhibens mundi opifex Deus, præfiniuit diẽ qua omnia mala ex incredulitate vel cõtumacia erga ipsum Deum orientia tollet, sicut orthodoxi credũt qui Deum hîc agnouerunt. vt responsor quoque testatur. non debuerat igitur cum de summo iuxtà nostram opinionem malo differeremus, responsionem suam in summum secundum Manichæos intendere: nam insciticæ signum hoc est, & argumentorum inopiæ, sicut dictum est. Concedit etiam nos patrare quæ sponte proponimus mala, non per infirmitatem virium, sed vt & nostrum arbitrium appareat & Dei lõganimitas: quòd alioqui hoc rerũ statu nec nostra incolumitas tuta foret, nec illius bonitas conspicua. Sin autem ipse Deus quæ hîc sunt condidit, liquet quòd cùm idem Deus maneat, & in posterum & semper eadem erunt. quæ enim olim poterat, nunc quoque potest, quòd si nunc potest aliquanto plus quàm antea, temporaria erit hæc eius potentia, quod absurdum est. nam quicquid temporarium, est corruptibile. De quibus dicitur condidit, de his dicitur & conder, vt nihil vetet hæc

permutari ceu æquipollētia. condidit autem suapte natura prius est quàm condet, quæ sunt significatiua duarum extremitatum temporis. quisquis autem habet has duas extremitates, id est, præteritum futurúmque, necesse est habeat & harū intermedium tempus, hoc est præsens. & quoniam hæc vox cōdidit, habet vim significatiuam temporis, oportet Deū qui eum que hīc condidit, iuxta sententiam rectè dentis condidisse in tempore. sed Deū qui condidit quæcunque hīc sunt, incorruptibilia corruptibiliáque cōdidit. hæc sunt enim partes rerū quæ hīc sunt. vnde liquet responsorem hanc vocē Condidit, rationabiliter vsum de Deo, nulla autem ratione corruptibilia ab incorruptibilibus distinxisse tempore, cū hæc vox Condidit, ea non distinguat, siquidem vtraque cōdidit. Ergo si is qui de Deo dicit quòd conder, dicit reparationem quæ exercetur assumpto tempore: certe is quoque, qui de eo dicit quòd condidit, dicit operatā assumpto tempore, quādoquidem vbique prius est condidisse quàm conditurum esse. quòd si is qui condidit, sine temporali facultate cōdidit, haudquaquam cum temporali facultate conditurus factumue est in posterum. Si autem cum potuerit olim prohibere istud summum malum, non prohibuit tamen, inuidus videri poterit, quod ne cogitare quidem fas est. oportet igitur eum cum idem in iisdem maneat eadem facere. Quòd propter ignoratum Deum multis modis in pietatem peccent homines, illum nescientes, superà indicauimus. aut enim spernunt Deū, primantes eum suæ gloria, & falsos deos illius nominibus rebúsque falsō honorant: aut opificium prouidentiámque mundi tribuunt pugnantibus inter se opificibus: aut ingeniti nomine, quod solum Deum decet mundi conditorem, partes mundi nominant, & adimunt Deo fabricam mūdi, cum relinquant nomen opificis: nequid dicam de aliis hominum vitiis maximis, impietate pari vel etiam maiore inuidum esse Deū cogitantium. hæc & similia mala cū sint in hominibus, prædicatam autem à Christianis reparationē, qua cuncta hominū tam animi quàm corporis vitia tolluntur, non credat hic responsor: annō & ipse Deum inuidū existimat: qui cū summa mala prohibere posit ab hominibus, non prohibeat tamen, sed in eodem semper statu sinat exercentes impietatē &

in ipsum & in se inuicem? at cur non etiam hanc mundi reparationem? ob impotentiam eius qui fecit hunc, an quod hoc opus eum decere nõ putet? si opinatur ei inualidum, ne conditor quidé erit. quæ enim instaurare nõ potest, ne condere quidem valet. coniunctim enim hæc vel negantur vel conceduntur. sin autem infra dignitatem Dei hoc videtur, ergo nõ decebit eum opus longe cæteris melius? id quod dictu absurdissimum est, decere fecondat corruptibiles homines, non item si eosdem reddat incorruptibiles.

Quæstio Christiana ad Gentiles secunda.

SI est impossibile Deum esse qui nihil fecerit, quomodo est Deus si mundus est ingenitus, sicut quibusdam videtur.

Responsio Gentilis ad Christianos.

Quisquis possibile negat Deum esse qui nihil fecerit, absurde loquitur, nam & hic respondere licet, apud Deum nihil esse temporarium. id si verum est, liquet ne præteritum quidé tempus apte dici de Deo. quòd si non apte dicitur, ne fecisse quidem quicquam Deum conuenienter dicetur. Ergo Deus otiosus credendus

est quod vel in cogitationem admittere verat religio. Nequaquam, sed negamus eum vel fecisse quicquam, vel facere, vel facturum esse in tempore. non magis enim fecit, quàm facit aut faciet. sed tam præteritum in præsenti apud Deum est, quàm futurum in præterito: quippe cum Deus nihil fluxum habeat, sed semper eadem faciat, propter perfectissimam ipsius atque immutabilem vel efficaciam vel potentiam. facit igitur mundum in hoc ipso quod est, dans ei motum indesinentem, vt in sempiternum vigeat, ac elucear, itaque nec fecit quicquam nec faciet: sed cum sit semper idem, facit eadem nullum habens creationis principium, ne finem quoque habeat. quandoquidem si principium finémque haberent eius operationes, corruptibiles essent operationes Dei, quod est dictu absurdissimum. alioquin mutabilis erit etiam ipsius potentia, vt quæ aliàs magis aliàs minus sit efficax & essentia quoque periclitabitur mutabitque, nunc has nunc illas vires proferens, nec in eisdem immanens. itaque res si semper se habent ad hunc modum, videbitur mutabilis essentia Dei simul atque potentia efficacitque, quod absit.

Idem igitur cum maneat, nihil habet temporarium. facit igitur mundum ordinatum eum semper, & mundus eius præsidio semper sit, cúmque semper sit idem, nil ingenitus.

Refutatio huius non vellæ responsionis.

Quisquis possibile negat Deum esse qui nihil fecerit, absurde loquitur. nam & hîc respondere licet, apud Deum nihil esse temporarium. Si quia nihil temporarium est apud Deum, absurdum est dicere eum fecisse aliquid: atquè absurdum dictu est, eum facere aliquid. quomodo igitur hic respon sor ait, alterum Deo conuenire, alterum non? Tum si has vocales Condit, Condidit, Cõdet, vtequipollentes licet permutare inuicem, cur in prima responsione de Deo loquens vtitur his, Condidit & Condit, nunc autem vtrunque auferet ab eo? Ipse est, inquit, Deus qui condidit quæcunque hîc sunt. altera verò sic vtitur: Oportet igitur eum, cum idem in iisdem maneat, eadem facere. ac mox in secunda responsione destruens quæ in prima dixerat, sic dicit, Quisquis possibile negat Deum esse qui nihil fecerit, absurde loquitur. Rursum, Nec fecit Deus, nec facit, nec faciet in

tempore. Sed fortasse per obliuionem ipse sibi contradicit, quam ait in causa vt Deum ignorent homines, examinemur quæ deinceps sequuntur. Apud Deum, inquit, nihil est temporarium: vnde liquet ne præteritum quidem tempus conuenienter dici de eo, quòd si non apte dicimur, ne fecisse quidem quicquam Deum conuenienter dicetur. His verbis respondet noster, cum ostendere velit absurdum dictu esse, apud Deum esse quicquam temporarium, ea quæ hanc absurditatem necessariò sequuntur, subiungit quasi rationabilia, dicens: Si apud Deum nihil est temporarium, liquet quod ne præteritum quidem tempus in eum competit. quod nisi ei conuenit, ne fecisse quidem quicquam Deum conuenienter prædicabitur. Absurdè autem hunc supposuisse, apud Deum nihil esse temporarium, qua propositione pro fundamento argumentationis vtitur, ex ipsius verbis coarguitur, quæ fiunt in prima responsione: Sin autem ipse Deus quæ hîc sunt condidit, liquet quòd cum idem Deus maneat, & in posterum & semper eadem erunt quæ enim olim poterat, nunc quoque potest. Si igitur nihil temporarium est apud Deum,

procul dubio nec fecit nec facit, nec prius nec posterius, nec olim nec nunc, nec potuerat & potest, de eo prædicatur. nam hæ voces Fecit, Prius, Olim, Poterat, præteriti temporis significatiuæ sunt, sicut præsentis hæ, Facit, Post, Nunc, Potest. Quod si hæc prædicata de Deo significant sese ponūtque omnia Dei opera esse apud ipsum tēporaria, liquet propositionē illius quæ absurdam esse, negantis apud ipsum quicquam esse temporarium. quæ si vt inconsistens reiiciatur, necessariò altera quæque illa simul vanesceret ac prodigalitas quæ hanc vocem Fecit, negat in Deum competere. atque ita his confutatis necessariò adstruitur id quod est contrarium, hoc est, vocem hanc Fecit, Deo conuenire. nam in quauis propositione opponere, aut affirmationem esse veram aut negationem, concesso autem conuenire Deo fecisse, impossibile est dicere Deum quicquam fecisse, nihil fecerit. est enim alterum alteri consequens. Ergo Deus otiosus est? Negauerim. sed negamus eum vel fecisse quicquam vel facere vel facturum esse in tempore, non magis enim fecit quàm facit aut faciet: sed tam præteritum in præsentia apud Deum est, quàm futurum in præ-

to: quippe cū Deus nihil fluxū habeat sed semper eadem faciat, propter perfectissimam ipsius atque immutabilem vel efficaciā vel potentiam. Iste dū cauet ne peccet in Deum, si dicat eum otiosum, nihilo leuius peccat, negans eum quicquam vel fecisse vel facere vel facturum esse in tempore. Nam etiamsi lapsus incautè diceret otiosum; quid amplius peccare poterat quàm nunc dū cautus videri vult? quasi aliud sit otiosum esse, quàm nec fecisse quicquam nec facere nec facturum esse. Si enim adimas Deo, verba hæc significatiua temporū, otiosum eum relinquet. iamq; nec conditor quidē erit, sublatis ab eo temporariis, vt nec præteritū nec præsens nec futurum apud ipsum sit. Quomodo igitur iste respondet adimens Deo temporaria, mox ei rursum tribuit, dum dicit, tam præteritum in præsenti apud Deū esse, quàm futurū in præteritō? Ex his verbis duplex sensus elicitur, aut non ens apud Deum esse in non ente, aut ens esse apud Deum in ente. Sed prius est impossibile. nam in aliquo esse, aut non esse, entis est. sin autem concedatur posterius, iam est apud Deū nō ens in ente, hoc est, præteritum ēpus in præ-

senti tempore. quo concesso apparet non rectè dictũ, nihil temporariũ apud Deũ cum præteritum in præsenti & futurum sit in præterito, quæ sunt temporaria. quamuis enim permutauit quodammodo apud Deum partes temporis, nihilominus concedit esse apud eum tempus & præteritum & præsens & futurũ. Tum si non magis fecit quàm facit, aut facit quàm faciet, ne opus quidem erat in factis, & quæ sunt faciendis quæ secundò magis minúsve differentia, cum alioquin sit ideo fecisse negatur, si non magis fecit quàm facit, sed affirmatur potius. Proinde liquidò apparet, quòd omnia temporaria quæcunq; iste ademit Deo præquens in secundam responsionem, hic ei relinquit. Quippe cũ Deus nihil desinat habeat, sed semper eadem faciat propter perfectissimam ipsius atque immutabilem vel efficaciam vel potentiam. Qui tollit temporaria, non adstruit eadem, quæ tollit. igitur cum iusta istũ apud Deum nihil sit temporarium, Deus eadem facit operas. nam hoc verbum Facit, non potest intelligi sine præsenti tempore. præterea quomodo habet Deus perfectissimam vel

efficaciam vel potentiam, si facit indesinenter eadem? Nam si motus ideo dicitur actus imperfectus, quia semper mouetur: Dei quoq; imperfecta potius quàm perfecta operatio videbitur, si est illius similis. nam perfecta operatio consideratur in perfecto opere, non in imperfecto. Quod si propter imperfectam operationem, & hac imperfectiorem ipsius rationem, respondet negat Deũ quicquam fecisse, falsum est quod ait perfectam Dei efficaciã, quæ quidem nec in vniuersum nec ex parte opera sua perficit. quò si opere imperfecto, impossibile est perfectam esse opificis efficaciam, ne Deus quidem eam habet perfectam, cũ quæcunq; facit, semper faciat. Facit igitur mundum in hoc ipso quod est, dans ei motum indesinentem, vt in sempiternũ vigeat ac clareat. Si hoc ipso quòd motũ ei largitur, Deus mundum facit, liquet quòd cum in tempore faciat nec enim is motus, qué accipit à Deo, caret tẽpore. ergo si facere præsentis est temporis, & hic motus est temporarius, quum falsum est, nihil apud Deum esse temporariũ? Quomodo autem mouetur mundus qui nondum factus est, sed fit adhuc, cum Deus faciat sine tem-

pore, mundus verò absoluatur in tempore? necessum est enim vt ficut facit opifex, sic opus fiat sine tempore, quòd si motũ ei præbendo Deus mũdũ facit, nec tamen conuenienter dicitur mundum factum esse: ergo nec de mundo conuenit dici quòd moueatur, si alius est hic motus, aliud verò quod mouetur. Verbi gratia, moueatur sol, motus autem eius sit de loco in locum migratio, hic motus non dat soli substantiam, sed tantum vt moueatur: apparebit solem duobus modis fieri, altero secundũ substantiam, secundũ motum altero: cum sit sol globus æthereus, specie fulgidus, rotondus figura, quarũ rerum nullam propter motum habet. quòd si nihil horum propter motũ sol habet, certe nec propterea quòd à Deo factus sit. Si autem indefinentẽ motũ ei largiendo solem Deus facit vt mundi partem, quippe qui totum mundum faciat: & oportet, vt mobile sit suo motu antiquius: aut sol non habet factam substantiã, aut alio modo substantia huius facta est, motus item alio, & facta prius substantia tum demum motum accepit. Sed si moueri cum semper facis, substantiam autem eius non semper facis, liquet quòd post

post creationem eius substantiæ dat ei motum indefinentem, & absoluta demum eius substantia fit eius motus initium. Quæ si se habent sic, apparet nihil apud Deum esse sine tempore. nam creatura creaturæ succedens non caret tempore. Itaque nec fecit quicquam, nec facit: facit autem semper idem eadẽ, non habẽs principium faciendi, ne & finem habeat. Postquam declaratum est aliam esse creationem substantiæ solis, & aliam motus ipsius, quem responsor noster indefinentem nominat, & quòd creatio substantiæ sit antiquior quàm motus creatio: ánnon absurdum est, ictu, carere principio creationem solis, qui absoluta demũ substantiæ suæ creatione motum indefinentem accepit: aut igitur substantiam solis non condidit deus, aut ista solis per motũ creatio non caret principio. Si prius cõcedatur, deum non esse substantiæ solis opificem, certè nec motus quidem eius erit opifex. à quo enim habet essentiam, ab hoc motum quoque necessum est habeat. Quòd si magis placet posterius, corruptibilis erit Deus in suis operatiobus: siquidem secundũ istũ responsorem cessante operatione dei, corruptibilis fit

Dei vis & efficacia. Quòd si Deus est factor solis substantiæ, & hanc semper non facit: liquet eam factam prius quàm sol moueretur, & nullam fuisse horam apud deum carere tempore. Quòd si principiũ habent dei actiones, simúlque finem, corruptibilis erit deus actione, id quod absurdum est: erit & eius potentia mutabilis, modò has, modò illas actiones proposítas habens. Quod si potentia mutabilis est, modo his, modo illis vtens actionibus, etiam substantia conuelletur, modo has, modo illas gignens potentias, & manens in iisdem. Itaq; si hæc omnino constant, erit deus mutabilis substantia, potentia, actione: quod absurdũ est. Quòd si modũ deus ipse non habet principium & finem, ita nec eius actio, nec opera. Sunt enim eius actiones in eius operibus, fuerint vt quemadmodũm ipse faciente nec egeat, sic nec ea quæ dicuntur eius opera. Erit & falsum dicere, deum conditorem eorum quæ sunt secundùm ipsum, & principio & fine carentia. Sin vtique hoc genus differt conditor à re condita, quod ipse & antè fuit, & pòst est, certe quia deum & eius opera priuat hac differentia, vtrunque priuat, deum & eius crea-

turas: ipsum, creatoris appellatione: illa verò, creaturarum. Et si quidem est dei potentia infinita (vt certe est) eius autem opera finita, est omnino deus secundum eas quas habet, & tamen non vtitur, potentias, non corruptibilis actione, secũdum iudiciũ eius qui respondit. Quod si secundum eas quas habet ille quidem potentias, sed secundum eas non agit, corruptibilis non est, sequitur vt etiam si cessauerit actio dei, quæ mundũ produxit, non tamen corrũpatur deus actione, quantum quidem vult non quantum potest: neque facit corruptibilem deũ actionis cohibitio: neque cum cohibet actionem, cohibet mutatione potentiæ: quin est dei potentia semper immutabilis: sed ipse vtitur actionibus quantum vult. Non enim agit deus quemadmodũ agũt quæ in agendo habent esse: deinde vbi cessauit actio, desinunt & ipsa esse: vt ignis & nix. Nam si sic agit deus, non magis agit eorũ causa quæ fiunt, quam vt ipse sit, quasi si agere desierit, futurũ sit vt etiam esse desinat. Quòd si hoc absurdum est, etiam absurdum est dicere, mutabilem esse dei potentiam actionis cohibitione, aut conuelli eius substantiam va-

rilis actionibus, quod modo has, modo illas propositas habeat. Et quemadmodum cum facit nos deus primum infantes, deinde adolescétes, deinde senes, nõ facit mutatione potentiæ, nec actionis corruptione, nec quia concutiatur eius substantia, dum mutat ætates nostras secundum diuersa tempora, quæ inter se sic differunt vt sint alia aliis anteriora, alia posteriora: sed id facit quia actionem vel adhibet, vel cohibet, ita non mutatione potétiæ principiũ & finem habet eius actio, sed quia eã vel adhibet vel cohibet. Si enim cohibita actione, non iam posset Deus vti actione, quæ desiisset, rite diceretur actionis corruptio. Sin semper potest eandem actionem adhibere quandocunque vult, non corrũpitur actio dei, dum cohibetur. Cum enim potentia non corrũpatur, fieri non potest vt corrũpatur actio. Non est enim idem actionis corruptio, & actionis cohibitio. Quòd nisi cohibita fuisset actio quæ mundũ fecit, innumerabiles facti fuissent mundi, actione nunquam cessante. Nunc vero tantum facto mundo, sine operis offenditur finita actio quæ mundum fecit. Idem igitur manens, nihil habet temporariũ: facit ergo mũdum ordinata con-

sem per: ac mundus quidem hoc ipso fit, quod semper custoditur? ipse vero quoniã semper est, ingenitus est. Si nihil habet temporarium deus, ne facere quidem habet: est enim facere, temporarium: & si facit mundum deus non producens eius substantiam, non facit mundum. Mundus enim sine substantia nõ est mũdus. Quòd si mundus substantiam non habet, necesse est vt neque factus fuerit, neque custodiatur. Quo enim non eget vt creetur, eodem etiam non eget vt custodiatur. nam ingenita natura, nullius eorum quæ sunt extra ipsam capax est: & si omnino oporteat aut affirmationem aut negationem esse veram, qui fit vt responsor vtrunque dixerit de mundi generatione, videlicet affirmationem & negationem, dicens eum & genitum esse, & ingenitum? Præterea si, quemadmodum dixit in tertia responsione, ingenitus deus ingenitè fecit omnia, ita vt non fiant, sed vnà consistam: sed quoniam quicquid vnà consistit, eius cum quo vnà est, salute seruatur, nulla alia egens tuitione, nisi illius salute: illo enim seruato, seruatur & id propter hoc: si opus est tuitione ad salutem, illud nulla eget tuitione, nisi il-

lius salute, quo consistente consistunt cæ-
quæ vnà consistunt: si hæc, inquam, sic
habent, non eget mundus tuitione, quia
vnà cum deo consistat, sed ipse deus, cum
quo consistit mundus. Quòd si hoc ab-
surdũ est, absurdum est etiam dicere, mã-
dum vnà cum deo consistere. Dicendum
igitur est, voluntate deicõsistere mundũ,
& eiusdem dei voluntate manere eundẽ,
etiamsi non semper. Similiter quæ alicu-
ius consistentia vnà consistunt, eiusdem
mansione manent, non sua: quemadmo-
dum compositione linearum consistunt
anguli & manente cõpositione manent &
anguli, eadémque sublata, tollũtur. Quòd
si opus est vt maneant anguli, necesse est
tribuere tuitionem compositioni linea-
rum non angulis per se ipsos, sed per ac-
cidens angulis, per seipsum autem compo-
sitioni linearum. Eodem modo cogitan-
dũ est de mundo, si ingenitè consistit vna
cum deo, sicut ait qui respondit.

Quæstio Christiana ad Gentiles tertia.

SI quia est, & non quia vult, facit deus
quemadmodũ calefacit ignis quia est,
qui fieri potest vt ipse & simplex sit ac

vnius modi, & tamen diuersarum sub-
stantiarum sit conditor?

Responsio Gentilis ad Christianos.

Non est putandum vt in nobis aliud
est esse, aliud velle, sic etiam esse in deo:
quin idem planè est in deo esse & velle.
Quod enim est, idem vult: & quod vult
esse, nec vlla est distinctio in deo, quippe
qui ipse absese producatur. Itaque distin-
ctio inter esse & velle, in deo repudianda
est. Et tamen ne sic quidem fatendum est
deum facere quia sit, sicut ignis calefacit.
Ignis enim, licet substantialiter, tamen
accidentem habet calorem. At apud deũ
nihil nec substantialiter accidit, nec ac-
cidentaliter. Igitur cum ei nihil accidit,
& sicidẽ esse & velle deo, sequitur vt sim
plex sit & vnius modi, efficiens ingenitè
eorum quæ sunt. Sicut enim videmus
quòd genitiua, vt homo quiuis, qui ge-
neratus ipse, genitiua facit, & omnino
genitiua genitè genita, genitiua faciunt,
& ex se faciunt: eodem modo deus quo-
que, cum sit ingenitus, ingenite facit om-
nia, ita vt non gignantur, sed simul con-
sistant: & potentiæ quidem infinitate di-
uersa facit. Non debemus autem deum
humano more contemplari. Non enim

quemadmodum nos, qui alio quin aliquid prius habemus, postea id in aliud mutantes, dicimur facere, sic & deus faciet: sed excellente potentia sine tempore faciens omnia, perficit omnia, simúlque quia est, etiam entia facit, nec ei opus est, sicut nobis, vt aliquid prius factum perfectámque sit, quo deinde faciat posterius, quippe cum nihil sit in eo prius aut posterius. Videmus sane naturam quia sit facere, & repentinam semper mutationem efficere, quemadmodum in coagulatione lactis repentè coagulationem cernimus accedere lacti. Itaque multo magis putandum est deum repentè & sine tempore omnia facere, qui ipse sit vnum, & infinitate potentiæ diuersa producat, quæ ipsa planè per se producantur.

Huius responsionis refutatio.

Non est putandum, inquit, vt in nobis aliud est esse, aliud velle, sic etiam esse in deo: quin idem plane est in deo esse & velle. Quod enim est, idem vult: & quod vult, est: nec vlla est distinctio in deo, quippe qui ipse ab sese producatur. Itaque distinctio inter esse & velle, in Deo repudianda est. Cum habeat deus substantiam ad essentiam, voluntatem autem ad

agendum, qui repudiat substantiæ & voluntatis differentiam, idem dei & essentiam repudiat & effectionem: essentiam quidem eius, effectionem vero eorũ quæ non sunt. Quòd sit autem alia substantia dei, alia voluntas, ostenditur etiam ex his responsoris verbis: Quod enim est, idem vult, & quod vult, est. quibus dixit idem esse substantiam quod voluntatem, & voluntatem quod substantiam. Atqui huiusmodi conuersio fieri non potest, quin ea quæ cõuertuntur, diuersa sint vel verbo, vel numero. Quod numero vnum est, id quominus verbo aliud sit, nihil prohibet: vt recta linea consistentia quidem numero vna est verbo autem aliud est recta, aliud linea. Hoc modo non differt dei natura verbo, ab essentia & voluntate. Si aliud est esse, & aliud inesse, & est quidem dei substãtia, inest autem substantiæ voluntas, sequitur vt aliud sit dei substantia, aliud voluntas.

Si Dei voluntas ex substantia est: substantia vero non est ex voluntate: aliud est substantia Dei, aliud voluntas. Substantia Dei non potest non esse substantia: at voluntas, potest non velle: vt voluit Deus facere vnũ solem: duos noluit:

quoniam quemadmodum expediebat rerum naturæ vnum esse solem, ita non expediebat fieri alterũ, voluitque Deus quod expediebat: quod non expediebat, non item. Quòd si verum est, aliud est substantia Dei, aliud voluntas. Si quod est Deus idem vult, sequitur vt sit ipse non volũtas, sed res quæ velle possit. Qui fieri igitur potest vt idem sit substantia & voluntas, cũ id quod vult, aliud sit quàm sus? Si sine principio, & æternus est Deus, nec ab sese nec ab alio productus est: quenim plane à seipso productus est, is nulla ratione æternus est & absque principio. Respondet altera voce tollit substantiæ voluntatisque Dei alterum: altera vero voce id ponit. Tollens quidem substantię voluntatisque Dei alterum, dixit: Non est putandum vt in nobis aliud est esse, aliud velle, sic etiam esse in Deo. Alterum verò ponens, dicit: Quia idem plane est. Et rursum: Esse vero & velle, idem est Deo. Quemadmodum enim alterum aliud alij est, alterum sic, & idem aliud alij, est prorsus idẽ: itidem & quod prorsus aliud est alij, est prorsus. Atqui idem est substantia Dei & voluntas, prorsus erit aliud & aliud. Sin minus, dum tollitur aliud & aliud, tolletur necessariò identitas substantiæ Dei & voluntatis, & eius quod est prorsus. Quemadmodum moueri, actio est motionis, ita & velle, voluntatis est actio. ac quomodo differt potentia ab actione, sic differt voluntas à volendo. Fieri autem non potest vt velle à voluntate differat, à volente non differat. Quòd si nulla ratione fieri potest vt idem sit velle, & voluntas, & volens: certe qui reiicit Dei velle, & aliud & aliud, reiicit agentis & actionis differentiam, quod absurdum est. Si aliud est quod consistit, & aliud quod non consistit, & Deus est illud, velle autem est hoc: qui Dei & volendi aliud & aliud reiicit, is aut id quod consistit reiicit, aut quod non consistit. Si secundum rationem aduersarij, quod est Deus, id vult: & quod vult, esset si noluerit Deus corrumpi actionem suam, ea cessante non corrumpitur volente ipso: non est ergo Deus quod vult. Si facere est Dei volũtatis, sequitur vt quemadmodũ differt facere simpliciter à faciendo qualia, & quanta, & quando: sic differat esse à volendo. Etiamen ne sic quidem fatendum est Deum facere quia

sit, sicut ignis calefacit. Ignis enim, licet substantialiter, tamen accidentem habet calorem. At apud Deum nihil nec substantialiter accidit, nec accidentaliter. Igitur cum ei nihil accidat, & sit idem esse & velle Deo, sequitur vt simplex sit, & vniusmodi, efficiens ingenitè eorū quæ sunt. Quomodo accidat igni calor, dicat respōsor quomodo id velit intelligere? Nō enim quomodo ei calor accidat, nunc quæritur, sed de inuoluntaria actione, secundum quam quia est agit. Velle aut substantiæ est, aut adest substantiæ. Atqui si substantia est, non est volens: sin adest substantiæ, necessariò aliud & aliud est: non est enim idem id quod est, & id quod adest. Si multa vult Deus, & tamen multa non est, non est idem apud Deum esse & velle. Si Deus quæcunque vult facere, potest facere, & tamen non quæcunque potest facere, vult facere, non est idem apud eum esse & velle. Si Deus est vnum & simplex, & vniusmodi, multáque vult, & multa non vult, vt vult quidem varietate multa esse quæ sunt, sed ea multitudine infinita esse non vult, non est idem apud eum esse & velle. Si ingenitè ingenita non fiunt, ne Deus quidem

ingenitè ingenita facit: fieri enim non potest vt sit factum ingenitum. Quemadmodum doctrina, actio est docentis in discente: sic effectio actio est facientis in eo quod fit. Ergo qui tollit generationem ab eo quod fit, tollit etiam actionem ab effectione facientis. Frustra agit Deus effectionem, si non est quod fiat. Si infectè non facit Deus, ne ingenitè quidem facit. Facit Deus, affirmatio est effectionis: facit infectè potentia negatio est affirmationis. Pugnantia sunt nomina ingenitum & factum. Si quod est per effectionem, ingenitum est, non est ingenitum quod non est per effectionem. Nihil interest vtrum dicas, Qui fecit, fecit: quod verò fit, non est factum: an dicas, facit Deus infecta, Si ritè dicitur, Deus ingenitè ingenita facit, rite etiam dicetur, Ingenitè ingenita fiunt: nam cum facere coniunctum est fieri, naturali necessitate: quòd si secundum absurdum est, etiam primum absurdum est. Si temporarium est gigni, temporarium est & fieri: idem enim significant: fieri enim non potest vt faciens faciat, quin gignatur id quod fit. Si ingenitè nihil gignitur, ne fit quidem quicquam ingenitè: gigni enim

& fieri, verbo non est idem, sed re idem est. Si Deus facit quia est, coactè facit quæ facit: sin facit quia vult, sponte facit, sponte enim faciens, facit quantum vult, & qualia vult, & quando vult. Si Deus quia est, facit, nihil ei prodest velle, quippe quo nequaquam possit velle, quippe quo nequaquam, tribuat Duo quæ conuenire nequeunt, tribuat Deo responsor: nominat eum effectorem rerum, & dicit eum ingenitè facere. Si enim ipse facit ingenitè, id autem quod fit, nequaquam gignitur, ergo nec genitè, nec ingenitè, nec effectiuè, nec ineffectiuè. Ergo quemadmodum non gignitur id quod fit, ita neque facit faciens.

Sicut, inquit, videmus quòd genitiua, vt homo quiuis, qui generatus ipse, genitiua facit, & omnino genitiua genitè genita, genitiua faciunt, & ex se faciunt, eodem modo Deus quoque, cum sit ingenitus, ingenitè facit omnia, vt non gignatur, sed simul cósistant & potentiæ quidé infinitate diuersa fecit.

Quis ergo est qui fecit hominem? qui homo, vt ait responsor, genitè genitus, & ipse genitiuus genitè genitiua facit? Quòd si Deus eum fecit, certe falsam dixit responsor, dum ait, Deus ingenitus

ingenitè ingenita facit. Sin non Deus eum fecit, certe aliena curat Deus, dum curat homines, quorum non est effector. Quòd si absurdum est negare Deum effectorem hominis, absurdum est etiam dicere, Deum ingenitè ingenita facere. Fecit enim hominem genitè, qui est genitiuus. Si cuius pars genita est, eius etiam totum necessariò genitum est, & pars est mundi homo, qui (vt ait responsor) genitè genitus est, sequitur vt genitus sit mundus. Si ingenitus est Deus, & ingenita facit, qui fit vt nō contra cōmune ferat ingeniti nomen, nullo se distinguens? Si Deus quod est, non facit (est enim impossibile) facit autem quæ non sunt, facit genitiua ipse ingenitus. Non quæritur autem primum quomodo faciat Deus, sed quid faciat: inuento enim quid faciat, inuentum est etiam quomodo faciat. Si ingenitus Deus, ingenite ingenita facit, sequitur vt carens domino, etiá sine domino faciat carentia domino: quòd si absurdum est secundum, absurdum est etiam primum. Quæ sine vllo discrimine cōsistunt alterū cum altero, eorum nullum potest alterius esse cōditor: alioquin essent conditores alterum alterius. Quòd

& hoc absurdum est, absurdum etiam dicere, Deum conditorem esse eorum quæ cum ipso sine discrimine consistunt. Si infinita potest facere Deus, sed volendo, & tamen Deus diuersa esse non potest (est enim vnum & simplex & vnius modi) & tamē diuersa vult, non facit quia est, sed quia vult. Si quemadmodum compositione linearum cōsistunt anguli, ita & mundus cum Deo: coactè & inuoluntariè facit mundum Deus per accidēs, & nō per se: coactè enim & per accidens cōsistunt anguli cum compositione linearum. Faciens facit ens: ens enim non eget conditore: quòd si verum est, nō est conditor Deus eorum quæ cum eo consistunt, sicut dicit responsor. Deus domum non fecit, sed fecit hominem, & ei dedit potentiam faciendi domum: nihil igitur horum ingenitè est apud Deum, neq; effectio hominis, neq; datio potentię. Duas regulas posuit responsor, vnam de effectione ingenitorum, & ingenitè facientium: alteram de effectione genitorum, & genitè facientium: & ait opera ingenitorum, consistere cum suis conditoribus ingenitè: opera autem genitorum, esse temporaria. Ergo si nullum ingenitum est

temporariè facit, sequitur vt genita neque facta sint ab ingenito, neque fieri possint.

Non debemus autem Deum humano more contemplari. Non enim quemadmodum nos, qui alioquin prius aliquid habemus, postea id in aliud mutantes, dicimur facere, sic & Deus facit: sed ineffabili & excellente potentia, sine tempore facit & perficit omnia, simúlque quia est, etiam entia facit, nec ei opus est, sicut nobis, vt aliquid prius factum perfectúmque sit, quo deinde faciat posterius: quippe eum nihil sit in eo prius aut posterius.

Nos quidem prius mutamus in posterius, inuentione melioris: at Deus non itēquin sicuti conuenit, principio facit non mutans in posterius priora. Si enim stante principio mutare priora in posteriora, & non mutat, aut infirmitas putanda est potentiæ, aut quia inuenit melius proposito, quorū nullum adest Deo, nec infirmitas potentiæ, nec inuenire posteriora priore melius. Si faceret Deus omnia quę non gignantur, sed vnà cōsistant, superuacaneum esset ea facere, quæ sunt eum ipse est. Quemadmodum enim superuacaneum esset, ante compositionē linearum, facere angulos: ita superuacaneū

esset, ente Deo cum mundo, facere mundum. si modo cum Deo consistit, vt ait respondens. Si vnà cum Deo est etiam mundus, & mundus semper est in motu, & motus in tempore, sequitur vt sit Deus in tempore cum mundo. Si ingenitus Deus, ingenitè ingenita facit, non quæ gignantur, sed quæ cum eo consistant, sequitur vt homo etiam sit ingenitus, qui sit pars mundi, qui sit ergo vt hunc genitum responsor appellet? Et si ingenitus Deus, ingenitè ingenita facit, sequitur vt cum sit simplex, simplicia omnia cum ipso consistentia faciat. Quòd si verum est, non constitit cum Deo mundus, qui & toto & parte sit compositus. Si vnum est Deus, & nõ vnum est quod cum eo consistit, non consistunt cum eo genita, cum sit ingenitus. Si Deus est vltra cogitabilia & sensilia, nec facit opera quę sint vltra cogitabilia & sensilia, sequitur vt non ingenitus ingenita faciat. Si impossibile est consistere cum eo quod sit vltra se, quomodo constitit mundus cum Deo qui est vltra ipsum? Si impossibile est ingenita esse quæ sunt composita, quomodo cœlum & sol sunt mundus ingenitus, cum sint compositi, aliunde habentes materiam, aliunde speciem?

Videmus sanè naturam quia sit, facere, & repentinam semper mutationem efficere: quemadmodum in coagulatione lactis repentè coagulationem cernimus accedere lacti. Itaque multo magis putandum est, Deum repentè & sine tempore omnia facere, qui ipse sit vnum, & infinitate potentiæ diuersa producat, quæ ipsa plane per se producantur.

Natura quidem vniuersam mutationem facit, non ad effectionem substantiæ, sed ad effectionem affectionis: coagulatio enim in lacte, est lactis affectio. At substantiam haudquaquam repentè facit natura. Itaque responsor improprio exẽplo vsus est, videlicet effectione naturæ, quo ostenderet Dei effectionem esse sine tempore, cum sit Deus multarum & diuersarum substantiarum opifex, quas etiam si repentè faciat Deus, ne sic quidem fiet sine tempore. Est enim repentinum, temporis indiuiduũ. Eis quæ per se producuntur, non dominatur Dei voluntas. Atqui dominatur Dei voluntas iis quæ ipsa produxit. Innumero si dominatur Dei voluntas omnibus, nihil est per se

productum. Per se productum nominat
responsor & Deum & mundum. Atqui si
per se productus est mundus consistens
cum causa consistentiæ suæ, necesse est
etiam Deum, qui sit per se productus, cō-
sistere cū causa consistentiæ suæ. Quod si
hoc absurdū est, absurdū est etiam dicere
Deū & mundum esse per se productos, &
alterum cum altero consistentes sine dis-
crimine. Si per se Deus est per se produ-
ctus, per accidens verò mūdus, non con-
sistens cum eo, omnino falsum est dicere,
Nihil accidit Deo, si quidē productō per
se Deo, constitit cum eo productus per se
mundus. Si quæ naturali necessitate ac-
cidunt alicui, ea inuolūtariè accidunt ei,
qui fieri potest vt si naturali necessitate
consistit vnà cum Deo mundus, non in-
uoluntariè cum eo cōsistat per accidens?
Si idem est apud Deum esse & velle, se-
quitur vt in quibus non vult, Deus in iis
etiam non sit. Potéstne ergo cum non sit
ipse, mundus cum eo consistere? inuolun-
tariè enim cum eo consistit mūdus. Si in-
genitus ingenitè ingenita facit, ergo in-
compositus incōpositè incōposita facit.
Quod si secundum verū non est, ne pri-
enum quidem verum est: compositus est

enim mundus. Si Deus diuinè deos non
facit, quomodo ingenitus ingenitè inge-
nita facit? non enim ipse secum consistit,
sed alius. Aliud est Deus, aliud ingenitū
illud quidem est, hoc vero separatur à ge-
nitis: & faciens Deus est: facit, non sepa-
ratur. Quod si quo separatur, facit, sed
per accidens, & non per se, quomodo ni-
hil accidit Deo per accidens facienti? Si
quemadmodū consistit cum globo cauū
& conuexū, ita consistit cum Deo mun-
dus, sunt alter alterius causa, videlicet De⁹
mundi, & mundus Dei, sicut & illa: Si nō
facit quis voluntate quæ etiam nolens fa-
ceret, quomodo ergo voluntate mundum
fecit Deus, quem etiam nolens facere, ne-
cessariò feciſſet? Si vnum est substantia
Deus, infinitus vero potentia, quæ verò
cum eo consistunt, ea neque vnum sunt
secundum eius substantiā, neque infinita
secundum eius potentiam, ergo neque
consistunt cum eo. Deus semper perfe-
ctus est, semper potens est, & in eo qui-
dem nihil prius aut posterius est, sed in
eius operibus est vtrunque. Si composita
sunt eius opera, omne autem compositum
ex simplicibus constat, & impossibile est
simul esse simplicia cum cōpositis, prima

enim sunt simplicia, deinde composita. Quemadmodũ accusari non potest Deus infirmitatis potentiæ, quòd cum non plures sed vnum fecisset mundum, desiit facere: sic accusari nõ potest imperfectionis virium, quòd non simul ac fuit, mundum fecit, sed cum voluit. Nihil differt inter per se productum, & per se genitũ quòd si per se productus est tum Deus tum mundus, erit vterque per se genitus. Si quemadmodum videmus coagulationem repentè lacti accedere, ita repente accedit mũdo esse, ergo genitus est mundus, & mutabilis ex non esse in substantiam. nã accedere significat gigni. Si per se productus est Deus, & per se productus est mundus, vtriusque productio principium erit existentiæ vtriusque: quomodo igitur erit sine principio & æternus Deus & mundus, cum productiones suas habeant principia existentiæ suæ? Per se productum, significat aliquid quod à seipso producatur. Sed cum quicquid producitur, id aut aduentu producatur, transitione de loco in locum, aut substantia producatur per effectionẽ ducentem ex non esse in esse, nihil autem horum inest in Deo, ergo non recte eum

nominauit responsor per se productum. Nam per se productum, ab eo quod ab altero productum est, eo quòd omnino per se productum est, nihil differt. Si impossibile est ingenitum esse infectum, impossibile est mundum esse ingenitum, & eius conditorem Deum. Quòd si mundus à deo hoc differt, quod factus est, necesse est vt etiam hoc differat quòd sit genitus. Factus est enim mundus, Deus autem infectus. Si is qui naturali necessitate consistit cum ingenito, infectus est, omnino falsum est, Fecit factum mundum Deus, infectũ & ingenitum per se. Si per se productus est mundus, & non factus, necesse est vt sit etiam per se factus. Ab eo quod per se productũ est, nihil differt id quod per se genitum & per se factum est: quod si per se productus est & Deus & mundus, erunt etiam per se geniti & facti. Quod si hoc absurdum est, absurdum est etiam dicere per se productum esse Deũ, qui sit sine principio, & æternus: ingenitumvero & per se productũ factũ mundũ.

Si per se productus est mundus, non est diuinitus productus: quòd si non est diuinitus productus, nec Deus eum produxit. Ergo cum dicit responsor, pro-

ducentem Deum, mundū vero per se producturn, falsa dicit & inconuenientia.

Itaque multo magis putandum est inquit, Deum repentè & sine tempore omnia facere, qui ipse sit vnum, & infinitate potentiæ diuersa producat, quæ ipsa planè per se producantur.

Si facere idem significat quod facturum esse, qui fit vt qui aufert à Deo facturum esse, vt quod notionem habeat futuri tẽporis, nunc ponat in eo facere, quod eãdem temporis habet notionem? Quod si cum notione futuri temporis habet facere etiam præteriti notionem, quamodo non insunt in Dei actione temporis omnes partes?

Quæstio Christiana ad Gentiles quarta.

SI impossibile est vt is qui antea non erat, & postea est, sit coæternus ei qui semper est, quomodo fieri potest vt mundus, si genitus est, sit coæternus Deo?

Responsio Gentilis ad Christianos.

Quod quidem impossibile sit vt temporarium (hoc enim significat id quod olim non erat, sed postea est) æternum sit & coæternum ei quod semper est, patet.

Quod autem etiam ex hoc dicto demonstretur mundus ingenitus, etiam hoc cuiuis manifestum est. Sed si quis velit dicere, quosdam antiquorum mundum ingenitum vocare, si leuiter hæc dicta considerentur, posse meritò reprehẽdi qui hoc dicunt. Sin ea penitus considerentur, inuenietur eos plenè & apertè pronunciare mundum ingenitum. Cum enim dicant exemplarem effectricémque causam esse ingenitã, certè mundũ, qui sit earum opificium, apertè pronunciant ingenitum. Pronunciarunt enim antiqui ea quæ relationa vocantur, esse vnà cum natura. Cũ igitur naturaliter & imago vnà cum exemplo, & exemplum cum imagine, erit etiam opificium cum opifice, & opifex cum opificio. Quòd si ingenitus est opifex & exemplum, etiam mundus erit ingenitus, cum sit exempli imago, & opificis opificium. Quod autem relatiua vnà cum natura sint, apertè ab omnibus pronunciatum & confessum est, & hinc facile est cognitu. Dextrum enim & sinistrum relatiua sunt. Quemadmodum ergo non potest dextrum esse quin sit sinistrum, neque sinistrum quin sit dextrum: ita non potest opifex esse sine opificio, nec opifi-

eium sine opifice. Ergo si ingenitus est opifex, ingenitū est etiam opificiū. Quòd si quis velit dicere prius fuisse opificem, deinde opificiū, incidet in aliud absurdū. Inuenietur enim dicere opificem esse potentia, non actione: quod nihil aliud est quàm Deum dicere imperfectum, præterea nihilominus consistere cum opifice opificium, cum sit id potentia quemadmodum opifex: quippe cum vbique relatiua pariter consistant. Ergo si opifex est potentia, etiam opificium erit potentia: sin opifex est actione & perfectus, etiam opificium itidem erit. Itaque cuiuis perspicuum est, opificium consistere vnà cum opifice, quatenus opifex est.

Huius reflexionis refutatio.

Quasi ostendisset responsor in aliis suis responsionibus, mundum esse ingenitum, sic in hac promittit se ostensurū mundum ingenitum. Atqui in aliis suis responsionibus, neque ex manifestis & cognitis aliquid seruit mundum esse ingenitum, neque ad demonstrationē confirmauit, sed tantum autoritate sua, quod sibi visum est, pronunciauit. Vbi deinde venit ad præsentem hanc responsionem, in qua conatur ostendere mundum esse ingenitū, primum me-

minit antiquorum, qui dixerunt genitum mundum: quos meritò reprehendendos dixit, dum dixerunt genitum mundum, nisi aliis suis vocibus euertissent suas ipsorum voces, quæ dicunt mundū esse genitum. Hoc verò non liberat eos iusta reprehensione, sed magis inurit eis magnam iustamque reprehensionem, qui in mūdi generatione posuerint affirmationem & negationem, & propria oratione idem secum ipse pugnauerit. Et hęc quidem dicta sint ad demonstrandum non ritè vsum esse responsorem pugnantibus inter se vocibus, ad demonstrandum mundū esse ingenitum. Nos verò perpendamus antiquorum illorum voces, in quibus demōstratiuè pronūciant mundum ingenitum, vt ait responsor.

Quod autem etiam ex hoc dicto, inquit, demonstretur mundus ingenitus, etiam hoc cuiuis manifestum est. Sed si quis velit dicere quosdam antiquorum, mundum ingenitum vocare: si leuiter hęc dicta cōsiderentur, possint meritò reprehendi qui hoc dicūt. Sin ea penitus cōsiderentur, inuenietur eos planè & apertè pronunciare mundum ingenitum. Cum etiam dicant, exemplarem effectricémque

causam esse ingenitam, certè mundum, qui sit earum opificium, apertè pronunciant ingenitum.

Si posuerunt antiqui genitum esse mundum, idque leuiter consideratum manet immutabile: acriter autem consideratum, vertitur in contrarium: cur non visus respósor exéplari & effectrice causa ab antiquis posita, simili attentionũ (scilicet leuis & acris) permutatione (siquidé hæ, in contrarium mutant) genitũ mundum ab antiquis positum mutauit in ingenitũ, vt eos qui hoc dixerunt, iusta reprehensione liberaret? Quòd si hoc facere absurdum est, oportet secundum rerum naturam perpendere antiquorum dicta, nõ diuersis attentionibus mutãtibus in contraria ea quæ posita sunt. Si aliud est exemplum, & aliud id quod est secundum exemplum, (simplex est enim exemplum, cõpositum autẽ id quod est secũdum exemplũ) quod autem sic est aliud & aliud, necessariò est aliàs & aliàs: quod est autem aliàs & aliàs, est prius & posterius: non potest simul esse natura. Non est ergo simul natura exemplum, & id quod est secundum exemplum.

Responsor modò dicit, mundum esse

commune opificium exemplaris causæ & effectricis, dũ ait: certè mundũ, qui sit earum opificium: modo effectricis opificiũ, exemplaris vero imaginem, atque ex hoc manifestum est quod neque opifici relatius est mundus quatenus imago, neque exemplo quatenus opificium. Quòd si est, non verum est mundum esse harum opificium. Si exemplo fabricat opifex mundum, volens fabricat. Quòd si quia est, eum fabricat, superfluum est exemplum, cum esse Deum satis sit ad effectionem rei faciendæ: excluditúrque voluntas. Non enim fiunt voluntaria ea, quæ eis nolente eo qui facit, fierent. Tale enim opus est eorum quę agunt quia sunt. Deus quidem est ingenitus ipse, exemplũ mentem genuit ex mente suæ, mũdum vero fabricauit ex materia secũdum exemplũ. Enimuerò, si vt vult responsor, quoniam opificiũ ingeniti opificis est mũdus, profecta ipse quoque ingenitus est, erit etiã exemplum ingenitum, quãdoquidem generatio est ingeniti. Quòd si absurdum est dicere ingenitam generationem, absurdum est etiam dicere ingenitum genitum. Si quis est opifex ingenitus, etiã opificiũ est ingenitũ, eodẽ modo necesse est

fabricatum esse opificium: est enim infabricatus opifex. Quòd si hoc absurdum est, absurdum est etiam dicere mundum ingenitum. Fabricatum à genito tantum verbo differt: re non differt: itaque quod de vno dicitur, idem & de altero, quia æquipollent. Si quid enim genitum est idem necessariò est etiam fabricatum: & contrà. Sed cum impossibile sit mundum esse ingenitum & genitum (necesse est enim omnino aut affirmationem aut negationem esse veram) ergo impossibile est mundum esse fabricatũ & ingenitum. Bis esse idẽ in alio necessariò fit aliàs & aliàs: vt exemplum est in Deo & in materia: & in Deo quidem est infectum: in materia verò factum: & in Deo non mundus, sed mundi exẽplum: in materia verò mũdus. Atqui si est aliàs atque aliàs, & aliter atque aliter, necesse est vt sit prius & posterius. Quòd si prius est & posterius, ergo non coæternum. Antiqui pronunciarunt ea quæ relatiua vocantur, esse simul cum natura. ergo cum imago referatur ad exẽplum, & exemplũ ad imaginem & opificium ad opificem, & opifex ad opificium, erunt hæc simul cum natura. Ergo si ingenitus est opifex & exemplum, ingenitus

sit & mundus, cum sit exempli imago, & opificis opificium. Qui antiqui demonstrarunt relatiua esse simul cum natura, idem tradiderunt sermonem imaginis. Imago, inquit, est cuius generatio sit imitatione. Atqui si, vt vult respõsor, ingenitus est mundus, ergo perdidit mũdus nomen imaginis, & rem ipsam. Si enim ingenitus est mundus, non potest retinere verbum imaginis. Qui dicit opificium esse ingenitum, quia opifex est ingenitus, debet etiam infabricatum dicere opificiũ, quoniam opifex est infabricatus. Quicquid est enim ingenitum, id necessariò est etiã infabricatũ: & contrà. Quod si hoc absurdũ est, etiam absurdum est dicere opificium esse ingenitũ. Si simul cum natura sunt relatiua, & propterea necesse est opificiũ, simul cum opifice esse ingenitum, sicuti respõsori videtur, necesse est eodem modo dicere ingenitum esse simul cum genito ingenitum. Sunt enim & hæc relatiua. Refertur enim ingenitum ad genitum & genitum ad ingenitum. Sin non intelligente autem genito, ingenitum actione est ingenitũ: necesse est idem cogitare etiã de opifice & opificio, & exemplo &

imagine, neque quicquã absurdum esse dicitur. Quã enim naturã habet relatiuum in opifice & opificio, eandem habet etiam in genito & ingenito: & prius & posterius est de relatiuis: ad prius enim refertur posterius, & contrà: simúlque natura sunt potentia, aut natura actione. Atqui si ex responsoris sententia opificium ingenitum est simul cum ingenito opifice, quandoquidem relatiuum est, & simul natura erit eodem modo genitum simul ingenitum cum ingenito Deo: prior enim Deus est: posterius autem genitum, estque tanquam relatiuum simul cum natura prius & posterius. Quòd si sine eo quod modo potentia modo actione est, impossibile est prius & posterius esse simul cum natura, ergo neque opificium æternum est simul cum opifice, neque imago cum exemplo.

Quod autem relatiua vnà cum natura sint, apertè ab omnibus pronunciatum & confessum est, & hinc facile est cognitu. Dexterum enim & sinistrum relatiua sunt. Quemadmodum ergo non potest dexterũ esse quin sit sinistrum, neque sinistrum quin sit dextrum: ita non potest opifex esse sine opificio, nec opificium sine opifice. Ergo

ce. Ergo si ingenitus est opifex, ingenitum est etiam opificium.

Si quemadmodum secundum eandem substantiam sunt dexterum & sinistrum in tota parte alterum ad alterum, sic essent etiam opifex & opificium secundum eandem substantiam in tota parte alterum ad alterum, haberet locum exemplum quo vsus responsor, conatus est ostendere simul ingenitum esse cum opifice opificiũ. Sinautem dexterum & sinistrum secũdum eandem essentiam sunt in tota parte alterum ad alterum, opifex autem & opificium non item, manifestum est quòd improprio exemplo vsus est responsor ad rei naturam, nullam habente conuenientiam ad id quod ostenditur. Relatiuorum alia dicuntur quod dicuntur alterum alterius, vt pater, filij dicitur pater, & filius, patris dicitur filius. Alia non dicuntur alterum alterius, vt rectum & rotundum, quorum commune est quod alterum aliquando potestate dicitur quod dicitur, aliquando actione: vtrunque autem semper aut potestate est, aut actione, vt cauum & conuexum: alia verò semper actione, vt supra & infra. Cum hæ sint relatiuorum distinctiones, quando volumus quæstio-

nis alicuius dubium soluere per relatiua, primum considerandum est cuius sit diuisionis relatiuorum id quod quæritur: deinde ita secundum naturam distinctionis paranda est conuenientia quam habet exemplum ad id quod ostenditur. Alioquin inuenietur exemplum impropriu, & dubium insolubile. Si opifex & opificium sunt ex iis relatiuis quæ quod dicuntur, dicuntur alterum alterius (est enim opificis opificium & opifex opificij) responsor vero volens exemplo demonstrare genitum esse ingenitum simul cum ingenito, sumpsit ad huius demonstrationem relatiuum ex iis quę non dicuntur alterum alterius (dexterum enim nō dicitur sinistri, neque sinistrū dexteri) perspicuū est cum vsum esse impropriō exemplo, quod non habet secundum naturam, quæ demonstratur, conuenientiam, quæ soluat dubium eius quod quæritur, ad id quod ostenditur.

Quòd si quis velit dicere prius fuisse opificem, deinde opificium, incidet in aliud absurdum. Inuenietur enim dicere opificem esse potentia non actione: quod nihil aliud est quàm Deū dicere imperfectū. præterea nihilominus consistere eum

opifice opificium, cum sit id potētia, quēadmodum opifex, quippe cum vbique relatiua pariter consistant. Ergo si opifex est potētia, etiam opificium erit potentiat sin opifex est actione & perfectus, etiam opificium itidem erit. Itaque cuiuis perspicuum est, opificium consistere vnà cum opifice, quatenus opifex est.

Sicquemadmodum ad opificium conditionem habet Deus relatiuam vt opifex, sic habet eandem conditionem secundum relatiuum ad genitum vt ingenitus, & ad posteriora vt primus, nihil imperfectum habet neque quia ingenit⁹ est, neque quia primus. Nulla enim ratione dici potest Deum ingenitum imperfectum, aut primum imperfectum, quia fuerit aliquando potentia vtrumque, videlicet ingenitus & primus. Ita non potest imperfectus esse Deus, qui prius potentia fuerit opifex. Quòd si quia fuit primū potentia opifex, postea vero actione, accusatur imperfectionis, necesse est etiā quia fuerit primū potentia ingenitus & primus, postea vero actu, accusari eum imperfectionis. Quòd si absurdum est accusare Deum imperfectionis quia ingenitus sit & primus, absurdum est etiam accusare eum imperfectio-

nis operatricis eius potentiæ, quia non simul ac fuit, fecit mundum, sed postea cum voluit. Fieri enim non potest vt qui aliqua relatiui conditione sit imperfectus, non reliquis omnibus relatiui conditionibus similiter sit imperfectus.

Quæstio Christiana ad Gentiles.

SI ingenitum est cœlum, & ingenitus Deus, & habitat in cœlo Deus, abesse non potest quin Deo, qui habitet in non suis, fiat iniuria. Quū enim non fecit cœlum, id non est eius.

Responsio Gentilis ad Christianos.

Quòd ingenitus sit Deus, ingenitúsque cœlum, perspicuū est tum ex iis quę nunc leuiter perstricta sunt, tum ex iis quæ à multis egregiè demonstrata sunt, Quòd autem Deum dicere habitare in cœlo, non sit rationi cósentaneum, sic consideremus. Primum enim id quod habitatur, factum est ad salutem habitantis. Itaque si mundus est habitaculum, Deus autē habitans, mundus seruatus est quod mundus seruat Deum, manifestum est. Deus autem seruatur à mūdo: id quòd est omnium absurdissimum, cum id quod præstantius est, continens sit minus præstantis: minus præstans autem continetur

à præstantiore. Atqui id quod habitat, habitatione continetur: ergo Deum continebit habitatio, erítq; hac ratione Deus deteriore cōditione, opificium vero meliore. Iam vero id quod continetur, est in loco: quicquid autem est in loco, corpus est: ergo Deus, si in loco est, corpus erit. Quomodo ergo, si corpus est minus (quippe quod contineatur) continebit corpus maius: Hoc dicere, absurdum est. Quod autem id quod habitat in loco, contineatur à domo cuiuis vel cæcutienti manifestum est. Quid ergo, inquies? quomodo dicit Homerus opificis domicilium esse cœlum? An quia Dei splendorem undique circūiectum intuitus, mundū vocauit Dei domicilium, tanquam receptaculum omnis affectionis & actionis Dei? Vocant autem peculiariter cœlum, quoniam totius mundi summum esse cœlum, omnibus in confesso est.

Huius responsionis refutatio.

Dicere opificem siue fabricatorem Deū, infabricatum autem mundum (nam infabricatum idem est quod ingenitum) plane transsumptio est idem significantium, & dicere, Infabricatus Deus infabricata facit: quod idem est ac si dicas, ingenitum

Deum ingenitè ingenita facere. Item dicere æternum Deum, coæternum æternum mundum, & Deum ex non esse in esse, & mundum per se produci. nam per se productum, dum de Deo & de mundo dicitur, eandem habet significationem. Item dicere per se productum, & ab altero custodiri mundum: nam à Deo custoditum, significat, ab altero custoditum, alius enim est mundus & alius Deus mundum custodiens, qui si per se productus est, oportet necessariò vt per se etiam custodiatur Item dicere Deum & mundum ingenitos & per se genitos: nam per se productum, de Deo & de mundo dictum, significat per se genitum. Item dicere, Cum fecit hæc Deus: & rursus: Non fecit. temporis enim est vt fecit, sic &, Cum fecit. Item dicere æternè consistere inseparatè cum Deo mundum, qui ex materia & specie generatè per compositionem accepit esse ab opifice. Item dicere incorruptibilem & corruptibilem esse mundum, incorruptibilem quidem, quia fit: corruptibilem verò, quia custodiatur. Item dicere, gignitur mundus: genitum autem est temporarium: & temporarium est corruptibile. Item dicere omnis effectionis & actionis Dei receptaculú esse mundum, & Deũ non esse opificem corruptibilium. Deus enim, vt vult respondor, nihil temporariũ facit: genita autem & temporaria omnia, secundum eum, sunt semper corruptibilia. Hæc & talia non sunt hominum qui ex scientia naturæ rerum, egregia demonstratione de Deo déque mundo demonstrant: sed hominũ temerariorum, qui quod sibi de Deo déque mundo videatur, impudenter pronũciét. Vituperare autem, si quis dicat Deum in cœlo habitare, tanquam id Deum haud deceat, hominum est sentientium quæ absurdè dicantur. malicioſum enim dictum, etiam malicioſum ſenſum habet. Nos verò non posuimus in interrogatione modum quo Deus in cœlo habitet, quem respondor criminatus est, sed sic: Si ingenitum est cœlum, non est Dei: & qui dicunt habitare Deum in eo, iniuriam faciunt Deo habitanti in cœlo nõ suo. Domum autem soliumque Dei dicimus cœlum, non quasi Deus eo ad habitationem aut ad sedem egeat, cum sit Deus omnino incircumscriptus: sed ne magnitudinem consistentiæ mundi, & incorruptibilitatem eius substantiæ intuentes,

opinemur eũ esse Deũ, aut pari eũ Deo honore præditũ, propterea nominamus eum domũ soliũq; Dei eum his nominibus separãtes ab omni eũ Deo cõmunitate substãtiæ, & appellationũ substãtiæ. Sicut enim dom⁹ & soliũ posterius est eo qui id fecit, ita & cœlũ posterius est Deo, sicut genitus ingenito. Et si in præsentia incorruptibile cœlũ dicimus, non eodẽ modo id dicimus incorruptibile quo Deum. Deus enim increatè, ex sua ipsius substãtia, & æternè incorruptibilitatẽ habet: At mundus creatè, ex Dei voluntate haber incorruptibilitatem ad vsum præsentis status & peracto vsu, ad aliũ modũ incorruptibilitatis transfertur. Qui enim dedit ei Deus corporis magnitudinẽ, dedit quantã voluit non quantũ potuit. Poterat enim facere eum maiorem quàm est, nunc sic ipse eum statuit, vt finibus suis circumscriptus, maneat in incorruptibilitate vsque ad tempus quo res in melius transferentur, secundum fidem orthodoxorum, quicx doctrina cogniti ipsis Dei, Deum cognouerunt: & secundum testimonium responsoris.

PHILOSOPHI ET Martyris responsiones ad orthodoxos, de quibusdam necessariis quæstionibus.

Quæstio prima.

SI veterem cultum sustulit Deus quòd eo nõ delectaretur, & Christianorum cultum tanquam sibi placẽtem pro eo inuexit: orthodoxi autem soli Deo placentes, nõ pares numero, sed inferiores sunt quàm Græci & Iudæi, & omnes hæretici: negari non potest quin maneat inextirpatus error, penuria virium eius qui cultum hunc pro illo elegit: estq; inutilis illius culeus abrogatio, cum multus adhuc error mundum teneat.

Responsio siue solutio quæstionis.

Cum Deus cultum antiquum abrogare, & nouum introducere per vetus testamentum statuisset, nisi introduxisset.

quod primum prædicatum est verbis diuinarum potestatum testimonio confirmatis, sustulit & Iudaismum & Gentilismum: deinde factis quæ similiter diuinis potestatibus fiunt, omnem qui vel in hominibus, vel in dæmonibus est, errorem extirpat. ac cum hoc omnium quæ in mundo sunt malarum hæreseum cultum sustulit, * fideique & effectionis. Si non omnes qui cultum acceperunt, eandem de iisdem rebus opinionem tuentur atque habent, sed alij recte, alij non recte sentiunt, hoc non est indicium penuriæ potestatis Dei, quòd illi ob suam negligentiam, aut aliam infirmitatem, non recte percipiãt quæ creduntur, sed illorum negligentiæ. Dictum est autẽ in cultu introducendo, de orthodoxorum paucitate alicubi: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Et alibi, Angusta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eã. Similiter & de hæresibus, quas Dominus in suis parabolis zizania vocat, & malos pisces. Ergo si nihil mentitum est in Christianorum cultu, quemadmodum rerum restatur veritas, ex præteritis fidem faciens futurorum, nulla superest occasio criminandi

Deum de virium penuria, aut dicẽdi inutilem esse cultum hunc qui pro altero inuectus est: quo nunc & Iudaismus ac Gentilismus abrogatur, & postea etiam hæreses.

Quæstio 2.

Si res futuras, vt bellorum trophæa, hostium incursiones & vrbium hostiles euersiones, prædixerunt propheræ & apostoli, & eadem prædixerunt etiam apud Gentiles oracula, vndenam cognoscitur hos esse meliores externis, cum ab vtraque parte prædictiones extiterint.

Responsio.

Eiusdem Dei sunt hæc omnia, & verborum prædictio, & rerum euentus, qui per prophetas & apostolos præsignificauit quæ facturus erat. Idem similiter per eos qui extra religionem erant, prædixit quæ facturus erat. Quemadmodum enim per vatem Balaamum Israelitis benedixit, & eorum hostibus maledixit, idque vtrunq; fecit præsignificatione rerum futurarũ: sic & per prophetiam Nabuchodonosori regi Babylonis præsignificauit excidium Ierosolymæ, quemadmodum dixit propheta Iezechiel: Stabit rex Ba-

bylonis in biuio, in capite duarum viarū, diuinationem quærés, commiscens sagittas, interrogabit idola: exta consulet. ad dexteram eius facta diuinatio super Ierusalem, &c.

℣ Sic & per Græcorum vates, quæcunq; rei euentu comprobata sunt, ipse præsignificauit. Sed multa est prophetarū & vatum differentia. Primum quod Dei eius nomine prophetarūt prophetæ & ipsi, cognitionem habuerunt & fidem & cultum: ac omnia quæ de Græcorū deorum, vatumque sublatione & Christianorum rerū constitutione prædixerunt prophetæ, re ipsa acciderunt. Deinde nihil eorum quæ prædixerunt vates aut contra veritatis Deum & eius cultores, aut pro constitutione Græcarum re ipsa accidit. Horum testis est Assyriorum rex, qui domestico vaticinio impulsi dicebant se non sine Domino ascēdisse in hanc terram vt eam depopularentur. Dominus mihi dixit, Ascende & cū depopulare. Ac qui cum ascendisset, cladem accepit ipse contra suum vaticinium.

Quæstio 3.

Si in resurrectione omnes qui peccauerint, punientur, sed grauius qui Deū

volūtatē sciuerint & non fecerint, quod nam lucrum est Christiani & Græci baptizati & non baptizati, orthodoxi & non orthodoxi?

Responsio.

Quemadmodū authore apostolo, fidelis, qui rei suæ non prospicit, Deū negauit, estque deterior infidelibus, qui non cū cognitione & fide & baptismate, etiā mores ascisceat qui Christi doctrinam exprimant, sed habens pietatis speciē, eius autē virtute abnegata, deterior sit infideli: ita qui cognitionem habuerit, deterius est cū cognitione peccare, quā sine cognitione, quanto inexcusabile peccatum deterius est, eo quod habet excusationem.

Quæstio 4.

Si totis viribus induerunt hæretici cognoscere & seruare dogmatum veritatem, nec potuerunt, nónne iniustum est eos tanquam à veritate aberrantes subiicere pœnis?

Responsio.

A Deo non quæsiuerunt hæretici totis viribus veritatem, vt cum ea ipsis offenderetur ab eis qui eam inuenerant, neque potuerint neque sustinuerint eam admittere. Ac si vera est hæc defensio,

debebant ipsi alij aliis ignoscere errantibus, tanquam qui virium infirmitate, non animi malicia, hæreses introduxerint & ipsas sibi, & veritati repugnantes. Nunc cum damnent olij alios ob opinionum dissentiones, perspicuum est omnes eorum hæreses occasionem habuisse ex ambitione & mutua inuidia hæresiarcharum: propter quam causam lupi graues ab apostolo nominati sunt authores hæreseum. Quod autem fieri non possit vt qui veritatem toto corde totisque viribus quærat, eam non inueniat, testatur Dominus, dicens: Omnis qui petit, accipit: & qui quæret, inueniet: & pulsanti aperietur.

Quæstio 5.

Si in hæreticorum ecclesiis miracula fiunt, vt morborum sanationes, & immundorum spirituum exactiones, & frugum prouentus, & olei scaturigines; nónne necesse est illos hisce rebus confirmari in errore?

Responsio.

Quemadmodũ quod sol oritur in malos & bonos, pluitque in iustos & iniustos, id non est eiusmodi vt malos & iniustos confirmet in malicia & iniustitia; sed præparet ad iustas pœnas: ita non confirmat hæreticos in errore quod quædam miracula fiunt in eis. Si enim miraculorum effectio, pietatis esset signũ & demónstratio, nunquam Dominus reprobos & sua familiaritate indignos pronuntiaret eos qui dicunt, Domine, nónne tuo nomine prophetauimus, & tuo nomine dæmonia eiecimus, & tuo nomine miraculà multa fecimus? Quibus ille dicit: Nunquàm noui vos: discedite à me, malefici. Nónne vos docui cibum & potum dandum esse esurienti & sitienti? Multo magis ipse eorum similia quæ nos docuit, facit, congerens ignem in capita eorum qui hdei datorem non vt dignus est, cognouerint.

Quæstio 6.

Si in iis qui dolent, & in iis qui delectantur, affectus exeritur, dolebunt autem improbi, & delectabũtur iusti in iudicio, nónne falsum dicit, qui dicit hominibus post resurrectionem fore indolentiam?

Responsio.

Indolentes dicimus resurrecturos, quoniam ab eo quod erimus secundũ naturã non conuertemur, neque in opposita

secundū ens &nō ens, neq; in cōtraria secundū magis & minus: vt ex gaudio non vertemur in mœrorem, neq; eodē bono gaudebimus modo magis, modo minus: etiā si de maiore bono magis gaudebimus, de minore autem minus: sed sic quoque pro bonorū proportione manebit immutabilis quantitas gaudij. Atque hæc de iis qui resurgent ad vitam. De iis autem qui resurgent ad damnationem, eadem est ratio. Eadem enim ratione resurgent alij ad vitam, alij ad damnationem.

Quæstio 7.

Si mutationis indiciū est bona & mala vsurpare cogitatione, quomodo autē immutabiles qui cruciabuntur, & iustorum requiem cogitabunt? aut rursum qui erūt in quiete, & improborum cruciatum recolent? Tunc enim vtrunq; in altero conciliat sensum maiorem, dum contrariorum fit collatio.

Responsio.

In futuro seculo quantitas sensus tum honoris tum supplicij, posita est in mensura honoris & supplicij: nec potest ex collatione oppositorum, sensus admittere incrementum aut diminutionem. Sunt enim illic omnia immutabilia, sicut qualitate, sic

tate, sic & quantitate.

Quæstio 8.

Si boni malig; cognitionem à Deo & abesse accepimus, nonne ipse causa est vtriusque, qui amborum cognitionem & virtutis impliderit naturæ ad illorum completionem?

Responsio.

Non solum vt simus, & vt bonum & malum sciamus ac faciamus, potestatē nobis dedit Deus: sed etiā liberum arbitriū nobis largitus est, nosq; dominos facit præferendi ac eligendi quod nobis videatur, ex iis quæ cognoscuntur: atq; vt boni aut mali simus, id non posuit in cognitione eorum quæ cognoscuntur, sed in electione eorum quæ eliguntur. Itaque non est cognitio causa vt simus boni aut mali, sed propositum. Quemadmodum enim qui videt meretricem, & scit esse meretricem, non est scortator propter hanc cognitionem, ac si cognitio excitauerit cupidinis affectum, ne sic quidem scortator est: sed si consenserit cum affectione proposito, tunc est scortator aut actione aut affectione: sic & bonorum & malorū hominum cognitio nō est in causa vt boni sint aut mali, sed pro-

positum, quod elegit id quod ei visum est, id præferens alteri.

Quæstio 9.

Si quæ modo dicta sunt, dedit Deus, coronátque aut punit vnumquemque hominum secundum eius actionem, quomodo iustè facit ambo, cum vtrunque ab eo habeat homo?

Responsio.

Nos, & id quod in nostra potestate est, differunt inter se. Nos quidem sumus mares & fœminæ: in nostra autem potestate est esse castos aut scortatores. Coronamur ergo aut punimur propter id quod est penes nos. Nam ad quæ propositum nostrum agit nos, propter ea aut coronamur aut plectimur. Nam ad agendum dedit nobis Deus vires: sed eas subiecit potestati proposiri: & ad propositum habet Deus æquitatem gubernatricem virium propositi quæ sunt in nobis, non ad naturam. Accepimus autem à Deo faciendi & non faciendi potestatem: faciendi iusta, iniusta, non faciendi autem iniusta. Quando igitur iusta facimus & iniusta non facimus, iustè coronamur. Sed si facere & non facere in contrarium mutamus, meritò plectimur.

Quæstio 10.

Si corporea quæ de Græcorum diis à poëtis, & quæ de Deo à prophetis dicta sunt per allegoriam, alium habét sensum, nónne patet vtraque esse fabulam?

Responsio.

Quæ allegoricè à prophetis de Deo dicta sunt, secũdum relationem dicta sunt ea ilis quæ natura sunt, ad ea quæ non natura sunt, vt illud: Olfecit Dominus odorem suauitatis: in hominibus olfecit est secundum naturam: at in Deo abusiuè dicitur, non natura. At quæ à poëtis fabulosè de diis dicuntur, non dicuntur per relationem à naturalibus ad non naturalia. Nó enim deuorat homo hominé natura, vt per relationem intelligamus Saturnum deuorasse Iouem. Est vero de deuorato Ioue fabula eiusmodi, vt præter mendacium habeat nihil.

Quæstio 11.

Si continens maius est contento substantia, dignitate vel ò minus, vt cœlum terra, angelorũ domus habitantium in corpore animæ, continet autẽ vniuersum Deus, nónne est minor vniuerso ratione indignitatis?

Responsio.

Hæc oratio non est vniuersalis, ideo neque eius sua est interrogatio (quorũ enim contrarium per eadem potest inuenirii, ea sunt eiusmodi vt non habeant necessitatem) neque probationem habet. Sunt enim quædam contenti minora continentibus & substantia & dignitate, vt grana baccarum. Præterea quæ dicta sunt continentia, continent quia iussit solus Deus continet voluntate vniuersum. Et alia continentia egent ipsa quoque continente at Deus non eget continente ipsum. Et alij quidem cõtentis esse & manere nõ est ex continentibus ipsa: at vniuerso verũque inest ex Deo Et quæ dicta sunt cõtinentia, ea sunt propter contenta: at Deus non est propter vniuersum: itaq; maior est Deus vniuerso, vt substantia, sic & dignitate.

Quæstio 12.

Si continens est propter custodiam & conseruationem contenti, nónne Deus continens vniuersum, ipse cõtinet propter custodiam & durationem? habet enim in parte totius malum spectatur?

Responsio

Vniuersum est opus Dei: & seruans

Deus vniuersum, seruat opus suum: & quemadmodũ non fecit Deus natura malum, sic neque seruat natura malum.

Quæstio 13.

Si fit resurrectio, vt vnicuique reddatur prout vixerit, qui fit vt infantes & fœtus in vtero defuncti resurgant, cum nec operum mercedem reportent, nec requietis aut angustiæ sensum propter ætatis immaturitatem capere possint?

Responsio.

Credenti verum esse illud, Seritur in infirmitate, resurgitur in potestate, huic & possibile & decens est credere etiam infantium resurrectionem. Qui enim eis immortalitatem præstat, potest eis etiam vires sentiendi præsentia bona largiri: quorum si nõ sit resurrectio, inuenietur Deus frustrà finxisse eos. Quod si Deus nihil facit frustra, necesse est etiã infantes adduci in esse per resurrectionẽ. An verò non est ineptum Herodẽ damnari ad pœnã ob interfectos infantes, si infantes nõ sunt q vindicentur? Testatur hoc Ioannis Baptistæ in ventre matris gestientis exultatio, & hymnus infantium & lactentium.

Quæstio 14.

Si falsum vanúmque est baptisma quod

ab hæreticis confertur, cur orthodoxi hæreticũ, qui ad rectã opinionem confugit, nõ baptizant, sed relinquunt in adulterino baptismate tanquam verò? Quòd si illorum suffragia fuerit adeptus, etiam hæc rata habent. Potéstne ergo vel is qui admissus est, vel qui admiserunt, carere culpa?

Responsio.

Hæretici ad rectam opinionem venientis delictũ corrigitur, prauæ quidem opinionis mutatione sententiæ, baptismatis autẽ, vnctione sancti vnguenti: suffragiorum autem, impositione manuum: neque quicquam manet eorum quę ante fuerũt, quin soluatur.

Quæstio 15.

Si non peccauit Iobus qui diem execratus est, ergo exauditus est vt iustus. Et si exauditus est, deus euertit terminum suũ, estque necesse quærere in diuinis scriptis illius diei interitum. Sin non exauditus est, nónne dicendum est eum, quia peccator esset, non fuisse exauditum? Nam voluntatem timẽtium ipsum faciet Deus. De peccatoribus vero dictum est. Etiam si multas preces feceritis, non exaudiam vos.

Responsio.

Scopus Iobi in illa execratione is erat, quasi diceret: Vtinam esset dies in qua ego natus sum, hac execratione execrabilis. Cur? vt ego, inquit, non essem natus, fieri enim non potest vt quis nascatur in tali die, quæ sic execrata sit. Non est ergo execratio illa sic ędita, quasi quæ euentum expectaret. Si enim ita esset, eadem vox prænunciata fuisset eo ex calamitate liberato, & meliorem conditionem adepto. Ergo propter immodicum angorem, ex corde suo verba illa protulit, quo deindę angore liberatus, non iam eandem de illa die sententiam habuit.

Quæstio 16.

Si secundum naturam nostram, si quid genitum est id eiusdem substantiæ est, cuius est idquod ipsum genuit, nónne secũdum eandem si quid genitum est, consistit post genitorem? Quòd si secundum non est, ne primum quidem est. Similiter & de diuina generatione nobis sentiendum est.

Responsio.

Nos essentiã habemus tanquã pręgressam generationi factę post essentiãt at Deus simulac fuit, genuit. Ideo non est apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum sequens essentia prolis: quandoquidem neque ontegressa essentia generationis.

Quæstio 17.

Si diuinarum consistentiarũ vnitas est indiuidua, quomodo possunt tres consistentiæ & tres personæ nominari, ac non potius vna consistentia trinominis aut tripersonalis?

Responsio.

Diuinarum consistẽtiarum vnum, substantiæ est indiuiduum: sed tres est diuiduũ. Itaq; tres cõsistentiæ propriis nominibus sunt tres: ac quã cõsistentiã vocamꝰ patrem, non iam eandẽ vocamus filiũ, sed aliam. Trinitatẽ enim nominũ dicimus esse trinitatis consistentiarũ, nõ vnitatis earum. Itaq; vnus est Deus vno & indiuiduo substantiæ: sed tres personæ diuisione consistentiarum.

Quæstio 18.

Si Deus substantiã, pater personã significat, quomodo idẽ est dicere filiũ Dei, & dicere filium patris?

Responsio.

Licet disiunctẽ dicamus filiũ modo patris, modo Dei filiũ: at disiunctẽ cum nunquã cogitamus. Est ergo filius patris, filius

eius qui substãtia Deus est. Est autem idẽ dicere filium patris, & dicere filium Dei: siquidem si quid est personæ, idem est etiã substantiæ personæ.

Quæstio 19.

Si palpitationum obseruatio est inter ea quæ à piis interdicta sunt, qui fit vt pij summis viribus eam repellere volentes, non possint, ea vel hilaritatem vel mœrorem indicante? Quòd si hoc vitiosum est, quî fit vt contra voluntatem nostram accidat? Sin bonum quod non puto, qua de causã interdictum est?

Responsio.

Futurorum prædictio, est animæ, quę à diuino spiritu illuminatur ad cognitionẽ rerum hactenus incertarum, non ab inuoluntario motu corporis. At palpitatio est affectio corporis ex discursu naturalis spiritus, qui inest in corpore omnium animalium. Propterea talem corporis motionem indignam iudicarũt sancti ex qua de futuris iudicaretur. Ac quemadmodũ narium sternutationes, & tinnitus aurium præter voluntatem nostram fiunt, sic & palpitatio. Præterea iis qui futuri statꝰ spẽ fouerunt, & vnum habent scopum in illam sen per præparatè intueri, super-

uacaneum est hilaritatem aut mœrorem. Et hic ex palpitationibus prænoscere. Et si eadem palpitatio quæ diuitias prænunciat, accidit & mundano homini, & solitario, nónne falsum est palpitationis diuitiarum præsagium, cùm solitarij propositum nō solum absentium acquisitionem non eligat, sed nec præsentium possessionem?

Quæstio 20.

Si ad mortem & corruptionem piscatores capiunt ex aquis pisces, qui fit vt in vitam æternam adducturus homines Dominus Christus per apostolos, promiserit se facturum eos piscatores hominum?

Responsio.

Quoniam oportebat eos homines, qui ab apostolis euerriculo regni caperentur, mori ab anteacta in peccatis vita. Propterea capturæ piscium assimilauit Dominus capturam hominum. Addidit autē, ad vitam, vt ita quod deerat exemplo, suppleret.

Quæstio 21.

Si castamente impulsi monachi, coniugales voluptates auersati sunt, cur in nocturnis imaginationibus, quæ nolunt, eis

accidunt, adeò vt non solum cum quibusuis aliis fœminis, sed interdum etiam cum matribus sororibúsque suis se rem habere in imaginatione opinentur? Quibúsnam igitur remediis vtendum est ad declinandum hoc bellum? & an victus debeat à mysteriis abstinere? & an adeunda sint adhibita lotione aut alia quapiam huiusmodi re, ne Iudaicè fiat expiatio, doceto, quando magna est de hoc etiam apud eos quæstio.

Responsio.

Quoniam qui Deo sunt dediti, vigilantem habent aduersarium, qui quibuscunque potest modis crimē piis molitur, propterea eis quæ nolint, accidunt insomnis. Et quanquam scit aduersarius nos ob ea quæ penes nos non sunt, neque laudari, si honesta, neque vituperari, si turpia sunt (laudes enim & vituperationes eorum sunt, quæ à nobis cum rationis consensu fiunt) nec somnia penes nos esse, tamen per somnia mouet in nobis amborū actiones, videlicet honestorū & turpium, ea spe si fortè possit nos aut honestarum rerum actione incitare ad inanem iactantiam eorū quę non fecimus, aut turpium actione deprehendere nos flagi-

riosa actione gaudeãt. Enimuero huius modi somnia videre, non est penes nos, sed huiusmodi non volũtaria actione delectari aut dolere, est penes nos. Igitur si nos inuenerit inuoluntaria actione lætantes, gloriatur vt victor aduersarius, sin dolentes, vincitur, & inane redditur eius consilium. Itaque satis est ad declinandum prauum conatum, dolere obid quod nolenti accidit, & lachrymis eluere fœditatem huiusmodi imaginationum, quæ nobis inuitis existant. Abstinere verò eos qui hæc inuiti patiantur, à communione mysteriorum diuinorũ, nequaquam æquum est. Alioquin tollemus voluntariorum & inuoluntariorũ malorum differentiam.

Quæstio 22.

Si cum frumento crescere zizania Dominus Christus pronunciauit, qui fieri zizania exuberauerint, frumentum verò penè defecerit? & quo pacto demonstrari potest frumentum esse quod defecit, aut non falsum esse quod prædictum est ambo auctum iri?

Responsio.

Frumentũ esse quod defecit, demõstratur ipius prædictione, q̃dicit. Quia abun-

dabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et rursum: Postremis temporibus deficient quidam à fide, & attendent spiritibus deceptoribus, & doctrinis hominum. Et rursum: A veritate auertentur, & ad fabulas conuertentur. Item, Intrabunt in vos lupi graues, qui non parcent gregi, quo abstrahant ad se discipulos. Quod autem vsque ad consummationem seculi non desinet frumentum, declarat Dominus, dicẽs: Sed propter electos, quos elegit pater, decurtabuntur dies illi. At enim si quid accidit frumẽto quod de eo dictum non sit crescente & deficiente, non dubium est quin falsum sit quod de eo dictum est. Sin ab initio prædicationis vsque ad seculi consummationem omnia ei cũuentura, prædictionibus tradita sunt, perspicuum est non esse falsum quod de eo dictum est. Enimuero si sunt zizania, necesse est esse etiam frumẽtum. Nam ex vtriusque collatione & frumentum quid sit cognoscitur, & zizania: & alterum si absit, ne alterum quidẽ quid sit, cognoscitur.

Quæstio 23.

Si ante passionem Dominus orauit vt a patre sanctificarentur discipuli, & post-

ea Iudas periit, quomodo videntur admissæ eius pro illis preces? aut quomodo ostēdetur verum esse illud, Scio quod me semper audis?

Responsio.

Iudæ pernicies accidit ex quo Christus sumptam intinctámque buccellam ei dedit, & in Iudam, postquam sumpsit buccellam, intrauit Satanas, atque ipse Iudas seipsum auulsit à cæteris discipulis. Preces autē Christi pro discipulis, post Iudæ separationē factæ sunt. Atque hoc ostenditur ex ipsis precibus, cum precatus Dominus, dixit: Quos dedisti mihi, seruaui, nec vllus ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura compleretur. Fuit igitur primum Iudæ pernicies, postea preces pro discipulis, deinde passio seruatoris.

Quæstio 24.

Si Deus opifex & Dominus est creaturæ, qui fit vt Apolloni dictata in partibus mundi polleant? Nam & maris impetus, & ventorum cursus, & murium & ferarum incursiones, vt videmus, arcent. Et quæ facta sunt à Domino miracula, sola narratione feruntur: illius verò plurima etiam in rebus ipsis ostenduntur,

nónne eos decipiunt qui ea vident? Et si quidem Dei permissione hoc factum est, nónne dux ad gentilissimum fuit hæc permissio? Sin minus, nónne potestate dæmonum facta sunt illa? Rursum si Deus rebus illis, vt bonis, delectatus, illum adiuuit, cur non per prophetas & Apostolos talia facta sunt? Sin ea vt vitiosa ei non placebant, quare quod vitiosum erat aut statim non impediuit, aut paulo post non dissoluit, sed in omnem mundi æternitatem vigere permisit?

Responsio.

Apollonius, vt vir naturalium potentiarum, & dissensionum ac confessionum eorum peritus, ex hac scientia dictata ficbat, non authoritate diuina. Hanc obrem in omnibus dictatis indiguit assumptione idonearum materiarum, quæ eum adiuuaret ad id perficiendum quod efficiebatur. At seruator noster Christus, diuina authoritate mīracula faciens, nequaquam indiguit materia, sed eius iussa & præcepta res ipsæ sequebantur & seruantur. Et Apollonij quidem dictata, quoniam facta sunt ex scientia virium naturalium ad corporalem actionem hominum, non exercit Dominus. Ad ipsum

dæmonem in illius statua situm, qui homines oraculis suis ita deceperat, vt Apollonium tanquam Deum venerarétur ac honorarent, obmutescere fecit, abolitis eius oraculis: & simul reliquorũ quoque dæmonum, qui deorum nomine à Gentilibus colebantur, potestatem sustalit, vt res indicat. In his cum habeamus diuinę Christi potestatis argumenta, non est dicẽdum Christi miracula in nuda narratione esse posita.

Quæstio 25.

Si institutus erat Moses in omni sapiẽtia Aegyptiorum, adeò vt factis dictisque potens esset, sicut tradunt diuinæ literæ, an non Astronomiam & Geometriam & Astrologiam, & quæ hæc sequuntur, tractauit idem beatus propheta? Nã Aegyptiorum sapientia tunc erroris documenta tradebat. Cur ergo talibus dictis & factis à scriptura celebratur?

Responsio.

Celebrat prophetam diuina scriptura ob dictorum factorumque potentiam, non propter dicta & facta per se: erant enim illa indigna per se ob quæ celebraretur propheta. Sed quis propter veranque illustris erat apud Aegyptios prophe-

pheta, videlicet propter orationis disciplinam, & ciuilem vitæ claritatem, cui vtrique pietatem prætulit, propterea eum exosculantur sacræ litere. Astronomia verò, & Astrologia, & Geometria, apud Aegyptios tunc vulgares & humiles ac forenses disciplinæ habebantur. In precio verò erant tum apud eos disciplinæ quæ Hieroglyphicæ vocantur, quæ quidem in sanctis non quibuslibet, sed eximis, tradebantur; quorum vates etiamsi scientiã habebat, at vsum non item, vtpote contrarium diu no Hebræorum regimini, propter quod ille contempta vniuersa regali in Aegypto potentia, maluit cum Dei populo aduersa pati.

Quæstio 26.

Si omnes aquæ sanguis à Mose factæ sunt, qui fit vt addat hoc scriptura: Fecerunt etiam cantatores Aegyptiorum similiter? Aut enim falsum est, quòd omnes aquæ à Mose mutatæ sint in sanguinem, aut rursus quod incantatores idẽ fecerint. Ac de reliquis eorum miraculis eadem est ratio.

Responsio.

Omnibus aquis quæ super terra erant, in sanguinẽ conuersis, cogebantur Aegy-

prij circa flumen fodere puteos, & hausta inde aqua seipsos, suúque animalia & pecora sustentare. Ex hac aquae puteis hausta fecerunt incantatores sanguinē, nec vllo pacto falsus est sermo. Ac quae à Mose facta sunt miracula, vt pote diuinis viribus edita, facta sunt mutatione naturae rei propositae, in naturam eius quod efficiebatur. At quae ab incantatoribus facta sunt, opera dæmonum facta sunt, qui spectantium oculis eas præstigias offuderunt, vt qui serpens non esset, cum viderent quasi serpentem, & non sanguinem quasi sanguinem, & non ranas quasi ranas.

Quæstio 27.

Si contraria ibi Moses non docuit, ossa Iosephi asportans, & idem eum qui mortuum tãgat, tanquam impurum abominans, & si habuit aliquam idoneã rationem, hanc nunc discamus. Cur verò diuinæ literæ nõ dixerunt quam ob causam illa faciens Moses, hæc docuerit?

Responsio.

Quoniam moriens Iosephus, de traslatione ossium suorũ obtestatus erat Israelitas, eráque vtrique rei custodia Mosi proposita, vt neque iusiurandum violaret, neque mortuum tangeret: propterea soluendo legem quæ mortuum tangere vetat seruauit iusiurandum inuiolatum. Fieri enim nõ poterat vt vtrũque & legem & iusiurandum seruaret inuiolatum. Ergo maiore iusiurandi custodia, soluit minorem legis custodiam. Semper enim minus malum magis eligendum est, quàm maius. Ac multa talia inueniuntur in sacris literis, contra quæ si quis faciat, Deus ei peccato id non tribuit, propter eam quæ accidit necessitatem, cuiusmodi est octaui diei circuncisio, & octaui diei circundatio Ierico, & in sabbato victimarum immolatio, quæ quidẽ sabbati violationẽ continẽt. Præterea si statuit propheta homines qui per vices ossa Iosephi portarent, & secundum * propter. * secundum legem Mosis huius numeri. * expiari, nihil fecit quod contrarium esset eis quæ dixit. Quærere verõ cur non dixerit propheta causam horum, perinde est ac si quæras cur non omnia scripta, explicata tradita sint ab iis qui ea tradiderunt, cum in rei narratione apertè contineatur rei sensus, ideóque non visum est scripturæ eum enucleare,

tè declarare.

Quæstio 28.

Si Phariſæorum fictam religionem arguens Dominus, dixit eos eſſe ſepulchra dealbata, oſsibus mortuorum plena, & omni immunditie: & in lege, qui mortuum tangebat, impurus iudicabatur, quaſi aliquid illicitum faciens: & nos mortuos & eorum ſepulcra abhorremus, cũ mortuus & in vetere & in nouo Teſtamento impurus appellétur: nónne Chriſtus contra vtrumque fecit, qui viduæ filium reſuſcitans, tetigerit feretrũ, & Iairi filiam manu prehenderit? Nam etiam ſi ambo tandem reuixerunt, tamen mortua erant corpora cum tacta ſunt.

Reſponſio.

Corporum cadauera & eorum ſepulchra abhorrentur propter fœtorem quẽ exhalant, non propter mortem. Si enim tantum propter mortem abhorrerentur, non liceret mortuorum corporum animalium partibus vti ad vſum viuẽtium, vt coriis & cornibus & pilis & bile & adipibus & carnibus quæ quin mortua ſint, nulla ratione negari poteſt. Quòd ſi mortua ſunt, & tamen propter vtilitatem quæ inde percipitur, non abhorrentur; abſurdiſsimũ eſt ea pura exiſtimari propter vtilitatẽ quã afferunt: ſanctorũ verò martyrũ corpora & ſepulchra à Gentilibus abhorreri, eũ ea tueantur homines ab inſidiis dæmonũ, morbóſq; curent, arte medica incurabiles. Comparauit autẽ Dominus fictam Phariſæorum religionẽ cũ dealbatis ſepulchris, quoniã admodũ vicentiũ iudicio abominabilis eſt mortuorũ corporũ fœtor & impuritas, ſic & illorũ improbitas abominabilis eſt iudicio piorum, quippe quæ quodámodo ſit animæ eorũ mors, & fœtor & impuritas. Vt enim anima à corpore ſeparata, mortuũ fœtidúmq; & impurũ corpus eſt: ita ſeparato Dei metu ab anima, mortua eſt anima & fœtida ac impura. Neq; vero quicquam fecit Dominus quod vel veteri vel nouo Teſtamento eſſet contrariũ: nec enim ſub lege erat cum mortuos illos, de quibus in quæſtione dictũ eſt, ſuſcitauit. Nã à baptiſmate exorſus eſt Dominus regimen euangelicũ, quod erat extra legis obſeruationem, ideóq; non eſt contaminatus tangendo mortuo. Secundum nouum Teſtamentum verò ea ſola polluũt hominem, quæ mala ex corde prodeunt: at mortuum tãgere, non polluit hominẽ.

Quæstio 29.

Si plena domus erat vbi Christus erat, eum paralyticus curandus esset, & hanc ob causam coacti sunt qui eum portabant, rumpere tectum, & ea demittere ægrotantem, qui fit vt territi non fuerint qui in ea domo coiuerant, cum tectum rumperetur?

Responsio.

Cum sentirent qui domi erant, futurū vt tectum rumperetur, omnino cesserunt. Nec enim tam amentes erant qui tectum perforabant, vt non clamore monerent eos qui domi erant, vt cederent, ne terrerentur. Nec enim opus erat totum tectum detegi, sed quantum satis esset ad demittendum paralyticum.

Quæstio 30.

Si vnumquemque hominum angelus custos comitatur, vt diuina scripta dicunt, & homines propter sua facta modo accretionem, modo decretionem sustinuerunt, sicut in diluuio reliquisque cladibus accidit, angeli qui accretionis & decretionis hominum capaces non sunt, quodnam munus tunc obibant, cum vnusquisque angelorum à Deo munus acceperit ab initio?

Responsio.

Angeli omnes, tum qui regunt, tum qui parent, munus obeunt vtile cœlis, & iis quæ propter hominē obeunda sunt. Quibus vero munus hoc mandatum est vt homines comitentur, eorúmque custodes sint, ij semper augentur, nunquam diminuuntur. Aut enim comitantur vtrunque, animam dico & corpus: aut comitantur animam post eius exitum ex corpore, vsque ad tempus recreationis mundi. Antequam autem comitandis custodiendísque præficiantur hominibus, parent suis principibus, in aliis muniis pro homine obeundis.

Quæstio 31.

Si nutu Dei nubes pluuiam terræ demittunt, cur qui nubium fugatores appellantur, efficiunt quibusdam carminibus vt nubes vbi volunt ipsi, immodicas grandines & pluuias eiaculentur?

Responsio.

Quandoquidem istud secundum sacras literas testaris, incredibile est pluuias magnare ab incantatoribus. Nā & ipse qui hāc quæstionem proposuisti, non ab iis quæ heri vidisti, quæstionem sumpsisti, sed ab iis quæ audiuisti.

Quæstio 32.

Si mortalem creauit Deus naturam nostram, quomodo dicis Deum mortem nō fecisse?

Responsio.

Non si quid natura mortale est, id omnino mori necesse est. Exemplo sunt Enoch & Elias, qui eum natura mortales sint, tamen adhuc in immortalitate manent, adeo vt sint supra illud, Terra es, & in terram reuertēris. Est ergo verum quod Deus naturam nostram fecerit mortalem, quòdque mors in mundum intrarit hominis inobedientia. Si enim sicuti fecit Deus mortalem naturam, sic & mortem fecisset, non fuisset profecta ab inobedientia mors. Et si Deus inobedientiam non fecit, ne mortem quidem.

Quæstio 33.

Si hominis natura, tanquam res mortalis, suum quidem finem agnoscit, sed singulorum tempus non est definitum, quod externi fatum appellant, qui factum est vt Ezeciæ addita fuerint tempora? Nam quod additum est, id profecto additum est ad præfinitum numerum. Quæ igitur ratione in iis qui decedunt, tempori indefinitum spacium ostenditur?

Responsio.

Quod non sit definitum vitæ cuiusque tempus, ostenditur ex scripturæ verbis. Si furi, inquit, inuenerit aliquis puellam desponsatam, eíque stuprum per vim intulerit, virum interficite, sed puellam ne interficite. Est enim res hæc perinde ac si cuiis alterum occidat, cum nemo adsit qui ei subueniat. Clamauit puella, sed nemo adfuit qui ei subueniret. Nunquam absisterent diuinæ literæ violentum stuprum, violentæ occisioni, si esset definita mors. Quod enim à Deo definitum est, id inuiolabile & ineluctabile est. Quod si est, profecto non præfinitæ vitæ Ezeciæ addita sunt tempora vitæ, sed eius annis indefinitè antegressis, quorum finem asferebat morbus lethifer, à quo morbo Deus eum sanauit, & in viuendi statum restituit.

Quæstio 34.

Si, quemadmodum perhibent nonnulli, diluuium non omnem terræ locum occupauit, sed quem tum incolebant homines, potestne verum esse quòd elata fuerit aqua quatuor decim cubitis supra mōtium altissimos?

Responsio.

Non videtur verum esse quòd non ipso mundo fuerit diluuium, nisi forte desuperiora erant loca vbi fuit diluuium, quàm reliqua loca terræ.

Quæstio 35.

Si omniũ irrationaliũ opifex est Deus, cur bisulca & eadem ruminalia, pura esse censuit? Et rursum cur ruminalia quæ bisulca non essent, vt camelus, in bonis posita sunt: & bisulca, sed quæ nõ ruminent, vt sus, in immundis habentur? Item in piscibus, ea quæ carent squamis, & volucres, cur diuisa sunt? cum tamen nonnulli mundi (siquidem permittuntur hæc immundis) comedant & vendant.

Responsio.

Natura quidem munda sunt omnia animalia, & à Deo creata à principio bona, vt ostendit illud, Vidit Deus omnia quæ fecerat, esse valde bona. adeptáque sunt diuiná benedictionem quę dicit: Crescite & multiplicamini. Sed quia volebat Deus in omnibus quæ comederentur, Iudæos subiicere iugo seruitutis legis, propterea animalium & volucrũ & piscium quędam munda nominauit, quorum & iugulationem & esum permisit Iudæis, quędam verò immunda nominauit, quorum esum eis

interdixit. Hæc ergo & munda & immũda dicuntur munda, propter naturam: immunda, propter legem. Aliàs munda & immunda dicuntur propter hanc causam: Quoniam in Aegypto omnia tunc animalia, præter suem, dij habebantur, propterea animalium alia munda, alia immũda nominauit, & munda quidem permisit eis immolare, alia verò non comederevt immunda, vtroque ostendens indigna esse vel appellatione & honore Dei, quod & immolarentur & comederentur, & rursum immunda vocarentur.

Quæstio 36.

Si numen mutari non potest, cur de vnctione Sauli dicit se pœnitere, itémque de euersione Niniuæ, quòd sententiam mutauerit.

Responsio.

Dominus Deus & quod est, & quod facit quæ se decerant, immutabilis est. Sed cum ij quos curat, mutentur, mutat ipse res, prout eis expedit quos curat: ideóque & ad ignoscendum, & ad non ignoscendum immutábilis est. Ignoscit enim immutabiliter iis qui delicta sua corrigunt: iis verò qui à malo reuocari non possunt, immutabiliter non ignoscit. Quod ergo dicit

de vnctione Sauli, Pœnitet me: ostendit eius immutabilitatem in non ignoscendo: quod verò de Niniuæ excidio eum pœnituit, ostendit eius immutabilitatem in agnoscendo. est enim immutabilis Deus, semperque perseuerat in eis quæ ipsum facere deceat, nec vnquam mutationem admittit ad ea facienda quæ eum dedeceant.

Quæstio 37.

¶ Si Ioannis baptisma non erat secundum legem, vt certe non erat, nónne erat contra legem? & cur admissum est ab iis qui erant in lege? Nónne in legem peccarunt, qui quum sub lege essent, admiserint baptisma contra legem? Quòd si sub lege gratiæ erat baptisma, quod neque secundum legem, neque supra legem, neque contra legem diceretur, secundum quid factum esse reperietur?

Responsio.

Baptisma Ioannis proœmium erat euangelij gratiæ, ideóque supra legem erat. Neque enim poterant qui secundum legem peccauerant, in ea veniam assequi per pœnitentiam fidémque Christi.

Quæstio 38.

Si fidem facere discipulis suis Ioannes

de Christo volebat, eum esse Christum, cum eos misit ad eum (hoc enim nonnulli dixerunt) cur non eis id affirmauit, sed per eos Christum percontatus est? Sin ipse quia in carcerem coniectus esset, ex variis cogitationibus in dubium de Christo adductus erat (nam & hoc dixerunt alij) cur sic interrogat quasi eũ nondũ venisse sciat? Nam illud, Tũne ites qui venturus est, an alium expectamus? videtur innuere Christum nondum venisse, sed optari ac expectari. Si enim hoc ei persuasum fuisset, non sic interrogasset, Tũne Christus es, an alius quispiam quàm Christus?

Responsio.

Quoniam de Christi miraculis diuersi sermones ferebantur, aliis dicentibus eum qui hæc faceret, esse Eliam, aliis Ieremiã, aliis aliũ aliquem prophetarũ: hos sermones audiens Ioannes in carcere, mittit discipulos suos ad discendum an qui hæc miracula facit, is sit de quo ipse Ioannes testatus est: an alius quis, qui multorum fama celebretur. Hunc Ioannis scopum intelligens Iesus præsentibus Ioannis discipulis fecit multa miracula, persuadens & per ipsos Ioanni, se eum esse qui faceret etiam quæ aliorum nomine ferebantur

miracula, & de quo Ioannes ipse testatus fuisset.

Quæstio 39.

Si se omnes ad se tracturum esse Dominus Christus, postquam elatus fuisset, promisit, qui fit vt non omnes ad eius fidem accurrerint? Nónne dum promittit se omnes ad se tracturum, aduersatur illi dicto, nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum?

Responsio.

A suo fine omnis sermo iudicatur. Finis autem est omnes ad se trahere, cum abnegauerit omnem principatum & dominatum & potestatem. Itaque ante finem non sunt exigenda quæ sunt finis. Trahit autem pater ad filium, dando etiam filio eam potestatem & facultatem, vt possit omnes ad se trahere. Non trahit ergo aliàs pater ad filium, & aliàs filius ad seipsum: itaque nulla in dictis illis pugnantia est.

Quæstio 40.

Si in dæmoniacis dæmones continentes habitant, quomodo aliis detrimenta afferunt? Sin hoc faciunt ab ægrotis aduersi discedentes, qui fit vt cum inuisibili potestate ex eis fugati sunt, nulla tamen eis vestigia præsentiæ suæ ostendant?

Responsio.

* Fieri non potest vt qui dæmonibus facit præsentia præsentis * nec eius adsunt vestigia. Nam abigens cũ potestas inuisibilis, metum ei incutit, ne amplius accedat ad curatum.

Quæstio 41.

Si solius Dei est vitam virésque dare corporibus, qui fit vt hoc faciant dæmones confirmantes dæmoniacorum corpora, adeo vt vincula catenásque conterãt? Constringebatur enim ille catenis & cõpedibus, & vincula rumpens agebatur à dæmone in solitudinem.

Responsio.

Non corpori præstabat dæmon vires conterendi & discompendi vincula & catenas, sed ipse dæmon ea conterebat, etiam si sacræ literæ dæmoniaco tribuant opera dæmonis.

Quæstio 42.

Si partibus mundi dæmones non imperant, & ut aliquando, quia non obtempe-rarunt esset ipsorum oraculis, pœnas inflixerunt gentilibus, & cultis idolis pœnas cohibuerunt, & illis pro pœnis bona præbuerunt? Vnde vires has habent in

vtranque partem?

Responsio.

Mos erat dæmonibus, ad decipiendos homines, tribuere sibi sicut Dei nomen, sic & vires. Quod autem dæmonibus nō sint vires puniendi inobedientes, & bene faciendi obedientibus, patet ex interitu quem passus est Gentilismus à Christianismo. Aperte enim perspectum est Gentilismum non alia potestate vsum esse contra Christianismum; quàm manuum & gladiorum hominum. Si enim præditus fuisset gentilismus potestate diuina, quæ propugnaret pro ipso cum aboleretur, nunquam fuisset vsus humana potestate ad se defendendum, expectato saltim Deorum præsidio: quod quidem maximum argumentum est infirmitatis dæmonum, & quod nunquam potuerint opera diuina perficere, quibus & rebelles vlciscerentur, & obedientibus bene facerent. Præterea cum cultus omnis sit viuentium & sentientium, nonne apertè falsum est illud, Et cultis idolis pœnas cohibuerunt: cum ea neque viuant neque sentiant, sed vt ad cultus, sic & ad contemptus eorum insensibilia sint.

Quæstio 43.

Cumdicat tempore diluuij duo & duo, & septena & septena animalia in arcam illata esse, neque numerum computet, nedicat quatuordecim ex immundis & mundis (nam hoc quidam dixerunt, alij verò tantum bina pura) vtrum verius est?

Responsio.

Verius dixit qui dixit quatuor & quatuordecim, quàm qui dixit duo & septem. Dixit enim duo & duo, pro duo mares & duæ fœminæ, & septem mares & septē fœminæ immunda autem duo & duo.

Quæstio 44.

Quādoquidem multoculorū animaliū visionem viderunt Esaias & Iezechiel, vtrum ambobus eadem res patefacta est, an alteri altera ostensa est? quid verò ibi ostendebatur?

Responsio.

Per visionem Esaiæ prophetæ, declaratum est Christi mysterium sedentis in solio gloriæ, & esu suæ sanctæ carnis, expiantis peccata impiorum hominum, toto orbe celebrantium sanctam & pari honore præditam trinitatem, ob magnitudinem diuinorum donorum, cuius trinitatis nomine baptizati, iustificati sunt adepti spem participationis cœlestium & æter-

norum bonorum. Quem enim carbonem vidit propheta immūdis suis labiis admoueri ad delictorum & peccatorum expiationem, is significationem habebat dominicæ carnis, purgantis ab omni impietate conscientiam eorum qui eam comedent. Per Iezechielis autem visionem, declarata sunt quæ euentura erant Nabuchodonosori regi Babylonis, quę solatio forent Israelitis Babylone exulantibus. Vidit autem propheta quadrifrontia animalia, hominū similitudines habentia hominis, leonis, vituli & aquilæ. Dicit autē & propheta Daniel de Nabuchodonosore quod ei euenerint vngues vt aquilæ, & pili vt leonis, quódque herbis pastus fuerit more vituli, & hominis cor ei datū fuerit. Hac visione consolationem quandam affert Israelitis, in præualidā durámque potestatē Babyloniorū intuentibus, & de recuperāda libertate desperātibus. Vt igitur de hac desperatione deducat Israelitas de, efficaciaque vt in ipsius dei potestatem intuitus, ostendit prophetæ mansueti & immansueti animalis cōiunctionem, & habēia gryues humeros & volueris compactionem. Māsuetum enim animal est bouc: immansuetū leo: & graues humeros habet vitulos: aquila verò animal est volucre & leue. In illis igitur declarat regni feritate in mansuetudinem mutationem: in his verò translationem grauitatis seruitutis in libertatem. Est enim subiugalis vitulus, aquila verò à iugo libera. Ostēdit & prophetæ rotam in rota, indicans per eas Iudæorum abductionem in exilium, & abductionem in patriam.

Quæstio 45.

Cur in Iezeciele abusa est diuina definitio nuncupatione hominis, id quod in aliis prophetis non fecit? & an vniuersam mundi resurrectionem in aridis ossibus idē propheta viderit? & an reipsa resurrexerint ossa, euaserintque in homines perfectos, sicut doceat eiusdē prophetæ liber?

Responsio.

Quoniam prætribenda erat per prophetam Iezecielem in visione resurrectio mortuorum, quæ re ipsa futura erat per filium hominis, vt est in illo dicto: Venit dies, & nunc est, cùm omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij hominis, & qui audierint, viuent propterea vocatur Iezeciel nomine filij hominis, quemadmodum Iesus Naue filius, soli & lunæ per authoritatē imperaturus, nomen

accipit Iesu, quod à creatura, obedientia præcepti honoratur. Sic & Iezeciel nomen accipit filij hominis, & per visionem resuscitat mortuos potestate allocutionis. Fuerunt autem in Iezeciele omnia visio, tum ossa, tum eorũ resurrectio. Ostendit autem propheta visionem hanc deus, per eam præmonstrans futuram per Christum vniuersalem resurrectionem omnium. Deinde id facit ad consolationem Israelitarum, qui ex eo, in qua erant, Babylonici regni seruitute, euadere se diffidebant. Vt enim mortua corpora in monimentis iacentia, spem resurrectionis non habent: sic illi se esse arbitrabantur in Babylone citra spem vllam redeundi. Hoc declarat ipse propheta, dum dicit: Et locutus est Dominus ad me, dicens: Fili hominis, ossa hæc est omnis domus Israël, qui dicunt: Aruerunt ossa nostra: periit spes nostra, &c.

Quæstio 46.

Si bona sunt omnia quæ pertinent ad vitam, cur qui ab eis abstinent, in Scripturis laudantur, & qui ea retinent, vituperantur? Sin mala sunt, cur mala vitæ nostræ adiuncta sunt, præsertim cum opifex ille bonus?

Responsio.

Non simpliciter laudabile est, abstinere à bonis vitæ: neque simpliciter vituperabile, ea retinere: sed vtrunque si decenti ratione fiat, & abstinere & retinere est laudabile: sin contrà fiat, vtrunque vituperabile est. Quod autem nihil per se malum adiunctum sit vitæ nostræ, declarant diuinæ literæ, laudantes operũ creationem, dum dicunt: Et vidit deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona. Sed cũ nos bona volentes peruertimus, mala sunt. Nihil est enim malum in eo quod salubre est, si bona quæ insunt, imperuersa maneant: itaque nihil est malum, nisi peruersio boni. Ergo nihil malum adiunctum est vitæ nostræ. Mala enim, vsu vitioso mala sunt, non natura: sed bene aut male vti, arbitrij nostri est.

Quæstio 47.

Si elementis non inest sensus, cur Moses cœlum & terrã populo testatur, itémque Esaias eundem populum accusans, illa iubet audire?

Responsio.

Quæ ad cœlum & terram dicuntur, ad eos qui in eis ratione præditi sunt, dicũtur, quemadmodum quæ ad [illegible]

tur, quale est illud: Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te mittuntur. Non enim vrbs intelligit & lapidauit, sed ciues.

Quæstio 48.

Cur dixit Dominus Mariæ post resurrectionem, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum? Si ante assumptionem nemini licebat eum tangere, quî fit vt paulò pòst discipulis & Thomæ id facere permiserit? Sin licebat, qui fit vt quod paulò pòst multis permissurus erat, id paulò antè Mariæ vetuerit?

Responsio.

Noli me tangere, dictum est Mariæ à seruatore, quasi diceret, Noli me sequi, vt perpetuò mecum verseris, sicut erat ante meam crucem consuetudo. Volebat enim paulatim desuefacere discipulos suos ab aspectu præsentiáque sui corporis: eáque ob rem neque semper conspiciebatur discipulis, quo tempore versabatur in terra post resurrectionem, nec omnino in conspectum se præbuit eis, sed per vices vtrunque faciebat, vt eis & cerneretur, & non cerneretur.

Quæstio 49.

Quomodo planum fieri potest, tantum

singula paria ferarum & pecorum, videlicet marem & fœminam, in mundi creatione edita fuisse? Nam hoc quidam piorum dixerunt, ad demonstrandum nõ ex brutorum pelle pelliceas tunicas primis hominibus à Deo fuisse datas.

Responsio.

Si in vnoquoque genere sunt quædam primiparentia, eáque sunt opera Dei, quæ verò sub illis primiparentibus sunt, opera sunt naturæ, satu & generatione constantia, non dubium est quin singulorum generum non plura fecerit Deus, quàm singula paria coniuga. Tunicas autem pelliceas fecit Deus, non humano more, sed condendo. Non enim iugulatis animalibus & cõsutis eorum pellibus, tunicas fecit: sed ipsas tunicas pelliceas condidit. Sed dicet fortasis aliquis: Si condidit Deus pelliceas tunicas post septem dierum opificium, qui fit vt dicant diuinæ literæ, Requieuit deus die septimo ab omnibus operibus quæ cœperat facere? Requieuit à creatione, hoc est à faciendis quæ non essent. Verũ quas nũc pelles facit, nõ incipit facere, sed in creatione animalium etiam pelles eorum antea factæ fuerant. Huc pertinet, & illud

Formauit adhuc dominus deus ex terra, omnia pecora & feras terræ, & quæ duxit ad Adam, &c. nam vox Adhuc, significat secundam eorum generationem.

Quæstio 50.

Quandoquidem & olim pueri, & nos nunc deum collaudantes, vtimur voce Osanna, & Alleluia, quænam est harum interpretatio?

Responsio.

Alleluia, est Collaudate cõcinnè, id quod est. Osanna verò, Magnitudo excellens.

Quæstio 51.

Si immutabilis deus est, qui fit vt dum vel blasphematur, vel laudatur, vtrisque sæpe digna factis præmia rependat?

Responsio.

Manens deus in sensu iustitiáque sua, immutabiliter vnumquenque, vt dignus est, remuneratur, nec tamen id facit quod mutatus aliquid inuenerit: sed cum semper habuerit, habet in his immutabilitatem, & habens pari ordine habet ergà blasphemos & insensiles ac iniustos, quæ quidem sunt aliena.

Quæstio 52.

Si pio studio motus Saulus, vétriloquas sustulit, cur eò adductus est vt à ventriloqua petierit prædictionem? Et an illa Samuelem reipsa euocauerit, siquidem hoc tradunt literæ: ac quod ipsa verum dicat, res autem impia sit, patet.

Responsio.

Qui diuino studio facit aliquid, is non pugnat cum deo. Saulus suspectum habẽs Dauidem, quòd ad eum transtulisset deus ipsius Sauli regnum, omnino conabatur tollere Dauidem, ne fieret quod de eo dictum fuerat diuina sententia. Sustulit autem ventriloquas, vt ea ratione deũ sibi reconciliaret, quo sententiam abrogaret quæ Saulum regno abdicauerat, non ille quidem ventriloquarum impietatem odio prosequens, sed regnum amans. Et quia nõ admisit deus intentionẽ eius, eum deseruit, vt egeret eis quas non bona intentione sustulerat. Cætera omnia quæ à ventriloqua facta sunt, facta sunt opera dæmonis, qui sic præstrinxit spectantum oculos, vt sibi viderentur Samuelem videre qui non erat. Verborum quidem veritas à deo profecta est, qui dæmoni dedit in figura Samuelis apparere ventriloquæ, & rem futuram demonstrare. Et quia Samuelem non audiuerat Saulus, dicentem ei fore vt regno priua-

retur, sed etiam post diuinam sententiam, quæ eum regno abdicauerat, adhuc regnum sibi vendicabat, indignum iudicauit eum deus, cui per suos præsignificaret quæ ipsi euentura essent: quemadmodum fecit & Achabo regi Israelitarum, qui non credidit veritati sed falsis prophetis, quam ob causam misit ei deus falsum spiritum, vt est in libro Regum: quibus eum credidisset Achabus, deceptus abiit in desertum, vnde viuus non rediit.

Quæstio 53.

Si mas & fœmina ob procreationē creata sunt, cum erit resurrectio, an resurgent homines genitricium partium differentiam habentes? Et si ita erit, an non superuacaneum est ociosa membra adhiberi?

Responsio.

Et si ad procreationem nō erunt vtiles genitrices partes post resurrectionē, attamen partibus sumpsisse ortū & incrementū ad durationem. Adducemur enim per eas in cogitationē tātæ Christi sapiētiæ, quę hęc * mortis crescente custodia * generis nostri in immortalitate, successione natorum.

Quæstio 54.

Cum pœnam propter delictum inferēdam populo Moses prędixerit, cur ea carmine dixit, cum carmina licentiam magis quàm vtilitatē hominibus afferre soleant?

Responsio.

Secundum narrationes quæ in carminibus habebantur, concinnè fiebant numerorum rythmi, qui animas agerent ad opinionem iis dignam quæ cantarentur. Aut enim flebiliter *

Quæstio 55.

* contrariorū huius boni fuit inuētio.

Responsio.

Multa quidem inuēta sunt etiam à piis, quibus sanarentur morbi corporis, necnon à rege Salomone: sed nullus eorum qui essent absque pietate, habuit perceptionem medicam *

Quæstio 56.

Si decedentes infantes nec laudari nec vituperari possunt ab operibus, quænam erit in resurrectione differentia inter eos qui ab aliis fuerint baptizati & nihil egerint, & eos qui non fuerint baptizati, & similiter nihil egerint?

Responsio.

Hæc est differentia inter baptizatos & nō baptizatos, quòd baptizati adipiscun-

tur bona quę baptismus affert: non baptizati, non item. Afficiuntur autem baptismi bonis, propter fidem eorum qui eos adferunt ad baptisma.

Quæstio 57.

Si duorum cœlorum ortum Moses nobis exposuit, quî fit vt plures esse doceant nos literæ, dum modò dicunt, Cœli cœlorũ: modò, Aperti sunt ei cœli: &, Video cœlos apertos: &, Raptus est vsque ad tertium cœlum: nec dixit, vsque ad tertiam partem cœli, sed planè vsque ad tertium cœlum. Multa his similia inuenies in literis. An non ergo pugnantia dicunt, ac non vti vbique vera tradunt?

Responsio.

Moses dixit cœlos, sed numero non tradidit vnum, neque duos, neque plures. Verum diuinę literæ nominaturæ erant cœlos, spacia quæ in parte superiora forent, vt volucres cœli, & aquila de cœlo, & fenestra cœli. Itaque ex cõsequentia positarũ vocũ, intelligimus cœlos re esse duos, sed spaciis plures. Si ita cœlos intelligas, nulla pugnantia relinquetur in verbis.

Quæstio 58.

Si tribuere Christo ignorantiam, impium est, non dubium est quin habeat omnium

perfectam cognitionẽ. An non igitur est ipse causa proditionis Iudæ, & negationis Petri cum iureiurando cõiunctæ, qui hęc præsciuerit, nec tamẽ impediuerit? Ac de diaboli & primi hominis à Deo lapsu, eadem dici possunt.

Responsio.

Si Christum oportebat ab vno discipulorum suorũ prodi, vt fieret quod scriptum erat, Christus causa est impletionis scripturæ, non proditionis Iudæ. Huius enim Iudas ipse fuit author, quam futuram sciens deus, prædixit per literas: nec est prænotio causa eius quod futurum erat, sed quod futurum erat, causa est prænotionis. Non enim prænotionẽ sequitur res futura, sed rem futuram prænotio: nec vllo pacto qui prænoscit, causa est rei futuræ. Itaq; nõ Christus causa est proditionis, sed proditio causa est prænotionis Domini. Ac de diabolo & de primo homine eadẽ ratio est. *Quæstio 59.*

Si nocte sol abditur, nónne patet cœlũ esse sphæram? Nam ex philosophis vir ille diuinus dixit * non corpore. Hic ergo est qui terræ incumbit. Atque ille propter leuitatẽ sursum fertur: hæc propter grauitatem deorsum. Itaque quia in-

diuersa nituntur, alterum ab altero continetur. Quòd si hoc verum est, totius cœlestis circuli in * esse luminaria, & semper apparere: quomodo ergo abduntur?

Responsio.

Si in confesso est multa esse alia in eodem & æquali solo quæ propter spacij longitudinem lateant aspectum, vt naues in mari, quæ aliæ ab aliis non cernuntur, quòd latitudo ita aspectum circumbibit aquæ superficie, vt vltra id quod finitur, non feratur: quid mirum si etiam in luminaribus fit occultatio eadem causa? Sternitantur, in primo cœlo & terra licet hic coniicere, quia simul facta sunt, sed in firmamento & terra, non item potest id cogitari. Stabat enim terra ante firmamentū portans vniuersam humidam substantiam, sine retractione firmamenti: mam post terram, factum est firmamentum.

Quæstio 60.

Si formarum diuersitas nobis hic vtilis est propter vsus corporis, & studia, & contractus, cum corpus hic resurgat in resurrectione, vt nulla re egeat, si eadem formarum diuersitate resurgemus, nonne erit inutilis? Si, eadem similitudine, quo-

modo demonstrari hoc potest? An non Lazari & diuitis parabola formarum varietatem ostēdit? Nam hoc omnino ex ea perspicuum est. Quòd si quis dicet cognitionem diuiti quandam fuisse datam ad agnoscendum Lazarum & Abrahamum, vnde hoc probabunt etiam de Domino, cum sanctorum qui obdormiuerāt corpora resurrexerūt, & multis apparuerunt? Nitrairum sua quisque forma à nobis suis agniti sunt.

Responsio.

Multæ sunt causæ, propter quas oportet resurgentes, sua quemq; forma resurgere, primum ad ostendendam singularem diuinámque dei potestatem, quod possit in tam innumerabili resurgentium multitudine, sua cuique forma seruari. Deinde ne putetur concedere nouos homines, ac nō mortuos excitare, propterea oportet vt resurgentes habeant suam quisque formam. Ignoratis enim formis eius qui inutilis, & eius qui passus est iniuriam, perit æquitas iudicij. Præterea si abolitis vsibus, propter quos necessaria est formarum varietas, ea superuacanea & inutilis reperitur, superuacanea est & inutilis etiam hominum diuersitas. Qui fit ergo vt

diues Abrahamum & Lazarum nominet, vocet, cum ex nominum diuersitate non cognoscantur facies? Iam illa de Lazaro & diuite narratio, nec parabola est, nec historia: siquidem parabola, sermo est similitudinem habens rei præteritę ad futuram. Historia verò, sermo narrationem continens iam factæ rei. Nec enim ante resurrectionem sua cuique digna facta præmia soluuntur: neque post resurrectionem verum est illud, Habent Mosem & prophetas, audiant eos. Est autem hęc de Lazaro & diuite narratio, illustris & euidens sermo, quo docetur non posse post animæ ex corpore exitum, hominem vlla prouidentia aut studio assequi vllam vtilitatem.

Quæstio 61.

Si solus immortalis deus est, authore Apostolo, quomodo verum est quod ideo ait, Non omnes obdormiemus?

Responsio.

Solus habere immortalitatem dicitur deus, quoniam non habet eam ex voluntate alterius, sicut reliqui omnes immortales, sed ex propria substantia.

Quæstio 62.

Si quarta die facta est creatio luminarium,

rium, & à luminaribus pendet dierum numerus, nónne tres dies qui fuerunt ante productionem luminarium, ancipitem ostendunt numerum dierum qui fuerunt post productionem luminariũ?

Responsio.

Ex productione lucis facta est distinctio lucis & tenebrarum, & ex distinctione lucis & tenebrarum constitit dies & nox. Ante creationẽ luminariũ, dominatus lucis efficiebat diẽ: tenebrarum verò, tenebras siue noctem. Sed postquam facta sunt luminaria, præfecta sunt alterum lucei & diei, alterũ tenebris & nocti. Opifex enim lucem cum definito ei dominatu, maiori luminarium commisit, ac quales dies nũc facit lux cũ luminari, tales faciebat etiam ante creationem luminarium, secundum terminum dei, qui ei dominatum definiuit horarum x. qui terminus solem impellit ad motum x. horarum mensura definitum.

Quæstio 63.

Quoniam variè & obscurè interpretati sunt nonnulli illud, In sole posuit tabernaculum eius, enucleato tu.

Responsio.

Diximus suprà, in diuinis literis solere

vocari cœlos aut rem ipsam, vt primum cœlũ & firmamẽtũ, aut aëris spatia. Igitur cum dixit, In sole posuit tabernaculũ eius, voluit dicere, cœlos posuit tabernaculũ solis. Nam translatio ex Hebraica lingua in Syriacam sic habet: In eis posuit solis tabernaculum. Hoc declarat etiam in alio psalmo propheta Dauid, dum dicit, Qui extendit cœlum tãquam pellem: nam pellium extensio, tabernaculum efficit. Igitur varietate substantiarum & diuersitate vsuum ostendit eos esse genere. Nam ingenita natura ab ingenita natura secundũ naturam non differt. Tale autem aut tale esse propter vtilitatem, alienum ab ingeniti natura.

Quæstio 64.

Si quẽadmodũ fuit Ionas in vẽtre ceti tres dies, ita & Christus in corde terræ, nónne Domini mors opinione fuit? Ionas enim cum non esset mortuus, putatus est mortuus. Sin Dominus mortẽ verè passus est, nónne falsum est exemplum Ionæ?

Responsio.

Non mortem cum morte comparauit, sed triduanam in sepulchro mãsionẽ seruatoris, cũ triduana in ceto mãsione Ionæ. Alioquin si simile esset exemplũ Ionæ

& seruatoris, non posset illud esse huius typus & imago. Oportet ergo vt veritas plus aliquid habeat quàm typus, secundũ dictũ illud: Hic plus est quàm Ionas. Intelligitur autem Ionas fuisse verum exemplum Christi, hoc pacto, quòd quemadmodum Ionas habuit exitum ex ceto post triduum, quo signo fides fieret eum à deo missum esse præconẽ euersionis Niniuitarum, sic & seruator habuit resurrectionem ex sepulcro post triduum, quo signo fides fieret, eum missum esse à Deo præconem regni cœlorum.

Quæstio 65.

Quandoquidem nõnulli, Domini traditionẽ tertia die fuisse dicũt, ex magnitudine eorũ quę tum facta sunt, hoc conijcientes, quomodo demonstrari potest quo die traditus fuerit?

Responsio.

Christum non tertio, sed quinto die, traditum fuisse, sic ostendi potest. Qua nocte traditus est, eadem à pontificibus & senatoribus iudicatus & damnatus est. Matutino autem quod noctem illam secutum est, tradiderunt eum Pilato, ac quo die eum accepit Pilatus, eodem crucifixit. Accepit autẽ eum manè diei Præ-

parationis, & eiusdem diei hora sexta crucifixit. Itaque non debet horis scripto definitis id addi quod incertum est. Dicit enim Matthæus euangelista in hunc modum: Vbi mane fuit, consilium ceperunt omnes pontifices & senatores populi contra Iesum, quomodo eum interficerent: eúmque colligarunt & abduxerunt, & tradiderunt Pontio Pilato prætori. Similiter & Ioannes euangelista dicit: Ducunt Iesum à Caiapha in prætorium: erat autem mane. Et rursum: Pilatus ergo cum audiuisset hæc verba, duxit foras Iesum, sedítque pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotum, Hebraicè autem Gabbatha: erat autem Præparatio paschæ, hora circiter sexta. Igitur si nocte traditus est, & iudicatus à pontificibus atque condemnatus, manè autem traditus est Pilato, & sexta hora Præparationis crucifixus, perspicuum est quinto die fuisse traditionem.

Quæstio 66.

Quoniam dominus seipsum perpetuò filium hominis masculino, nó fœminino genere nominat, idéóque ex nantur infideles ostendere eum natum esse ex coniugali coniunctione, quoniam hominis, nemen sit viri, non fœminæ, quibúsnam rationibus inane maledictũ hoc refellemus?

Responsio.

Si ex coniugali coniunctione natus fuisset Dominus, nó dixisset scriptura, Vt putabatur filius Ioseph. Nã Putabatur, de iis qui ex coniugali coniunctione nascũtur, dictum esse non potest. Iam verò propter vnam obscuram curtámque vocẽ, euertere omnes illas voces quæ apertè tradunt Christum ex Spiritu sancto & Maria virgine natum, absurdissimum est. Ad euertendum autem eorum vanum conatum, huiusmodi rationibus vtemur. Si quia non dixit, se Christum filium hominis fœminæ, propterea non est filius hominis fœminæ: sequitur, vt quia non dixit se filium alicuius hominis, non sit filius alicuius hominis. Quòd si non est alicuius hominis filius, necesse est vt neque hominis sit filius. Item si quemadmodum filius Eli dictus est Ioseph secundum legem, citra coniugalem coniunctionem quòd deus hoc modo voluerit dare Ioseph filium Eli, quid absurdum est si sic etiam dedit filium Iosepho citra coniugalem coniũctionem? Huius enim causa ita rem moderata est di-

na gratia, vt virgo desponderetur viro, qui duos patres habuerat, vnum secundum naturam ex connubiali congressu, alterum secundum legem sine connubiali congressu: in illius generatione adumbrans Christi generationem, qui ex spiritu sancto natus est filius dei, ex vxore autem Ioseph filius Ioseph. Spiritus sanctus, inquit, inuadet te, & virtus Supremi inumbrabit te. Itaque quod ex te nascetur sanctum Domino, vocabitur filius dei. Enimuero si quod natum est ex vxore Eli, filius est Eli secundum legē dei, multo magis ex vxore Ioseph, deo ita volente, filius est Ioseph citra coniugalem congressum.

Quæstio 67.

Cum Esaias de Domino vaticinans, dicat: Eius genus quis enarrabit? vtrum de genere difficili enarratu, an de inenarrabili: aut de diuinitate, an de carne, accipienda sunt hæc verba?

Responsio

Christi genus secundum carnem exponitur, eiúsque modus in literis enarratur, videlicet ex spiritu sancto & virgine Maria. Sed eius genus secundum diuinitatem non commemoratur, ideò que est

inenarrabile. Ostendit ergo prophetica vox ineffabile, aut effatu difficile esse genus eius.

Quæstio 68.

Si sanguis hominis non est anima, quia illo effuso perit animal, quibusnam rationibus & exemplis ostendetur animam esse in corpore, aut aliud quod creaturæ sit inuisibile?

Responsio.

Qui habent voces opificis creaturæ, quæ animam distingunt à corpore, non debent quærere certiora his exempla ad probandam quæstionis veritatem. Nam quod dedit diabolo potestatem cædendi arbitratu suo omnem corporeā Iobi constitutionem, & vetuit tangere eius animā, ostendit incorpoream animam, quæ sit aliud quiddam quàm eius cæsa caro. Similiter & illud, Ne timete eos qui interficiunt corpus, sed animam non possunt interficere: declarat esse aliquid sublati hominis, quod immortale permaneat etiā post mortem corporis. Itaque absurdum est dicere, sanguinem effusum atque corruptum, esse animam, ex quo perspicuum est, animam rem esse suapte natura hominibus inuisibilem.

Quæstio 69.

Cur septenarius numerus mutationem admittit? Etenim in Sabbato vt plurimũ mutatur aër, & hominis ætatis progressio in hoc numero capit incrementum, dentibus VII. mense nascentibus, & anno VII. mutantibus, issque annis geminatis, homine seminis vires adipiscente. Atque vt in pauca conferam, septenarius numerus & augmentum & finem hominum efficit, & morborum diiudicationem facit: & in lege, venerabilior est reliquis numeris.

Responsio.

Pro naturæ viribus perficiunt opera naturæ, non pro temporis statu, qui septenario mensium aut annorum numero sit definitus. Itaque quæ opera naturæ in quæstione nominata sunt, ea sæpe vel celerius vel tardius septenario numero perducit ad perfectionem suam natura id quod non fieret, si natura septenarium, ac non septenarius naturam sequeretur. Igitur non septenarius causa est absolutionis operum naturæ, sed vis naturæ cautissima est septenarij, secundum quam vim adiuuat septenarius naturam ad opera sua perficienda. Similiter & de aliis numeris

mensium & annorum, quibus absoluitur opus naturæ in reliquis animalibus & stirpibus, naturæ vis causa est temporis vel paris, vel longioris, vel breuioris. Est autem in diuinis literis septenarius numerus venerabilior quàm cæteri, quoniam in eo concluditur omne tempus & creationis mundi, & requietis eius qui eum creauit, quæ creatio fuit septem dierum: quies autem vnius. Vt ergo retineretur memoria creationis mundi inter homines, statutũ est in diuinis literis vt septenarius numerus in maiore honore habeatur quàm cæteri.

Quæstio 70.

Si de donis gaudere & exultare vetatur, quoniam id superbiam efficiat, animi verò demissio & modestia, iis qui dona acceperint, præcipitur à diuinis literis, nõne eis inutilia sunt dona, cum eis sensum præbere nequeant præsentis boni?

Responsio.

Gaudere de donis cum superbia vetat, quoniã id impediat quominus bene gaudeatur. Sed gaudere cum modestia, non modo non prohibet, sed contrà, ad tale gaudium adhortatur, modo dum dicit Seruator, Gaudete quòd nomina vestra

scripta sunt in cœlis. Modo dum ait apostolus, Fratres gaudete in Domino semper: iterum dicam, gaudete. modestia vestra nota sit omnibus hominibus, gemiscendo gaudete, intentionem gaudij ostendit. Ergo nec gaudium tollit modestiam, nec modestia gaudij sensum, sed alterum ab altero seruatur.

Quæstio 71.

Quandoquidem nonnulli de mundi constitutione coniectantes, dixerunt tantum sex millia annorum duraturum, an hoc euidentibus exemplis ostenditur? & an ex diuinis literis sit, an verò incertum, discamus.

Responsio.

Licet ex multis literarum locis conijcere, eos verum dicere, qui dicunt tempus præsentis status mundi, esse sex annorum millia: dum modò dicunt literæ, Vltimis hisce diebus allocutus est nos in filio: modo illud, in quos fines seculorum deuenerunt: modò, Postquam venit plenitudo temporis, quæ omnes eiusmodi voces, dictæ sunt in sexto millenario.

Quæstio 72.

Si tum alienus ab inuidia ostenditur homo, cum quod boni facere scit, id si facere

potest, gratificatur proximis: nónne inuidus est Deus, qui cum potuisset omnes facere deos, non fecerit, cum bonum sit Deus? Quòd si inuidus non est, sed id non fecit quia non potuit, duorum

necesse

Responsio.

* largientibus proximis quæ bona facere possunt aut sciunt. Quod enim Deo proximum est, non eget Deo qui ei præbeat aliquid: habet enim in omnibus tantum, quantum ipse Deus. Præterea si duos tantum fecisset Deus, mundum non fecisset. Necessariò enim indiget mundus partibus, quæ positu aliæ aliis superiores aut inferiores, inter se differant. Adhæc si impossibilium nihil fit, & impossibile est fieri Deum (increatus enim infectus est Deus) nónne ineptum est dicere, Deum inuidum, quia non faciat quæ fieri nequeunt? Item bonũ est Deus, quoniam increatus est & creator. Nihil autem eorum quæ creata sunt, reipsa potest fieri increatũ, hoc est Deus. Ac videtur hæc quæstio similis, vt si quis dicat, Bonus est oculus, & venerabilior pedibus. Enimuero si nõ inuidus est Deus, cur non pedes fecit oculos? Infert enim hæc

ratio eandem ineptã absurditatem, Deum aut propter inuidiã, aut propter infirmitatem, non fecisse pedes oculos.

Quæstio 73.

Si tum bonum apparet bonum, cum comparatur cum malo, & bonũ est mundus, sequitur vt malũ sit nõ mundus, hoc est quod fuit ante mundum. Quòd si ambo sunt à Deo videlicet quod fuit ante mundum, & mundus, nónne vtrunque est ab eo, videlicet bonum & malum? Sin alterum est ab eo, alterum non item, nónne per se est, & non sub Deo, id quod ab eo non est? Aut quomodo verũ dicit, qui dicit ab eo esse omnia? Nã in omnibus continentur & quæ antea non erant, & quæ nunc sunt. *Responsio.*

Malum nihil aliud est quàm euersio boni: itaque posterius est bono malum, quippe quòd sit euersio boni. Sed hoc manifestum est, non ex collatione mali bonum videri bonum, sed ex sui ipsius natura. Quod autem ante mundum non erat, omnino non erat, nec bonum erat nec malum: itaque cum eo quod sic non erat, nihil confertur. Item quod omnino non est, id nec à Deo est, nec ab alio, nec à seipso. Ante mundum ergo nihil erat

nisi Deus. Cum sit igitur collatio eorum quæ sunt cum iis quæ non sunt, non conferetur mundus cum non mundo, neque in mundo continetur non mundus. Nam nõ mundus nihil est: at quod continetur, est aliquid. Et cum dicimus ex non ente Deum fecisse omnia, nõ ponimus id esse quod nod est, sed id quod non est, prorsum tollimus.

Quæstio 74.

Si quia Gẽtilismus à Christianismo vitiosus est, spẽ nõ habet gentilissimus reparationis, qui fit vt victa olim à gentilismo vera pietas, nunc reparari potuerit? Nam ante errorem viguisse veritatem, testantur diuinæ literæ, dum ostendunt Adamum & multos deinceps post eum non idolis, sed Deo seruiuisse, etiamsi eorum nonnulli vitiosis factis explorati fuerint.

Responsio.

Si præsentis status finis est igneum iudicium in impios, vt aiunt scripta Prophetarum & Apostolorum, itemque scripta Sibyllæ, quemadmodum ait beatus Clemens in epistola ad Corinthios, sitq; id iudicium per Iesum Christũ à Iudæis crucifixum, perpetuò regnante in Christianos infinito regno, quod ei secũdum

prophetam Danielem datum est, sequitur vt nullam spem reparationis habeat gentilissimus. Nam si qua potestate imperabat gentilissimus populo Dei, eam abolitam non potuit recuperare, nonne frustra nunc sperat instaurationé veteris suæ potestatis? Cuius verò causa sperat gentilissimus veteris suę potestatis instaurationem? omnino vt tormentis cogat Christianos desistere à cultu & fide filij Dei, dæmonúmque superstitionem attendere atque sequi. Enimuero hæc tormenta quibus & antè vsus est gentilissimus, sperans hac ratione sese conseruari posse in integro, & gentilissimum abolcuerunt, & Christianissimum firmius stabiliuerunt.

Quæstio 75.

Si * corporum resurrectionis anima * præmia non reportat * examine vsque ad resurrectionem.

Responsio.

Non quę habent animæ hic cum corpore statum, eundem habent etiam postquam hinc ex corpore exierũt. Hic enim omnia quæ vnitatis sunt, communia sunt iustorum & iniustorum, nec vlla est in his huius rei differentia, qualia sunt nasci & mori, valere & ægrotare, diuitem aut

pauperem esse, & alia his similia. Sed post exitum ex corpore, statim fit iustorum & iniustorum discrimen. Ducuntur enim ab angelis in loca se digna videlicet iustorum animæ in paradisum, vbi congressio & aspectio est angelorum & archangelorum, adde & conspectum seruatoris Christi, vt est in illo: Peregrinantes à corpore, & versantes apud Dominum. Iniustorum autem animę ducuntur in infernii loci, quemadmodum de Nabuchodonosore Babylonis rege dictum est: Infernus infra exacerbatus est, occurrens tibi, &c. atque ita custodiuntur in locis se dignis vsque ad diem resurrectionis & remunerationis.

Quæstio 76.

Si ante resurrectionem non est operum remuneratio, quámnam percepit vtilitatem latro, eius anima in paradisum ductas? præsertim cum paradisus sit sensibilis, at animæ substantia non item.

Responsio.

Profuit latroni in paradisum intrare, quòd rediderit fidei vtilitatem, per quam assecutus est sanctorum societatem, in qua custoditur vsque ad diem resurrectionis & remunerationis, habétque paradisi

sensum eo sensu qui mentis appellatur, quo vident animæ tum seipsas, tum ea quæ sub ipsis sunt: & præterea angelos & dæmones. Non enim cogitat nec videt anima animam, nec angelus angelum, nec dæmon dæmonem: sed eo quem dixi mentis sensu vident & seipsos & alios, & insuper omnia corporea.

Quæstio 77.

Si auxilio sensuum corporis, sensibilium anima sumit sensum, sensibilia autem sunt bona & mala, nónne insensibilis est anima à corpore separata? Quòd si insensibilis est, certe necata est: nam mortuorū & viuentium differentiam discernit insensibilitas & sensus.

Responsio.

Omnes creatæ & rationales res duplex habent comprehendentes facultates, videlicet sensilem & mētalem. sensilem quidem, qua comprehendunt & seipsas, & alias: mentalem verò, qua cognitionem accipiunt eius quod est supra ipsas. Non ergo auxilio corporis sensum accipiunt animę sensilium, sed ipsa anima sensum præbens, sua præsentia sensile reddit animal, ita vt & animal ipsum sit sensile, & ipsa sit sensilis, nec vnquam mortua fiat anima. Nam mori, est rei animatæ, nō animæ. Itaque auxilio corporis eget ad sensilium comprehensionem res animata, & animatio non anima. Aliud est enim animatum, aliud anima: aliud quod cum re, aliud quod re est quod est.

Quæstio 78.

Si Dauidem secundum cor suum esse pronunciauit Deus, qui factū est vt postea adulterium cædemque patrauerit idem propheta? Et si hæc Deo, vt mala inuisa sunt, cur Deus prophetæ genus ex adultera constituit, effecitque vt Domini Christi genus ad eam referretur? Hoc eum sic habeat, quomodo vera est scriptura, quæ dicit, adulterorum natos esse imperfectos?

Responsio.

Ergo Dauid qui pœnitentia delicta sua correxit, propterea inuentus est ex animi Dei sententia, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Ac quem adulterio procreauit Dauid ex vxore Vriæ, eum necauit Deus, quoniam adulterorum nati sunt imperfecti. Qui verò post eum nati sunt, non nequaquam, quoniam Dauid illam post interfectum Vriam duxit vxorem. Ac beni-

gnè potentiam honorans Deus, in vxoris Vriæ progenie collocauit genus Dauidis, eademque de causa fecit vt ex ea Christus genus duceret.

Quæstio 79.

Si omnium regum Israëlitarum & Iudæorum ardentissimum religionis studiũ præstitit Iosias, qui simulachrorum columnas contriuerit, & vrè cum simulachrorum altaribus, gentilium ossa in cineres redegerit, & erroris lucos funditus extirpauerit, & eos qui in sacellis sufbiebant ac sacrificabant, ab his faciendis cohibuerit, & diuinum cultum erexerit, effecerítque vt populus festa legis (quæ sanctiantur literæ) magnificè peragaret, & tamen gentili gladio vitam violenter posuit, & eius nati captiui Babylonem abducti sunt, & in longam seruitutem addicti gentilibus, nónne propter hæc vere dicere posint gentiles, quoniam in ipsorum numina ita deliquerit, eum in tam tristem exitum incidisse? vbi verò reperimus eum tantorum rectè factorum præmia accepisse? Ad quam verò posterorum vtilitatẽ literis proditæ sunt calamitates, quæ Iosiæ & suis post tãtam rerũ præclarè gestarum magnitudinem acciderunt?

Responsio.

Tempus remunerationis eorum qui in religione res præclaras cum virtute gesserunt, non est præsens, sed futurum, in quo præmia quæ eripi non poterunt, in sempiternum permanebunt iis qui ea expectant. Tristem autem vitæ finem habuit Iosias, quia non obtemperauit Ieremiæ præcepto, qui denunciauerat ei iussu Dei, ne exiret obuiam Aegypti regi impræsium, vt tradit ipse Ieremias. Vt igitur eum purum à peccatis ex vita reciperet Dominus Deus, propterea permisit eum gentili gladio dare pœnas huius inobedientiæ, ad docendos in posterũ homines, ne propheris non obediant, tum etiam ad docendum quid sit illud: Si iustus ægrè seruatur, improbus & impius vbi comparebit? Iosiæ verò filij si perseueraſſent in pietate patris, & tamen captiui fuissent, haberet locum dictum gentilium, quod quia deliquisset Iosias in simulacrorum numina, eius filij captiui fuissent. Sed si à pietate patris defecerunt, & idolorum cultum asciuerunt, ac idola colentes, in captiuitatem abducti sunt planè falsum est dictum gentilium.

Quæstio 80.

Si nos erga omnes patientiam docent literæ, nónne lapsus est Elisæus, qui execratione pueros in ipsum contumelios necauerit? præsertim cùm infantes mali ignaros vltus sit, & eis mortem à feris cõciliauerit, propter solam in eum contumeliam.

Responsio.

Cùm eorum patientia quibus fit iniuria, non emendantur qui inferunt, tum seueritas iis qui sint inemendabiles, vtilior est quã patientia Itaque non est propheta culpandus propter seueritatẽ. Cùm enim comperisset patientiam non prębere peccantibus sensum peccati, cùmque voces illas, quas dicebant pueri, prophetam contumelia afficientes, à parentibus suis, qui semper infensi fuerant prophetis, didicissent (nam illud, Ascende calue, dicebant in contumeliam ascensus Eliæ, quasi dicerent: capiit te quoque spiritus, & in mõtem inaccessum proiicist, vt & illum proiecit, vt liberemur te, sicut & illo liberati sumus) propterea occisione puerorum castigauit parentes, vt discerent non afficere contumelia prophetas, & per eos Deum.

Quæstio 81.

Si omnis error aduentu Christi sublatus est, qui fit vt per eos qui ventriloqui vocantur, dæmones loquantur? An non vilem & contemptione dignum efficiunt Christianismum, dum in Christianorum corpore & erroris opera monstrant, & vaticinationis oracula effantur?

Responsio.

Si quemadmodum dictum est, nondum ei omnia subiecta sunt, donec aboleuerit omnem principatum & potestatem, perspicuum est nondum abolitum esse omnem errorem dęmonum. Sed qui Christo crediderunt, in iis omnis dæmonum error abolitus est: qui verò Christo nondũ credunt, in iis efficiunt dæmones errorem. Et spectra quibus ventriloqui vtuntur ad loquẽdum & faciendum, quæ sunt vaticinationis opera, non sunt vera corpora, sed perstringunt dæmones aspectus spectantium, vt corpora videre videantur quæ non sunt corpora.

Quæstio 82.

Si dæmonum nomina literæ nusquam hominibus ostenderunt, quomodo Iudæi dominũ Beelzebul appellarunt, quasi cognito nomine, dicentes eum in eo no-

mine dæmones eiicere? Quomodo item dominus ipse discipulis ceu dæmonis nomen cognoscentibus, dixit: Si patremfamiliàs Beelzebul vocarunt? aut quænam est eius nominis interpretatio?

Responsio.

Quemadmodum esse dæmonas, ab ipsis dæmonibus discebant homines: ita & eorum nomina ab ipsis docti fuerunt. Primum enim sacrificarunt hominesdæmonibus, deinde dixerunt diuinæ literæ: Sacrificauit dæmoniis, non deo. Et quémadmodum an sint dæmones, nihil videntur dixisse literæ, & tamen dicuntur sacrificarunt dæmoniis, non deo: ita de eorum nominibus cùm nihil dixerint, dicût nomina dæmonum Beelzebul & Beliar. Quænam, inquit, concordia est Christo cum Beliar? Quibus enim vtebantur incantatores nominibus ad opera sibi proposita, ea necessariò discebant homines ab eis. Nam qualis erat curationis modus, tali eos nomine nuncupabant. Dicta est autem ab Origene horum nominum interpretatio in Hebraicorum nominum interpretatione.

Quæstio 83.

Si brutorum sacrificiis deus non delectabatur, quemadmodum & dixere quidam, & hic status docet, cur ante legé imperauit Noë sacrificare, maximè cùm idolica sacrificia nondum fierent: Sin iis delectabatur, cur post legem desiit eorum vsus?

Responsio.

Nemo eorum qui bruta immolarunt, sacrificium deo ante legem diuino mandato fecit, etiam si videatur deus id accepisse, eius, acceptione ostendens sacrificatorem sibi esse acceptum. Quæ verò mãdauit Abrahamo sumere animalia triennula, itémque arietem immolare, quem pro Isaaco obtulit, non fecit quasi eorum sacrificiis delectaretur, sed vsus causa, quo futura præsignificaret. Noë verò nusquam videtur deus imperasse vt sibi brutorum sacrificium faceret.

Quæstio 84.

Si donum eius duplũ quod erat in Elia, obtinuit Elisæus, quî fit vt nec simpla nec dupla miracula fecerit, cuiusmodi sunt pluuiam cohibere, fame terram præmere, ignem ad sacrificiũ de cœlo deuocare, sacerdotes improbos iugulare, centuriones * & cætera. Vnde igitur ostendetur Elisæum

postulata sua & Eliæ promissa consecutum?

Responsio.

Non petiit Elisæus duplum spiritus ad efficienda eadem opera dupla, sed vt posset simpliciter perficere quæcunque à se facienda forent, cum maiore præsidio potentiæ. Quòd autem in postulatis suis non fuerit repudiatus, testantur facta ab eo miracula, quorum quædam dupla, nonnulla simpla perfecit. Quòd enim duos mortuos excitauit, alterum viuens, alterum iam vita defunctus, ostendit duplicem abundantiam doni spiritus, quo præditus erat in reliquis miraculis, si vti voluisset. Atque ab Elia quidem ad vsum factum est olei incrementum, ab Elisæo verò etiam vltra vsum. Et Elias ignem deuocauit de cœlo ad vleiscendos hostes: at Elisæus equos & equites igneos deuocauit de cœlo ad auxiliandum Israelitis.

Quæstio 85.

Si tum est perfecta resurrectio, cùm perfectus resurgit homo, qui fit vt dicat post dominicam passionem scriptura, quòd multa corpora sanctorum, qui obdormiuerant, resurrexerint? quod quidé

non dixit de aliis, quos dominus suscitauit, vt Lazarum & viduæ filium, & Iairi filiam, sed absolutè dicit quod hunc aut hanc suscitauerit. Qui sit ergo vt in his solis meminerit resurrectionis corporũ, & addat quòd multis apparuerint? id quod maximæ parti suspicionem spectri præbet. Et an te ipsa inanima resurrexerint corpora, & an postea vixerint, an statim decesserint, an immortalia maneant, & vbi, & quænam ad posteros ex illa re vtilitas afferatur, doceto.

Responsio.

Si perfectam resurrectionem resurgentium hominum vocamus, cùm animæ demigrant in eorum corpora, non dubium est quin omnes & qui resurrexerũt, & qui suscitandi sunt, à domino perfecti resurrexerint, fieri enim non potest mortuorum resurrectio, quin anima migret in suum corpus. Siue igitur dicant diuinæ literæ, aliquem resurrexisse ex mortuis, siue corpora resurrexisse ex mortuis, oportet nos vtraque locutione perfectam resurrectionem intelligere, quæ fit dum corpori redditur anima. Ac quemadmodum dum dicũt diuinæ literæ: Qui suscitauit dominum nostrũ Iesum Chri-

stum ex mortuis, viuificabit animas & corpora nostra, nec imperfectam dicunt resurrectionem, nec spectri suspicionem præbent, sed perfectam resurrectionis hodem: sic & cum dicunt, Surrexerunt ex mortuis multa corpora sanctorum, qui obdormiuerant, perfectam dicunt resurrectionem. Fuit autem horum sanctorum resurrectio, demonstratio

* esse Christi mortem

* hominum, iis qui in

* *

præsenti omnibus quæ apud inferos erant animabus. Quam ob causam neque resurrexerunt, sicut Enoch & Elias, suntque cum eis in paradiso, expectantes æternam vitam, quæ virtute resurrectionis Christi per immutatione, qua, vt ait diuinus Apostolus, omnes immutabimur. Nam in immortalem & incorruptibilem vitam nullius adhuc facta est resurrectio, priusquam Christi seruatoris. ideóque primogenitus mortuorum, & primitiæ dormientium nuncupatus est.

Quæstio 86.

Quid significat mina, ephi, nebel, gomor, siclus, basilicum, sanctum, stater,

drachma, quadrãs, monile, didrachmum, talentum, assarium, seraphim, bezel, saboth, adonai, ephod? Omniũ enim nobis est necessaria cognitio, quandoquidem vtraque literis continentur.

Responsio.

Dicta est ab Origene, homine Hebraei sermonis perito, omnium quæ in diuinis literis feruntur Hebraicorum nominum, & mensurarum interpretatio. Illic omniũ quæ quæuisisti, interpretationem inuenies.

Quæstio 87.

Si ante Baptistæ occisionem, dominus facientis miraculis clarebat, vt ait Matthæus, eiúsque fama Iudæam totam peruagrauerat, qui factum est vt post occisum præcursorẽ, audiens quæ fiebant à Christo miracula Herodes cum Iudæis, dixerit Ioannem esse qui in vitam rediisset, & signa illa ederet? Hæc enim nobis narrat beatus Marcus.

Responsio.

Quòd non omnia à seruatore facta miracula, omnes qui audiuerunt, vno tempore audiuerint, sed alij prius, alij posterius, testantur voces eorum qui dixerunt Ioannem esse authorem miracu-

horũ, quæ facta sunt à seruatore post sub-
latum Ioãnem. Nec enim hoc dixissent,
si audiuissent facta à seruatore ante sub-
tum Ioannem miracula. Itaque mirum
non est, si Herodes quoque post Ioannis
occisionem, audit opera discipulorũ Iesu,
facta nomine Iesu. Tũ enim audiuit He-
rodes nomen Iesu, cùm misit Iesus disci-
pulos suos in vicos & vrbes, ad prædican-
dam pœnitentiam, curandósque morbos,
vt ait Marcus Euangelista. Nam & ipse
Ioannes ante resuscitationem filij viduæ,
non audierat omnia quæ fecerat Iesus in
Galilæa & Ierosolyma: tametsi multa
essent iam facta à seruatore miracula &
ante & postquàm coniectus esset Joan-
nes in custodiam. Tunc enim misit disci-
pulos suos Ioannes ad Iesum, ad discen-
dum an is esset qui venturus expectatur,
vt ait Lucas Euangelista *
Euangelista illud.

Quæstio 88.

Si quemadmodum & diuinæ docent li-
teræ, & nos credimus, peccatum genitus
Christus non commisit, possumne ve-
rum dicere eædem literæ, quæ cum iure-
jurando clamant neminem genitum esse
qui nõ peccauerit, neque natum qui non

deliquerit? Omnis etiam infans qui vel y-
no tempore & natus est & decessit, vel par-
tem vitæ partem sortitus est, peccarum &
delictum, aut his contraria, facere potuit.

Responsio.

Illud, Nemo genitus est qui non pecca-
uerit, neque natus qui non deliquerit, nõ
ostendit esse falsum illud de Christo di-
ctum: Peccatum non commisit. Nam de
eo qui ex viro & fœmina sit natus, dictum
fuit illud: at Christus ex spiritu sancto &
sancta virgine natus est. Est autem dictum
illud sic accipiendum: Nemo est eorum
qui natura peccant aut delinquunt, qui
non peccauerit aut deliquerit. Peccat au-
tem natura, qui suo libero arbitrio agit
seipsum ad faciendum quę vult, siue bona
siue mala. At infans cum nondum talem
potestatem habeat, certè ne peccat quidẽ
natura * erit à sordibus: sed
nemo, si vel vnius diei sit eius vita in ter-
ra: vllo modo * vita enim pro
moribus * at infanti quem-
admodum non sunt mores * ne-
que vita.

Quæstio 89.

Si vtensile quod vidit in visione Petrus,
habebat mundas volucres, * quem-

admodũ nobis tradunt literæ. * omnia vox comprehendens ambo prædicta, sicuti steterat, deinde immolare & comedere sine vllo discrimine iussus idem Apostolus recusauit. Nequaquam domine, inquit: nam nihil vnquam profanũ aut immundum comedi: nõne his verbis ostendit se abhorrere ab omnibus brutis, tanquam immundis, & cum reprehendere qui illa mactare permiserit, tanquam qui immundum cibum gustare iusserit?

Responsio.

Ex Petri responsione intelligimus quænam essent quæ in linteo erant videlicet sola immunda, neque vox illa, Omnia, necessariò continet etiam munda. Possunt enim omnia quadrupeda & volatilia reræ dici etiam immunda. Illud autem nequaquam domine, nihil vnquam profani aut immundum comedi, respondit ad aspectum omnium quæ ei in linteo ostensa sunt, non de aliquibus. Igitur vtendo in quo erant omnia volucria & quadrupeda * per assumptionem dicta est impuri pro * in quo erant omnia immunda volucria & omnia quadrupeda terræ. Ac quemadmodum cum dicunt diuinæ literæ: Omnis viri cæpi

Christus est, vox, Omnis, non continet fidelem & infidelem virum, sed duntaxat fidelem: nam vir fidelis est corpus Christi, & Christus viri fidelis caput dicitur: ita neque vox, Omnia, continet munda & immunda, sed immunda tantùm, per quæ præsignificata est Petro assumptio immũdarum gentium, quarum deus fide Christi, corda purgauit.

Quæstio 90.

Si pia ratione moti patriarchæ, & sibi & natis vxores duxerunt ex cognatione sua, nõne contra pium maiorum scopum fecerunt Iosephus & Moyses, qui duxerint alter Aegyptiam, alter Madianitidem fœminam?

Responsio.

Patriarchæ veriti ne à religione exciderent sui filij, non permiserunt eis ex gẽtilibus vxores ducere. At Iosephus & Moses experres erant huius metus. Nihil ergo contra scopum patrum fecisse videntur vel Moses vel Iosephus, ducendo gẽtiles vxores. Nam tantum abfuit vt ipsi ab vxoribus suis abstraherentur à religione, vt etiam suas vxores ad religionem suam transtulerint.

Quæstio 91.

Si ante delictum, Adamus nullius neque bruti neque rationalis animalis mortem vi derat, quî fit vt mortem quam non vi derat, tamen minante deo formidauerit aut quî fit vt deus eam ignotam illi tanquam notam minatus sit?

Responsio.

Si rationalem eum appellamus qui habet in sese intelligentias eorum quæ à * significantur, non dubium est quin Adamus cùm esset rationalis, haberet in seipso mortis intelligentiam. Atquemadmodum cùm non vidisset Adamus animal rationale verecundari ob nuditatem suam, tamen nudatos verecundatus est, quod habuisset in seipso verecundiæ & nomen & intelligentiam: sic habebat in seipso etiam mortis intelligentiam, etiam si rem ipsam in alio nondum viderat. Itaque meritò formidauit mortem, cùm intelligentia sua sciret eâ esse vitæ contrariam.

Quæstio 92.

Quandoquidem scriptura dicit iudicia, & iustificationes, & testimonia, & leges, & præcepta, & mandata, doce an hæc sint omnia idem: an singula propriam rationem habeant.

Responsio.

Iudicia dicit verba quæ distinxerunt faciendà à non faciendis, & obedientiæ honorem, & contumaciæ ignominiam decreuerunt. Iustificationes vocat iudiciorum æquitatem, quæ suum cuique tribuat. Legem autem, scriptam comprehensionem omnis Iudaici cultus & morum. Testimonium appellat remunerationem eorum quæ gesserunt qui acceperunt * per benedictionem & maledictionem, quam * Moyses testificans dixit Iudæis euenturam ipsis obedientibus aut non obedientibus. Præcepta verò & mandata dicit * verborum nominans verba imperando aut mandando dicta, secundum pronunciationem diuinæ authoritatis eius qui hæc præcepit aut mandauit.

Quæstio 93.

Si terga cœli contabulata sunt aquis, sicut ait scriptura, id quod nonnulli dixerunt esse factum propter ignem luminarium substantiam, vt cœlum pressum aquis incumbentibus, maneat inuictum adversus subiectam luminarium flammam, quomodo vera dicunt qui hæc dicunt. cum luminaria nõ in cœlo, sed sub cœlo

moueantur? Sin luminaria in cœlo esse dicimus, qui fit vt habeant motricem actionem, cùm cœleste corpus immobile sit? Sin cum cœlo sidera accipiunt, nónne vera est eorum opinio, qui cælum sphæram esse perhibent? Sin hoc non decet, sed quod iam dictum est de luminaribus, credere consentaneum est, nónne inutilis est superiorum aquarum constitutio? aut quidnam ea fiet in consummatione mundi, cùm suprà iusti, infrà improbi suorum factorum præmia ferent?

Responsio.

Etiam si sub cœlo sint luminaria, sed substantiæ igneorum actio naturæ seruetur, conuenientem causam habuerunt qui dixerunt ad efficiendum et permaneat firmamentum, aquis esse contabulata terga cœli. Neque verò hoc solum causa est vt sint aquæ in tergis cœli, quod inuictum persistat aduersus subiectam flammam luminarium, sed etiã quod deorsum vrgeatur pondere multitudinis aquarum quæ sunt in eius tergo, nec agitetur violento impulsu ventorum: & quod ex eis summum frigus deorsum mittatur, à quo mixto cum summo calore solis, efficitur aërum temperatio, ad conseruationem terrestrium animalium atque stirpium. At in consummatione mundi, non in hoc quod nunc est cœlo aut terra reportabunt actionum suarum præmia homines, sed in nouo cœlo nouáque terra, vt habet dictum illud: Sicut cœlum nouum & terra noua, quam ego faciam, manebit coram me in perpetuum. Item: In principio tu dómine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt: tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & tanquam inuolucrum volues eos. Item: Semel ego mouebo non solum terram, sed & cœlũ. Quod autem cõcutitur, declarat eius mutationem, vt maneant quæ non concutientur immota.

Quæstio 94.

Si cœlum conuolutum iri, & sidera eius folia casura in terram, prædicit dominus, necnon prophetæ his consona prænunciant, nónne perfectus firmamẽti interitus illis verbis ostenditur? Quæ igitur eorum verborum mens, & quo modo possunt elementa consistere incorruptibilia?

Responsio.

Quemadmodum firmamenti creationẽ

diuinæ literæ per similitudinem confe-
runt aliquando cum pellis extensione, di-
centes: Qui extendit cœlum sicut pellem:
aliquando cum firmato fumo: Cœlum, in-
quit, ceu fumus firmatum est: aliquando
cum rotunditate cameræ: Qui extendit,
inquit, cœlum ceu cameram: sic & eius
dissolutionem per comparationem con-
ferunt aliquãdo cum volumine involuen-
do, aliquando cum elemento quod igni
dissoluatur, quemadmodum ait Apostо-
lus Petrus in secunda sua catholica epi-
stola: aliquando cum vestimento vetera-
scente. Necesse est enim inductione me-
lioris cœli quod recens fiet, tolli firma-
mentum, vt inutile ad illum statum, vt e-
ius interitu tunc salté vana illa de increa-
tione & incorruptibilitate cœli opinio
* quicunque ingenitum & æternum
* hunc dixerunt.

Quæstio 95.

Si propter nostrum vsum & vtilitatem
inducta est creatura, itidémque propter
nostrum vsum alia corrumpuntur, alia in-
corruptibilitatem in fine mundi inducet,
vt iumenta quidem, & volucres, & feræ
corrumpentur: cœlum verò & terra cor-
ruptione liberabũtur & ida quidem cor-

rumpentur, quia corpus nostrum nullius
indigum resurget: incorrupta verò ma-
nebunt quæ dixi elemẽta, quoniam in eis
reportaturi sumus factorum nostrorum
præmia: aër & mare nónne erunt inutilia,
si tunc manebunt incorrupta, cum nos eis
nec ad respirationem egebimus, neque ad
ambulationem, nec ad piscium esum, aut
aliam aliquam opem, quod corpus, vt di-
xi, erit nullius indigum?

Responsio.

Si authore Apostolo Paulo, deus trans-
feret figuram huius mundi, non dubium
est quin necessariò transferenda sint vnà
cum figura mundi, etiam alia omnia quæ
causa figuræ mundi facta fuerunt, Indu-
cetur autem nouum cœlum & terra, in
quibus dabuntur iustis & iniustis digna
factis præmia. Aëre vero etsi ad respira-
tionem tunc non indigebimus, at ad mo-
tum quidem, & loci mutationem, co ne-
cessariò vtemur: Rapiemur enim, inquit,
in nubibus obuiam domino in aërem.

Nisi * *Quæstio 96.*

* et sententia bonis à deõ laus
sublati sunt & * pueri qui ab Herode propter *
to sedens * cum in iumen-
offendit hymnum

canta * habent merito debi-
tum * & illi eadem qua præ-
ter sententiam affecti sunt. Et non sententia sua, sed diuino munere Ierosolymæ hymnum illum elocuti sunt.

Responsio.

Si Dei donum est pro Christo pati, vobis, inquit, donatum est non solum in eũ credere, sed etiam pro eo pati) & pacifi sunt infantes pro Christo, sequitur vt donati sint diuino munere. Quis ergo non meritò laudet eos diuinæ gratiæ, laudatos à deo, qui iis etiam quæ scienter rectè fiunt, laudem largitur? Præterea si ad eorum laudem qui propter religionem affliguntur, tendit Deus afflictionem iis qui eos afflixerunt, necesse est etiam infantes ab Herode sublatos, laudari hac laude quæ tribuitur ob vindictam afflictionum. Aequum est, inquit Apostolus Paulus, vt à Deo reponatur iis qui vos afflixerint, afflictio: vobis vero qui affligimini, requies nobiscum in eius regno.

Quæstio 97.

Si gratia ideo vocata est gratia, quòd delinquentibus paratior ignoscit quàm lex, qui fit vt quæ gratiam deceant, in lege

magis reperiantur? Hæc enim expiationibus quibusdã, & sacrificiis, & diuersis lotionibus, labẽtes quotidie soluit à culpa: gratia verò vnã dũtaxat lotione largitur. Iã si semel dũtaxat delictis laberemur, semel dũtaxat etiã venia egeremus. Nũc sæpe peccãtes, non dubiũ est quin sæpe venia egeamus, id quod non gratia, sed lex suprà dictis expiationibus & exteris prætia clementior in peccantes, quàm lex, cùm res sic habeant vt dictum est.

Responsio.

Eiusmodi delictorũ veniã cõfert lex lotione & sacrificio, quæ delicta nullũ detrimentũ afferunt moribus & vitæ hominũ, cuiusmodi sunt tãgere mortuũ aut leprosam, aut aliquid tale. Sed aliorũ delictorũ quæ morib⁹ aut vitę hominũ detrimentosa sunt, non præstat lex veniam neque lotione, neque brutorum sacrificio, sed iustam dignãmque mercedem soluit delinquentibus, eos pari pœna plectendo: vitam pro vita, inquit, oculum pro oculo, dentem pro dente. Vbi verò talione agi non decet, ibi igne, aut lapidibus, aut gladio sontes plectit. Nam sacerdotis filiam scortatam, igne conficit, pro-

fani verò hominis, lapidibus: maritum autem, gladio: nec vsquam potest lex clementia per lotiones & sacrificia seruare vllum talem. At gratiæ magna vis est ad condonandum peccantibus. Hæc enim etiam vigente lege, nisi Dauidem regem in duo lethifera peccata lapsum, aperta ei pœnitentiæ porta excepisset, non ille in lege expiatricem peccatorum clementiã inuenisset. Hæc constituit in mũdo prælium peccatorum medicum, videlicet pœnitentiam, quæ potest eis etiã qui septuagies septies deliquerint, mederi, dummodo velint vti consilio pœnitentiæ.

Quæstio 98.

Si dominus metum non necessarium statuit, dũ dicit: Qui metuit, non est perfecta charitate: qui fit vt rursus idem discipulos metum doceat, dicens: Metuite eum qui & animam & corpus potest in gehenna perdere?

Responsio.

Non à domino dictum est, Qui metuit, non est perfecta charitate, tametsi qui id dixit, secundum dominum dixit. Illud verò, Metuite magis eum qui potest & animam & corpus in gehenna perdere, nõ est dictum ad tollendam perfectam charitatem. Qui enim maiore metu dei minorem hominum metum tollit, id facit charitate dei, vt sit maior dei metus, ne excidat ex eo quod amatur. Quanti enim precij habetur id cui creditur, tantum amatur: & quantum amatur, tantum metuit amator ne ab eo excidat, quandiu est in certamine pro amato. finito certamine finitur vnà cum illo etiam metus excidendi ab amatis: itaque illuc vsque necessarius est dei metus. Non enim sicut odium tollit amorem, (eundem enim & amare & odisse nõ possis) sic & metus. Potest enim idem & amari & metui.

Quæstio 99.

Si brutorum sacrificia deus in lege fieri præcepit, vt iis homines honorem exercerent quo eum prosequerentur, qui fit vt impij, quia immolarent homines, ostendantur esse minus pij, quàm illi? quod quidam aiunt ab antiquis factum esse, vt maiorem honorem tribuerent ei quem pro deo habebant, dum eum rationalium sacrificio honorarent. Quanto enim rationale honoratius est irrationali, tanto eius immolatio augustior est quàm illius. Atque hoc ex Iephthae facto clarius patet, qui cùm filiam suam immolauerit, in epi-

stola ad Hebræos ab Apostolo commemoratur in numero piorum.

Responsio.

* considerare sacrificium quod deo secundum legem offeretur, quod irrationabilium sanguis est, sed quomodo id acceperit deus oblatum sibi. Si enim sanguinem brutorum oblatū sic accepit. * * suā ipsius animā abtulit, qui eum * .non dubiū est quin sacrificiū * à fauore eius qui id sic accepit, & deus primum honorem. Quod autem tanquā suam ipsius animam offerret deo sanguinem brutorum is qui offerebat, testantur diuinæ literæ, dicentes: Pro anima offerentiū sanguinem victimarum suarū, offertur in sancta sanctorum. Itaque non ex natura victimæ, sed ex affectione accipientis iudicandum est de sacrificij ordine & de dei honore, qui quia parebat hominum generi, voluerit homines quotidiano sacrificio immolando consumere, & eorum genus abolere, sed dederit ipsis hominibus crescere & permanere, eorumque sacrificiis maximum ordinem. At ij qui apud Gentiles colebantur dij, vtpote qui dæmones essent mali, & hominum pestes,

gaudebant sacrificiis quæ genus hominum minuerent & abolerent, id quod indicium est vel maximum & gentiliū deorum brutæ inhumanitatis, & ipsorum gentilium impietatis, qui abolitioni generis hominum magis, vt aiunt, vel potius turpissimè conarentur honorare suos deos. Cur autem Iephthae inter pios recensitus fuerit, causa est hæc: Petiit Iephthae victoriam de hostibus, & pro hac victoria votum quo gratias ageret, imprudenter pronunciauit, sese immolaturum id quod sibi victori ex pugna reuertenti, domo exiret obuiam. Cepit diabolus occasionem ex imprudenti voto, & conatus est inde laqueum tendere Iephthae quo deliqueret. Itaque impulit eius vnicam filiam vt cum cithara ei obuiam domo prodiret, vt Iephthae à filia sese continēs, cogeretur votum reddere irritum. Sed tamen quamuis tenso laqueo, non est potitus præda diabolus, quod Iephthae pluris fecit voti solutionem, quàm vitam filiæ. Permisit autem deus illam immolari, non quasi humano sanguine delectaretur, sed quo documentum statueret posteris ne vnquam imprudēter deo vota nuncuparent. Multa enim metuēda sunt

absurda in huiusmodi votis imprudentibus, quæ ne eueniant prospicient deus, permisit immolari filiam Iephthae, quod quidem non fuit antregressi consilij vel dei vel ipsius Iephthae, sed accidens imprudentis voti. Igitur quoniam Iephthae immolãda filia prębuit se custodem religionis erga deum, propterea eius facta est mentio in enumeratione iustorum.

Quæstio 100.

Si ad probandum veram esse orthodoxorum religionem, dominus miraculorum donum eorum ecclesiis principium largitus est, cur cùm hæretici, postquam in ipsis ecclesiis deum coluissent, ab ipsis orthodoxis defecerunt, non simul defecerunt ab ecclesiis diuina dona, sed falsa religio ecclesias inuasit: quæ verò ad augendam rectam religionem à deo donata fuerant, ea etiam apud hæreticos in ecclesiis easdem vires habuerunt?

Responsio.

Si quidem per hæreticos viuos aut mortuos, diuina gratia donis illis fungeretur, haberet ea res non absurdam dubitationem. Sin qui diuina miracula in ecclesiis edunt, sancti sunt apostoli, & prę-

pheræ & martyres, quorum diuinis operibus restatur mundo deus illorum esse ecclesias, per quos miracula perficiuntur, hoc est orthodoxorum.

Quæstio 101.

Si omnis ratione prędituς meditatione scientiam assequitur, scientiæ autem lex est minora præponere maioribꝰ, id quod in Iudæis apertius ostenditur, qui prius legis, deinde euangelij disciplinam acceperunt, nónne nos præposterè discimus, qui maiora doceamur ante minora? dico autẽ minora quæ sunt legis, maiora verò quæ sunt euangelij. Cùm sit enim eadem nostra & illorum natura, debebat & disciplinę esse idem ordo, quandoquidẽ nisi in disciplinis antecesserint deteriora, impediuntur meliora.

Responsio.

Si quam habent illæ disciplinæ necessitatem, vt nisi præcesserit minorum disciplina, maiora impediantur, eandem haberent nostræ, ineptè faceremus, qui præposterè disceremus. Sed cùm possint disciplinæ nostræ etiam præposterè discy, non est dubium quin liberæ sint ab illa necessitate. Quod autem à necessitate liberum est, id quamuis præposterè fiat,

reprehendi non potest Et hæc ad solutionē sophismatis quęstionis. Ad ipsam verò quæstionem sic respōdemus, quod ne nos quidem prępostere docemur, quin vt discebant apostoli primùm legē, deinde euangelium, sic & nos docuerunt. Testantur hoc eorū voces, quibus nunciarunt euangelium. Vbique enim ex legē Christum prædicarunt, ex primis posteriora, & ex minoribus maiora. Nam illud, Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester, ex fratribus meis, similem mei: & illud, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos: & illud, Non dereliquisti animam meam apud inferos, neque caro mea videat corruptionem: voces sunt legis, quibus prænūtiatus fuit Christus, quibus ipse quoque Apostolus vsus, Iudęis euangelium prædicauit. Ac quod ad disciplinam attinet, nihil interfuit inter euangelio & legem, sed promissione & præstatione discrimen fuit. Quid enim est leue prænūciatum euangelium. quid euangelium simpleta lex.

Obiectio 102.

Si nihil nec superfluum, nec curtū sciat opifex in constitutione corporis nostri,

cur tanquam superflua præputij pars Iudęis abscindebatur? Ad quid verò vtilem nomen alia parte, sed in genitali membro circumcisionem acceperunt qui fuerunt ante aduentum domini Christi? Aut cur cùm illi hanc ceu vtilem acceperint, nos non itidem tali manuum opere vtimur.

Responsio.

Quoniam propter senium suum, & liberæ coniugis, desperabat de suscipienda prole ex libera *

promissionem prolis dei * dei, cúmque Deo credidisset se præter tempus ætatis fore patrem eius qui ei ex sterili vetula natus est filius, * ei deus sigillum huius * circumcisionem præputij partis quæ propter senium ad gignendum erat inutilis, propter fidem verò Abrahami ad gignendum facta est vtilis. Transmittat autem circumcisionem hanc ad vniuersum genus, quod ex genito prætet semen patre ortum est, ad sempiternam memoriam & fidei Abrahami, & potestatis dei, viuificantis mortuos, & vocantis quæ non sunt tanquā sint. Circū-

cidimur autem nos quoque circũcisione Christi per baptisma exuẽtes Adamũ, per quem peccatores facti mortui sumus: & induentes Christum, per quem iustificati, resurgimus ex mortuis, in quo inquit Apostolus, circumcisi estis circumcisione non manu facta exutione corporis vestri.

Quæstio 103.

Si qui iussus est facere quantum potest, laudem aut vituperationem in faciendo aut non faciendo assequitur, certè qui nõ fecit quæ sunt supra vires, quippè quæ fieri non possint, accusari non potest. Qui fit igitur vt lex ea iubẽs quæ sunt supra vires, videlicet non peccare, peccatem pœnis subiiciat, cum homo legẽ implere nequeat? Testatur hoc Apostolus, dum ait: Non iustificabitur ex operibus legis vlla caro.

Responsio.

Quod omni homini impossibile est, idem & alicui homini impossibile est: vt volare in aëre aquilæ ritu, est alicui homini impossibile. Rursum quod alicui homini possibile est, vt nauigare, idem omni homini possibile est. Sed ſi, vt aliis diuinæ literæ, aliqui sub lege fuerũt iustificati irreprehensibiles, certè omnibus sub lege degentibus erat possibile simili modo fieri iustitia legis irreprehensibiles. Dicit enim beatus Paulus Apostolus de seipso, iustitia legis se fuisse irreprehensibilem. Beatus verò Lucas Euangelista dicit de Zacharia & eius vxore Elizabeta, fuisse ambos iustos coram Deo, ambulantes in omnibus præceptis & institutis domini irreprehensibiles. Quid autem est tota lex ipsum, & proximum vt seipsum, quod quidem non est impossibile hominibus vobis lege carnem vllam, non dicit quia non possint impossibilia, sed quia nolint possibilia. Voluntate enim ad possibilia vtimur, non ad impossibilia. Possibilibus enim & in nostra potestate positis, vel laus factis, vel vituperatio non factis tribuitur. Peccare autẽ homines quia bonesti non eligant, non quia non possint, indicio est, quòd nõ omnes homines in omne peccati genus cadũt, sed alij in aliud, & alij in plura, alij in pauciora, alij in nullum quales fuerunt quos modo diximus iustos: quod certè non accideret homini, vt aliquo peccati genere peccas-

rer, alio nunquã, si infirmitate naturæ, ac
non consilio & voluntate sua peccarent.

Quæstio 104.

Si lex in criminibus pœnitentiæ locum
iis non dat qui peccarunt, sed eis inexita-
bile periculũ creat, nónne propheta Da-
uid commisso adulterio & homicidio, ve-
niã contra legem adeptus est? Quòd si ve-
nia bona res est, cur lex nullam veniam
dat? sin mala (quod non puto) qui fit ve
bonorum autor rem malam propheta
largitus sit?

Responsio.

Si lex in criminibus pœnitentiæ locum
iis non dat, qui peccarũt, qui fit vt in no-
nagesimaseptima quæstione lex propo-
sita sit gratiæ, tanquam facilior & ele-
mentior ad dandam peccatorum veniam
sontibus, quos singulis diebus lotione &
brutorum sacrificio absoluit à culpa?
Nũc in proposita quæstione gutta nulla
clemeniiæ relicta est legi, sed ei adamãti
creet inexitabile. Atque hæc quidem ex-
cta sint ad incogitantiam & quæstionem
pugnantiam. Ad quæstionem verò sic re-
spondebimus. Licet sit lex inexorabilis, ne
gratia quidem pœnitentiam dedit sontibus.

Nam illud: Manus vestræ plenæ sunt san-
guine: verùm hoc omnino & pure efficiminiz
& si fuerint peccata vestra tã rubra quàm
est coccus, reddam tam alba quàm est nix:
item illud, Nolo mortem peccatoris, sed
vt conuertatur & viuat, voces sunt diuinæ
gratiæ, peccatores vocantes ad legis faci-
liorem, adepturos pœnitentia veniam
omnium delictorum. Est igitur venia bona, &
diuinæ gratiæ donum, sed ea neque secũ-
dum legem, neque contra legem est, sed
supra legem & pro lege: supra legem, quia
gratia: pro lege verò, quia per pœnitentiã
decisi fontes ad legis facilitatem, sicut &
Baptismi.

Quæstio 105.

Si omnibus hominibus propter infirmi-
tatem naturæ necessarium est precum au-
xilium, & ea necessitas non inest domi-
no Christo, quippe domino & viribus
prædito, quæ ad omnia sufficiãt, cur pro-
dunt literæ Christum sæpios orasse quàm
Apostolos?

Responsio.

Quemadmodum esurire dominus &
sitire, & laborare, & lacrymauit, &
sudauit, licet quibus prædictis ejus vi-
ribus posset nihil horum sustinere, sed ve

rēt, alio nunquā, si infirmitate naturæ, ac non consilio & voluntate sua peccarent.

Quæstio 104.

Si lex in criminibus pœnitentiæ locum iis non dat qui peccarunt, sed eis inevitabile periculū creat, nónne propheta David commisso adulterio & homicidio, venia contra legem adeptus est? Quòd si venia bona res est, cur lex nullam veniam dat? Sin mala (quod non puto) qui fit vt bonorum autor rem malam prophetæ largitus sit?

Responsio.

Si lex in criminibus pœnitentiæ locum iis non dat, qui peccarūt, qui fit vt in nonagesima septima quæstione lex proposita sit gratiæ, tanquam facilior & clementior ad dandam peccatorum veniam sontibus, quos singulis diebus lotione & brutorum sacrificio absoluit à culpa? Nūc in proposita quæstione gratia nulla clemeniæ relicta est legi, sed ei adiuncta est inexorabilitas, quæ peccanti periculū creet inevitabile. Atque hæc quidem dicta sint ad incogitantiam & quæstionum pugnantiam. Ad quæstionem verò sic respondebimus. Licet sit lex inexorabilis, gratia quidem pœnitentiam dedit sanctis illis, Manus vestræ plenæ sunt sanguine: verùm lauamini & puri efficiminis & si fuerint peccata vestra tā rubra quàm est coccus, reddam tam alba quàm est nix: item illud, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, voces sunt diuinæ gratiæ, peccatores vocantes ad legis facilitatem, adepturos pœnitentia veniam commissorum. Est igitur venia bona, & diuinæ gratiæ donum, sed ea neque secundùm legem, neque contra legem est, sed supra legem & prō lege: supra legem, quia gratiæ pro lege verò, quia per pœnitentiā ducit fonter ad legis facilitatem, sicut & Dauidem.

Quæstio 105.

Si omnibus hominibus propter infirmitatem naturæ necessarium est precum auxilium, & ea necessitas non inest domino Christo, quippe domino & viribus prædito, quæ ad omnia sufficiāt, cur proponunt literæ Christum sæpius orasse quàm Apostolos?

Responsio.

Quemadmodum exhortatur dominus & facit, & laborauit, & lachrymauit, & sudauit, licet quibus prædictis erat viribus posset nihil horum sustinere, sed vt

indicium præberet humanæ suæ naturæ, vltro sustinuit infirmitates naturæ, hic & precatus est propter eandem causam. Si enim cum sua sponte sustinuerit infirmitates naturæ suæ, tamen audèr dicere quidã eum non esse nostræ naturæ, nõne idem cũ multo maiore argumento dicerent, si nunquam Deum & patrẽ orasset? Et quia de Apostolis nulla fuit dubitatio an homines essent, de seruatore verò futura erat dubitatio, propterea tradunt diuinæ literæ eum etiã sæpius oràsse quàm cæteros homines. Si enim superata resurrectione infirmitatib⁹ carnis vt pfitemur confessionis nostræ Deũ pro nobis interpellat, nõnne magis eum adhuc subiacere infirmitati carnis, egebat magno validóque clamore & lachrymis, cũ quibus preces offerebat ei qui eum à mortuis excitare poterat?

Quæstio 106.

Si omnium hominum eandẽ habet ratio, eandem & anima substantiam, qui fit vt alius sit ignauus, alius ad cogitandum acutior? Quòd si anima causa est huius differentiæ, necesse est animarum substantiam esse diuersam, pro diuersitate cogitationis. Sin caro, eadẽ & de hac ratio quæritur.

drat, Sin ex redũdantia aut defectu alicuius humoris, vt sicci, aut humidi aut calidi, aut frigidi, alterum altero fit valentius, quæ res amentiã creat aut sanã mẽtẽ, vnde nam aut quomodo oritur huiusmodi qualitatis vigor, qui efficiat vt in nobis plus sit vel mentis vel amentiæ?

Responsio.

Acuminis aut tarditatis mentis causam tradiderunt quidam, temperiem & intemperiem elementorum, ex quibus composita sunt nostra corpora: itémque organicarum partium moderationem: & videntur rectè tradidisse horũ causas. Sunt enim nonnulli in iuuentute tales, vt cogitationes acutè pariant & percipiant: iidem in senectute mutantur in contrarium, fiant ad cogitandum ignaui. id quod indicium est, temperiem & intemperiem causam esse talis participationis. Similiter & qui nimis magno sunt capite, qui dicuntur grauicipites, quia nõ retinẽt motus propter nimiam vel paruitatem vel magnitudinem, inepti sunt ad pariendas aut percipiendas cogitationes. Fiunt & alij ad comprehendendas rerum naturas acuti & expediti, etiam à diuina gratia, vt

habetur vbi dicitur: Dedit Dominus Salomoni tam amplum ingenium, quàm est arena litoris marini. itē illud, Alius datur per spiritum sermo sapientiæ, alius sermo scientiæ.

Quæstio 107.

Si ab infidelibus ad impositurā inuenta sunt carmina, & in lege introducta sancta propter animi puerilitatem, cur qui perfectam & ab illis modis alienā disciplinā acceperūt, carminibus vtuntur in Ecclesiis more puerorum legis?

Responsio.

Non canere simpliciter est pueris conueniens: sed cum inanimis instrumentis canere, & cum saltatione & crepitaculis. Itaq; in Ecclesiis sublatus est ex carminibus vsus talium instrumentorū, & alijs rū pueris conuenientium, & relictum est canere simpliciter. Excitat enim hæc cogitationes ex carne affectiones: cogitationes malas expellit, quæ nobis ab inuisibilibus inimicis iniiciūtur, irrigat animā ad feros fructus diuinorū bonorū: generosos reddit ad rerum aduersarum tolerantiam, certatores pietatis, & omnium quæ ita vocantur

ta accidunt, rerum tristium remedium affert piis. Paulus quidem gladium spiritus hoc nominat, vbi cōtra inuisibiles hostes armat milites pietatis. Est enim verbum Dei quod dum cogitatur & canitur & pulsatur, fugat dæmones

perficientia animam in virtutibus pietatis, dum piis contingunt per ecclesiastica carmina.

Quæstio 108.

Si veniam allicit inuoluntaria imprudentia, sicut in literis docemur, qui fit vt antiqui Iudæi, qui Christum imprudentes crucifixerunt, plurimis & intolerabilibus malis affecti fuerint, sicut in libris de vrbis excidio testatur Iosephus? itémque nūc qui eorum Christo non credūt, à patria extorres, in omnes terras dissecti sint, & gentibus addicti in ignominiosam seruitutem, sicuti res clamat apertius, quàm vlla columna? Atqui in vtroque ignorantiam eorum ostēdit & Dominus, dum dicit: Pater ignosce eis, nescīūt enim quid faciant: & Apostolus dicēs, Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Et hæc de antiquis Iudæis. De recentioribus verò: Testor, inquit, eos habere zelum Dei, sed non secundum

scientiam.

Responsio.

Cùm inuoluntaria ignorantia eiusmodi est, vt ipsi ignorantes putant esse cognitionem, tunc euentus rei per ignorantiam factæ ostendit vtrum vera sit cognitio, an error & ignorantia. Postquam autem euentu ostensum est, eam quæ putabatur esse cognitio, ignorationem esse rei, si in eadem ignorantia perseueret is qui ignorauit, nullam sibi veniam concilliat, sed inexcusabilem pœnam. Atqui quod ita crucifixerint Iudæi Christum, vt cognoscentes eum Deo contrarium

* habentes Deum in eius occisione cuiuis perspicuum est. Non enim eum crucifixissent, si sciuissent futurum vt eum Deus post mortem in vitã reuocaret. Excitatus autem ex mortuis à Deo ostendit eam Iudæorum quæ putabatur cognitionem contra Christum, esse veritate ipsa ignorantiam. Ergo quoniam postquam resurrexit dominus ex mortuis, ostensúmque est neque Deum suffragatorem Iudæis fuisse in morte Christi, neque Christum sine resurrectione manere in morte, sicut sperabãt qui eũ crucifixerãt, tamen manebant adhuc in

dæi in incredulitate, non erant venia digni. Nam eius resurrectionem pecunia nundinari, & furto habere, & vetare quominus apostoli in eius nomine perficiant diuina opera, quæ virtute fiebant spiritus sancti, hęc, inquã, non sunt inuoluntariæ ignorantiæ, quæ sibi veniam concilier, sed cognitæ & voluntariæ contra Deum repugnantiæ, quæ pœnam asciscat. Si enim hac spe Christum crucifixere Iudæi, ne obtineret eius doctrina, néve aboleretur Iudaismus, cùm neutrum cõsecuti sint, nónne tollitur eorum inuoluntaria contra Christum ignorantia? Illud enim, Pater ignosce eis, nesciunt enim quid faciant, sic accipi debet: Si agnouerint me à se per ignorantiam crucifixum, peccatorúmque veniam petierint, concedito eis. Non enim datur venia ei qui peccatum suum non peccatum, sed iustitiam esse putat. Item Pauli dictum illud: Testor illos zelum habere Dei, sed non secundum scientiam, mollius & extenuato crimine dictum est, dum ille infirmis fit infirmus, vt, quod dictum est, infirmos seruet.

Quæstio 109.

Si resurrectionis donũ omnibus mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuis deus se daturũ esse promisit, & omnes ex sepulcris surrecturi, & coram iudice sistendi sunt, quomodo fiet quod dicitur, dominũ iudicaturũ mortuos & vivos? aut quomodo iudicari poterunt mortui, quorũ corpora in monumẽtis iacent, animæ à corporibus separatæ sunt?

Responsio.

Non omnes, inquit, obdormiemus. Iterum dicebat ergo viuentes, hoc est, qui tũc erunt superstites: & mortuos, hoc est, qui resurgent ex mortuis. Venit, inquit, hora, & nunc est, cùm omnes qui in monumentis erunt, audient vocem filij dei, & exibunt, qui bona fecerint in resurrectionem vitæ, qui verò mala fecerint, in resurrectionem iudicij. Debebat ergo ex his dictis considerari rem fieri posse, ac non ineptam dubitatio proponi.

Quæstio XIO.

Si relinquentibus patrem & matrem, & natos &c. cẽtuplũ promisit dominus, ergo & vxores centenas accipient. Igitur cùm multi illis propter præceptum reliquerint, desecerint pauperes, & soli ac deserti, numne falsa est illa promissio?

Responsio.

Quemadmodum patres, & matres, &

fratres & sorores dicit eos qui familiari affectione Christiani accipiunt, relictis parẽtibus, fratribus, sororibus: sic & vxorẽ dicit eam, quæ relictis propter Christũ aliis, curat eum qui reliquit eam quæ nuta erat vxor. Ecclesia verò domini Christi, quæ ab initio Christianicæ prædicationis, ab aduersariis suis gẽtilibus tandiu infestatur, ac diripitur, vndenã tantum & spiritualium rerum & hominum, quantum videmus, adepta est incrementum, nisi quod diuina viuáque vox seruatoris tam multiplicem mercedem pollicita, etiam præstitit? Vnde diuites & viri & fœminæ afferẽtes suas facultates, in solitudine eos qui illuc secesserant quæsiuerunt, & eorum egestati subuenerunt, quemadmodum cognouimus ex historia sanctorum veterum virorum: nisi quod dominus Christus per eos promissum suum perduxit ad exitum?

Quæstio XII.

Si ad confirmandam corporum resurrectionẽ, exẽplo seminum tãquam valido vsus est Apostolus ad Corinthios, quomodo resurgent qui secantur aut vruntur, cùm semina post sectionem aut vstionem non germinent, sed prorsus intereant?

Responsio.

Cùm natura sit efficiens eorum quæ gignuntur ex seminibus, vtpote quæ ad id modicas vires acceperit ab opifice, necesse est vt idonea sint semina ad ea faciendа quæ ex ipsis gignuntur. Itaque si combusta aut secta fuerint semina, reddunturnatura inutilia ad ea facienda quæ ex ipsis gignuntur. At deus non habet modicas vires: itaque nihil eorum intactum est ad facienda quæcunque vultus impeditur sectione aut vstione corporis, quominus efficiat eorum resurrectionem. Non enim lege & mensura naturæ operatur deus, sed arbitrio consilij, quod nullâ in re non potest efficere quæ vult. Vsus est autem Apostolus seminum exemplo ad confirmandam mortuorum resurrectionem, vt consimili re fidem faceret eius quod de resurrectione dicebat, vt quemadmodum credimus germinationem seminis, videntes in terra mortuum abiectúq; seminis naturâ, ita non debeamus non credere mortuorum resurrectionem. Deus enim qui naturæ dedit ex vitæ per semen efficiat germinationem, multo magis ipse potest ex morte excitare mortuos.

Quæstio 112.

Si regnum Israel, gloriam & delicias & quietem terrestrem opinabantur apostoli, sicuti nonnulli dixerunt, cur dominus de eo ab ipsis interrogatus, non sola eorum non correxit, sed etiam perstrinxit eorum ignorantiam, dum dixit: Non est vestrum scire tempora & momenta quæ pater posuit in sua potestate? Hæc quidem responsio confirmat eorum interrogationem.

Responsio.

In hoc vnum est eorum quæ ante spiritus aduentum non potuerunt ab Apostolis cognosci, vt habetur in illo dicto: Multa habeo dicenda vobis, sed ea nunc ferre non potestis. Sed cùm venerit spiritus veritatis, ille docet vos ad omnem veritatem. Postquam autem à spiritu didicerûnt illud, Et ventrem & cibos abolebit deus, ex Iudaica opinione transiuit ad sententiam dignam statu resurgentium ex mortuis, in quo statu nec cibus erit, nec potio, nec nuptiæ, sed erunt similes angelis filij resurrectionis. Igitur illud: Non est vestrum scire tempora & momenta quæ pater posuit in sua potestate, tale est vt confirmet eorum opi-

nionem, qui per ignorantiam interrogarunt: sed ambiguam reddit vtranque eorum opinionem, videlicet tum de tempore, tum de modo. Declarat autem & apostolus Paulus modum illius status, dum dicit: Regnum dei non est cibus aut potio, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.

Quæstio 113.

Si perfectum tunc intelligimus perfectum * cùm omnia adepta est perfecta: perfectum autem summè eò quod nullam prorsus adiectione aut incrementum admittit, qui sit vt deus, cùm esset ante creaturam, & postea creaturam fecerit, ita opifex & nomen & rem sortitus fuerit, & ex deo factus insuper opifex, incrementum & generationem admiserit?

Responsio.

Aliud est ipsum esse, aliud alterius esse. impossibile est ipsum esse, nisi possibile sit alterius esse. Cùm igitur dei perfectio in ipsum esse, non augere eum alterius esse. Ac quemadmodum quod vnum est numeri principium, nihil confert ad eius perfectionem (nam & si non esset principium numeri, perfectum erat: & factum principium numeri, non auctum est) sic & deus ante creationem erat perfectus, & post creationem non est auctus. Nihil igitur eorum quæ ex creatione sunt, auget deum. Tu enim inquit, idem es. Sed multiplex est eius ad creaturam relatio. Multum, inquit, elatus es supra omnes deos. Etenim & vt pater, & dominus, & iudex, & pastor, & his similia. Et quemadmodum deus cùm non fecerit plures mundos * & facere potest non imperfecta, ex eo ostenta est eius perfectio *

Quòd si non faciendo plures mundos deus, non est diminutus, ne vno quidem faciendo auctus est.

Quæstio 114.

Si esse potentia, minus est quàm esse actu, nonne mundi creator, cùm ante mundi creationem creator esset potentia, non actu, cadit in nomen minutionis?

Responsio.

Quorum actionis potentia naturali quadam necessitate constat, eorum potentia minor est quàm actio. Sed cuius actionis potentia, non naturali necessitate, sed proprio consilio constat, is minutionis nomini subiici nequit. Simul ac cogita-

sti, inquit, omnia tibi adsunt.

Quæstio 115.

Si genu flectere in precibus, magis decommendat orantes, quàm stantes orare, magisque cõciliat dei misericordiam, cur diebus diminicis, & à Pascha vsque ad Pentecosten, genu non flectunt orantes? & vnde talis in ecclesias intrauit consuetudo?

Responsio.

Quoniam vtrunque nobis semper recordandum est, videlicet & casus nostros in peccatis, & gratia Christi nostri, qua ex casu surreximus: propterea nostri in peccatis casus: quòd autem die dominico genu non flectimus, signum est resurrectionis, per quam Christi beneficio & à peccatis & à peccatorum mortis cipium hæc consuetudo ab apostolicis temporibus, vt ait beatus Irenæus martyr & episcopus Lugduni, in sermone de Pascha, in quo meminit & Pentecostes, in qua non flectimus genu, quoniam eadem vires habet quàs dominica, secundum causam de ea dictam.

Quæstio 116.

Si resurgens dominus ex monumento, sepulchralia in sepulchro reliquit, qui fit vt literæ non tradant eum post resurrectionem aut nudum apparuisse, aut aliunde vestem sumpsisse? Quòd si nec aliunde indumenta sumpsit, neque nudus iis, qui tum eum viderunt, apparuit, quomodo verum est quòd vestimenta in sepulchro reliquerit?

Responsio.

Vestimenta quidem seruatoris post eũ crucifixum milites diuiserunt: sed quæ postea illata sunt in sepulchrum

* viuentis inepta erant. Quas vestes autem ferebat dominus post resurrectionem, eas aut confecit, aut sumpsit aliunde, sicut sumpserat asellum ad equitandum. Vtrunque enim poterat, & confecere, & aliunde capere. Cùm sint autem multa à domino dicta, quorum narrationes literæ non continent, necesse est & quas vestes habuit post resurrectionem * conueniens

quod ex omnibus memoriæ non prodi- * rei memoriæ non

prodita quærere causam, non * rei non narratæ inferre dubi-

rationé de indumento domini, sed exeius potentia capere fidé de eius indumento.

Quæstio 117.

Si corpus crassum clausis portis impeditur quominus transire possit, quómodo modo post resurrectionem ad discipulos intrauit dominus? Quod si verum est clausis portis ipsius visum fuisse corpus, qui fit vt lapis dominico monumento impositus, ab angelo fuerit auolutus propter resurrectionem corporis eius? Quod si vera dicunt literæ de clausione portarum, certè non corpus, sed spiritus intrauit. Sin corpus modo corpus erat, modo spiritus fiebat, nónne corporis substantia mutabatur?

Responsio.

Quemadmodum non mutatione corporis in spiritum ambulauit dominus super mare, sed diuina sua potestate fecit vt ambulari posset mare, quod alioquin ambulari non potest, idque non solum suo corpore, sed etiam Petri: sic eadem sua diuina potestate exiit ex monumento, saxo incumbente monuméto, & ad discipulos ingressus est clausis ianuis. Non enim propter eius resurrectionem sublatum est saxum à monumento, sed vt declare-

retur spectantibus resurrectio. Nã quòd in monumento visæ sunt vestes eius sepulcrum, ipse non item, indicium fuit euidentissimum resurrectionis. Nobis autem intelligendum est, ea quæ sunt eiusdem virium, habere eandem fidem, siue concedantur, siue tollãtur. Habent autem eásdem vires, ambulare super mare corpore non mutato, & intrare ad apostolos corpore nõ mutato, clausis ianuis. Item intelligendum est, fieri non posse, vt quæ supra naturam in natura sunt diuina potestate, ea ratione naturæ exhibeãtur. Itaque territis tali ingressu discipulis, permisit palpare passos locos sui corporis, quoniam non mutatione corporis in spiritum, ingressus erat ad eos, sed cum crasso corpore, diuina sua potestate effectrice rerum quæ sunt supra naturam.

Quæstio 118.

Si deus cùm fecerit omnia secundum naturæ circuitum, est omnium dominus, ideóque Dauid in omni loco ditionis domini iubet nos celebrare dominum, similiter & Apostolus in omni loco iubet nos attollere pias manus ad deum, eorum solis tractum pro venerabili opere

& domicilio diuino habentes, in eam intuemur, dum deo laudes & preces mittimus? aut quinam consuetudinem hanc docuere Christianos?

Responsio.

Quoniam nostrorum honorabilissima quæque ad dei honorem seponimus, & est hominum opinione solis ortus honorabilior quàm aliæ partes mũdi, propter ea tempore precum spectamus omnes ad orientem, quemadmodum dextera manu in nomine Christi consignamus eos qui hoc signo egent, quia honorabilior existimatur quàm sinistrà: tametsi situ, non natura, ab ea differt. Sic & ortus tanquã mundi pars honoratior, adorationi dei destinatus est. Neque verò prophetiæ & apostolicæ voci contrarium est quòd nos ad orientem preces facimus: nam in omni loco est oriens orantibus. Et quoniam quam in partem sensum videndi habemus, in eam partem adoramus, & fieri non potest vt precum tẽpore in quatuor mũdi partes spectemus, propterea in vnam partem mundi intuentes, adoramus, non quasi id solum sit opus Dei, neque quasi ad Dei habitationem separatum: sed quia locus est constitutus adorationi,

qua nos Deum veneramur. A quibus autem morem orandi accipit ecclesia, ab iisdem etiam locum accepit, videlicet à sanctis Apostolis.

Quæstio 119.

Si nec arborum fructibus, nec animalium carnibus vescebantur qui fuerunt ante diluuium, quemadmodum nonnulli patrum docuerunt, quî fit vt Abel ex adipibus ouium quas pascebat, itémque Cain ex fructibus terræ quam colebat, libauerit? Nec verò dubium est quin vterque cibo suo præferens numen, tali sacrificio fuerit vsus. Sin vtilia sibi, offerebant Deo, nónne tali libatione lædebant id quod semper est? quippe cùm eorum vterque munus ei conferret ridiculum, & quod offerẽti nihil detraheret. Quî fit ergo vt Caini sacrificium reiectum fuerit, Abelis autem donaria litauerint?

Responsio.

Beatus Apostolus patrum pater & religionis magister, ait: Quis vitem conserit quin de eius fructu comedat? quis gregem pascit quin de lacte gregis comedat? nimirum nullus. Quòd si nullus, certè Abel gregem non pascebat vt gregis lacte non vesceretur, neque Cain ter-

ram colebat vt eius fructibus non vesceretur. Præterea si inutiles erant Caino fructus terræ, qua de causa deterioribus honorabat Deum, melioribus seipsum ante Deum honorabat? Itaque reiectum est eius sacrificium

*

non egens fructibus terræ. Quòd si antehabuit Abel vtilitati suæ Deum, Cain verò posthabuit, non dubium est quin vterque solitus sit vtilitatem ex labore suo percipere.

Quæstio 120.

Si firmam Dei resurrectionem nonnulli arbitrati sunt, iusti autem & sontes hanc adepturi creduntur, qui fit vt Paulus eos qui vetita fecerint, exheredes pronunciat, dum dicit? Nec fornicatores, nec adulteri, &c. regnum Dei possidebunt.

Responsio.

Regnum Dei solent literæ nominare non resurrectionem simpliciter, sed instaurationem quæ sequetur resurrectionem, in qua fiet puniendorum & gloriandorũ distinctio, cum Deũ omnes sine dubio confitebũtur, qui & gloria gloriosos, & pœna puniendos afficiet. Audient, inquit, vocem filij Dei qui erunt in monumentis, & exibunt, qui bona fecerint,

in resurrectionem vitæ: qui verò mala secerint, in resurrectionem iudicij. Distinguitur igitur resurrectio in vitam & mortem, differentia iustorum & iniustorum. Latius enim patet resurrectio quàm regnũ Dei, quippe cum resurrectio iustos iniustósque comprehendat: regnum verò solos iustos.

Quæstio 121.

Si anathematismum solum de absurdis intelligit vetus & nouum Testamentum, qui fit vt beatus Petrus in passione Dominum negans, anathematizare cœperit? aut quæ differentia est inter anathematismum & catathematismum? & quid significet vtrunque?

Responsio.

Anathema dicitur quod Deo repositum & sepositum est, nec amplius in communem vsum sumitur: aut quod à Deo propter vitium alienatum est. Catathema verò est consentire cum anathematizantibus.

Quæstio 122.

Si horis & diebus res nostræ non tenentur, quâ fit vt in nuptiis dixerit Dominus, nondum venit hora mea? & Euangelista de eo, nemo iniecit ei manus, quia non-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum venerat eius hora?

Responsio.

Etiamsi horis & diebus nostræ res non teneantur, tamen eorum quæ vel à nobis, vel circa nos fiunt, alia fiunt opportuno tempore, alia importuno. Vocant igitur diuinæ literæ opportunum ad rem quæ fiat tempus, præsentiam horæ: importunum verò absentiam, Et quia post effectionem vini, tempus opportunum existimabat Dominus discessionis ex hoc mundo, propterea ante effectionem vini discipulis, propterea ante effectionem vini dixit: nondum venit hora mea. Rursus quia tempore Paschæ Iudæorum, opportunum erat Dominum comprehendi & patibulo passus est, propterea ante Paschæ dixerunt de eo: Sed nemo iniecit ei manus, quia nondum venerat eius hora: non quia horæ necessitas impediret quominus comprehenderetur, sed Domini prouidentia

* necessitate horæ impediebatur Domini comprehensio, nec eam tribuisse sent diuinæ literæ loco. Discessit, inquiunt, Iesus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæa versari, quia Iudæi conabãtur eum occidere. Sed nec antè in Aegyptum se recepisset, si satis fuisset horæ necessitas ad eum custodiendum quomodo

nus comprehenderetur.

Quæstio 123.

Si bonum est omnium optimum, quod verò affligitur, est omnium pessimum, & bonus est Deus, homo verò affligitur, sequitur vt homo sit omnium pessimus. Nam aliarum rerum, videlicet cœli, terræ, aëris, luminarium, & talium, nihil est quod affligi possit.

Responsio.

Si hominum causa sunt cætera quæ nominata sunt, quæ autem sunt alicuius causa, ea illo inferiora sunt, sequitur vt optimus sit homo, quippe qui sit supra ea quæ sunt propter ipsum. Et si ipsum affligi, confert aliquid ad meliorationem hominis, optimus est homo, & hoc ipso quod affligitur, diuina prouidentia fatemur ab ingenerato Cbi vitio. Debet autem qui vult bonum hominem cognoscere, intueri finem homini repositum post decessum. Est enim ille huius vitæ fructus, hoc est infinita beatitudo, pro breui vitæ afflictione.

Quæstio 124.

Si cuiusque vitam prænouit Deus, cur non collocauit piorum animas in robustis corporibus? Quod si præmia eis in futu-

rum congerens, in præsentia permittit eos affligi, cur non omnes pij pariter afflictionibus explorantur, vt inde perspicuum fiat quinam boni sint aut mali? Quòd si vtraque apud vtrosque reperiuntur, nónne incertum est ecquis meliorem partem elegerit? Nónne cum omnes mundi casu & sine prouidentia ferantur, perspicuum est nullũ esse discrimen pij & impij.

Responsio.

Noluit Deus præsentibus honorare pio virtute eos qui ipsi sunt dediti. Nam quæ sunt in morte piorum, non sunt mercedes virtutis. Et quemadmodum dicuntur pij non esse in mundo, sic & eorum gloria & diuitiæ terrestria non sunt. Quando igitur videmus piis adesse eadem quæ impijs, debemus ratiocinari, præsentia non esse digna laboribus virtutis. Quod si videmur hominibus Deus aliquando extulisse nõnullos eorum qui sunt ei dediti, vt Iosephum & Dauidem, non tamen ea re virtutes eorum remuneratos est, sed per Iosephum prospexit incremento generis Israëlitici: per Dauidem verò regnum firmitus constituit. Differunt autem pij ab impiis plane nihil, si materiam & res corporeas spectes. Omnia enim adsunt vtrique & dolcia & tristia. Sed differunt inter se primo spe futurorum, & aduersis pro pietate patiendis: deinde diuinis auxiliis, quibus sæpe conspicuos fecit Deus suos, dum vel Aegyptiorum potentatum abolet, vel Chananæos Israëlitis subiicit, vel Assyriorum ferocitatem consopit, vel Babyloniorum regnum euertit, vel cursum & stationem cõtra naturam soli imperat. In his quidem ostenditur Dei prouidentia: illis verò componit pios ad spectãdam aliam vitam, in qua iustos ab iniustis discriminabit gloria & ignominia.

Quæstio 115.

Cum malum pro malo, aut conuicium pro conuicio reddere Paulus Apostolus vetuerit, qui fit vt ipse contrà fecerit, modo Pontifici, modo Alexandro fabro maledicendo?

Responsio.

Si repercussisset Paulus pontificem qui eum percusserat, aut Alexandro qui ipsi male fecerat, male fecisset, si liceret dicere eum fecisse contraria iis quæ docuit. Sed dicere cuique quid ei sit euẽturum à Deo, videlicet pontifici, Percutiet te Deus, paries dealbate: Alexandro verò, Hoc tibi reddat Dominus in illa die, non est

neque maledictum, neque conuicium, sed prædictiones Apostolo dignæ, qui scripsum non vleiscatur, sed det iræ locum.

Quæstio 126.

Si pios remuneratur Deus huius vitæ splendore, vt Abrahamum, Isaacum, Iacobum, eorúmque posteros diuitiis, prolis felicitate, & frugum prouentu, vnde nam eadem præbebant idola gentilibus, dum ea vbique colerent? Nónne patet gentilismum esse sanctiorem? cum quamdiu illæ vrbes tenuit, omni felicitate & prosperitate fruitæ sint & vrbes & agri, postquam crebrius oppugnarentur. Postquam verò eas occupauit Christianica præcatio, priuati sunt & domibus & habitatoribus, reliquáque prosperitate, vix reliquias retinentes facultatum olim à gentilibus partarum, hoc est quod dicunt quando fuerint vrbes, ostendunt vtrumque religionem causam esse, hanc malorum calamitatis, illam veteris felicitatis.

Responsio.

A Domino Deo, qui solem suum oriri facit in malos & bonos, compluitque iniustos & iniustos, vtriusque suppeditans præsentis vitæ corporeus splēdor. Cuius enim potentia factus est mundus, cuius

prouidentia regitur, sic igitur vt iusti viuentes se plus laborum ferre propterate, vitæ verò bonis pares esse impiis, aliam vitam expectent, in qua erit honoris & pœnæ differentia iustorum & iniustorum, sicuti dictum est. Quod autem vigente gentilismo solita sint fieri excidia & vrbium & agrotum, testatur solitudo Babyloniorum & Assyriorum, & Niniuæ aliarúmque multarum gentium. Neque verò ostendi vrbs vlla potest quæ vigente in vtraque vrbe Christianismo, excisa fuerit. Iam verò à rebus secundis, & annonæ vbertate, & habitatione aut desertione vrbium & agrorum, non licet concludere meliorum pietatem, cum Dominus Deus cunctis hominibus ad eorum vtilitatem talia vel præstet vel adimat. Iudicatur autem meliorum pietas ex rebus bonis, quas data opera faciunt. Sed homines immolare dæmonibus (immolarunt, inquit, filios filiásque suas dæmonibus) & debitum Deo honorem præstare inanimatis, hæc inquam, fiebant vigentibus gentilibus: cum huiusmodi impia sacra vigente à talibus cognoscēda est Christianorum pietas, non à rebus secundis, & hab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatione vrbium & agrotum. Hactenus ratione vrbium & agrotum. Hactenus autem præstat Christianismus, quatenus eo vigente, mûdus minus oppugnatur, quàm oppugnabatur vigente gentilismo.

Quæstio 127.

Si quod perimitur, à perimente perit, & quod perimit, vitio necem infert, & cùm multa in brutis omnibus animantibus reperiuntur, licétque in eis videre non solum aliorum in alia, sed & in hominem insidiarum, molitiones, potéstne verum dicere qui dicit Deum omnia bona, & quidem valde bona, fecisse? Quod si verum dicit, & tamen bona & mala in rerum natura sunt, nónne patet bona esse bonis, & mala mali opificis, & esse duo principia inter se contraria, secundum Manichæos? Quod si eorum interitus quę interficiuntur, fit propter bonum aliquod, quemadmodum opinati sunt nonnulli, nónne melius fuisset principio prohiberi quominus ex non esse venirent in esse?

Responsio.

Qui ex opificio animalium tum rationalium tum rationis expertium de opifice consequentem fecit quæstionem, speciatim debet eorum naturam, quæ secundum opificis terminum ducit omnia mortalia

quemadmodum ad ortum, sic & ad interitum. Atque hac ratione non differunt rationalia ab irrationalibus, quippe quibus idem sit opifex. Quem verò alia ex aliorum insidiis interitum sustinent, cum diuina prouidentia contingere permissum est. Si enim cùm & naturali & insidiarum interitui subiecta sint, tamen non dubitarũt ea nonnulli deos facere, quanto magis deos fecissent, si ea à nora & interitu semper immunia mansissent? Vt igitur ex iis quæ eis accidunt, sciatur ea esse quod sunt, hoc est indigna Dei vel honore vel nomine, propterea & natura & insidiis obnoxia sunt interitui. Facta sunt autem bruta animalia partim ad seruitium hominis, partim ad oblectationem, partim ad castigationem, vt habetur in illo: Dentes ferarum immittam in eos, quę eos cum furore prosternent. Quòd si bonum est nutriri hominem à brutis animãtibus, & seruitium inde ac castigationem percipere, ergo ea creata esse bonum est, nec potest hoc vitio dari vel naturæ, vel eorum vsui. Quòd si hoc verum est, perspicuum est omnia ratione carentia animalia, esse opera vnius boni opificis.

Quæstio 128.

Si supra dictam vitiositatem inuidia salutis hominum in hominibus efficit inimicus, conãs hãc ratione eos futuris pœnis subiicere: bruta autem, neque salutem neque pœnam adeptura sunt, ideoque inexpugnabilem habent
nónne sola naturæ vitiositate vitiosã inuaduntur?

Responsio.

Ob actionis vitiositatem culpare naturã brutorũ, nõ est æquum. Nã ratione prædi-
torũ est bene aut vitiosè agere, nõ ratio-
nis expertiũ. Et quia propter dictũ superi-
vsum facta est brutorũ natura, perspicuum
est cùm sit bonus vsus, esse bonã naturã.

Quæstio 129.

Si simplex est quod per se est, vt in literarum elementis e: compositum autem quòd est cum altero, vt pe: & quamuis ambo sint ex eadem substantia, videlicet e, & compositum ex tribus, tamen hoc non efficit quominus sit compositum ex ambobus: quomodo dicitur Deus incompositus, cum compositionem habeat ex duabus personis, quæ consubstantiales intelliguntur, patris dico, & filij, & vna propria substantiæ, quæ facile subsistentionem faciat? & tamen vnu. vocatur &

incircumscriptus, cum tanta talisque sit eius hypostasis con sine personarum distinctio & diuisio.

Responsio.

E & pe substantia nihil inter se differũt: est enim vtrunque linea: linea autem à linea, vt linea, nihil differt. Differt autem e à pe tali situ, quo hoc est e, hoc vero pe: & pe quidem vt linea est, vnum est: vt vero pe est, trinitas est, & compositum & generatum. Per partes enim & temporali intensione constitit pe ab accidente & eo qui id fecit. Debet igitur qui naturali analogia, contemplatur eum qui est supra naturam, ea sola sumere ex analogia, quæ conueniant ei qui per analogiam considerator, vt vnum & tres insunt in pe & in Deo: sed in pe generatè & compositè: in Deo verò ingeneratè & incompositè. Qui enim non habet à quo factus sit aut compositus, is neque genitus est neque compositus. Itaque in Deo æternam dicimus coëssentiam, sed non compositionẽ: in pe vero compositionem, quia per partes genitum est. Vnus igitur est Deus, trinitas vnitate substantiæ, sine vlla (quod ad hoc attinet) diuisione aut discretione: quemadmodum pe vnũ est vnitate lineæ,

sine vlla diuisione aut discretione. Sed differentia est in sancta trinitate modis essentię hypostaseon: in pe vero, situ linea-

Quæstio 130.

Si cœlum, quia si esset sphæra, vt est opinio Gentilium, & moueretur, propterea esset in loco: nónne quia ceu camera fixum est, aut vt pellis extensum, vt tradunt sacræ literæ, est in loco? Nam sicut id quod mouetur, ita & id quod stat, necesse est in loco putare esse. Quod si est, nónne existimandum est alteros ab alteris de circumscriptione cœli merito damnari? Sin secundum vtrorumque opinionem cœlum in loco est, & vtriusque qualitas & qualitas ignota est, cur alteri magis quàm alteri damnari possumus, cùm de hisce rebus vtrisque in eadem sint damnatione & ignorantia?

Responsio.

Si quidem dicerent Christiani cœlum non esse in loco, quemadmodum dicunt gentiles, essent vtrique ex æquo damnandi, qui dicerent non esse in loco cœlum, & tamen vtrique eiusmodi vocibus vterentur quæ cœlum in loco esse significaret. Sin cœlum esse sphæram, & sphæricè moueri impossibile est: esse autem vt cera, ostenditur possibile, nullo pacto possunt Christiani ignorantiæ damnari. De eius autem loco, ex iis quæ nota sunt coniectamus, quod quemadmodum apud nos, si quod est rotundum corpus, æquale & cauũ, vndique æquabiliter circinatum, id si quando in aquam demergitur, portatur ab aqua: eodem modo portatur cœlum ab aqua. Qui extendit, inquit, cœlum vt cameram: cameræ nomine declarauit rotunditatem corporis cœli. Sustinent igitur cœlum aquæ: aquas terra: terram diuinum præceptum. Qui suspendit, inquit, terram super nihilo.

Quæstio 131.

Cum Euangelistæ Matthæus & Lucas, Domini genus secundum carnem describerent, alter secundum naturam, alter secundum carnem describserit, quoniam ea esset Iudaicarum rerum ratio, nónne perspicuum est Lucam pugnare cũ Matthæo, cum Lucas plures Christi secundum legem genitores exposuerit, quàm secundum adoptionem: cum contra scribi debuerint, quippe cum necessario debeat existimari pauciores esse adoptiuos quàm naturales patres? Licet enim fieri secundum legem naturalis

patris puellæ genitoris. Quî fit igitur vt, quemadmodum dixi, apud euangelistas * inuersum sit, & Lucas, cum potius pauciores deberet nominare Christi genitores secundum legem quam secundum naturam, plures nominare deprehendatur. Quòd si in generis descriptione & alter alteri, & idem sibi repugnat, possúntne in reliquis de seruatore documentis fidem mereri? cum in ipsis statim proœmiis ad contradictionem moueant eum qui cum ratione ascisci velit in religionem nostram.

Responsio.

In generis descriptione authore Luca solus Eli pater est Iosephi secundum legem. Ab Eli vero vsque ad Natan omnes qui subiiciuntur, sunt secundum naturam filij eorum quibus subiiciuntur, quomodo habet Eli ad Ioseph, aui * computantur Iosephi quidem secundum legem: reliquorum vero omnium secundum naturam. His sic perspectis, tollitur omnis de euangelistarum contradictione calumnia, quæ ab ignoratione delictorum illorum proficiscitur.

Quæstio 132.

Si secundum Mosaicam legem, frater

defuncti sine prole vxorem ducés, gignebat ex ea liberos secundum naturam sibi, secúdum legem vero fratri, an si forte superstes frater vxorem habebat, cum ea etiam defuncti fratris vxorem ducebat in matrimonium? nónne hoc est absurdum? Quod si ea insuper sterilis erat, nónne præter absurditatem etiam inutilitas inerat in eo coniugio, legísque præceptum vndique retundebatur, defuncto non adipiscente monimentum ex prole? Quæterius procreatione post obitum pater appelletur alienæ sobolis?

Responsio.

Cum lex non vetuerit Israelitas in matrimonium ducere, si vellent, non solum cognatam, sed etiam captiuam & concubinam, non est absurdum neque detrimẽtosum vxorem aliam super aliam ducere * fratrem defuncti lege non violanda. Omnis enim absurditas in delinquendo in legem consistit. Quod si accideret * esse, sed incertum est hoc * vxori, incerto autem non est * contempsisse legem. Est autem hæc lex lata, vt quibus priuabat mors defunctum, videlicet paternitate & hærede, ea

præstarentur ei legis prouidentia. Si enim memoriæ & hæreditatis causa connubia contrahunt homines, perspicuum est

* oratus fuerit Deus vt hæc præbeat hominibus, nõ fit inutile negotium. Inest autem huic legi etiam alia vtilitas, vt hoc coniugio maneat hæres in eadem tribu, nec transeat in aliam. Et quoniam semel coniuncta primo viro mulier, vnum corpus facta est, non fit pater alienæ prolis defunctus, sed nascentis ex suo ipsius corpore. Vt enim qui nascitur ex huiusmodi coniunctione, nominatur defuncti filius, sic & vxor nominatur illius vxor.

Quæstio 133.

Si lex illa de qua locuti sumus, antetempora Dauidis mandata fuit Israelitis, qui fit vt euangelista Matthæus commemorauerit naturales patres & ante & post Dauidem: Lucas verò ante Dauidem naturales, post Dauidem verò eos qui fuerunt secundum legem? Et si nomina patrum secundum naturam & secundum legem, ita diuinis literis comprehensa nõ inueniuntur post captiuitatem Babylonicam, sed authoritate scripta sunt, quomodo quæ scripta sunt authoritate, ab exactioribus

* poterunt?

Responsio.

Et Lucas Eli patres secundum naturam commemorauit tum qui ante, tum qui post Dauidem fuerunt. Eli verò solus fuit secundum legem pater Ioseph, cuius Iosephi propter hlialitatem quæ secundũ legem est, eadem ratione vsque ad Nathanem genus ducitur. Vt autem Dominus Christus nominaretur Iosephi filius, qui Iosephus duos patres habuisset, videlicet alterum secundum legem, alterum secundum naturam, effecit diuina gratia, vt cum audiemus Christum, filium esse Iosephi, nec tamen ex eo natum secundum naturam, non admiremur. Vt enim Iosephus ipse vocatus est Eli filius, nec tamen ex eo genitus, quoniam diuinę legi sic visum est ex vxore Eli dare filium Eli: sic visum est Deo ex vxore Iosephi dare filium Iosepho, non genitũ secundũ naturam ex ipso. Quod enim ex fœmina aliqua sine stupro nascitur, id necessario filius est viri & fœminæ, quo pacto vult Deus dare filium viro aut per cõiunctionem aut citra cõiunctionem. Neque verò authoritate priuata vsi sunt Euangelistæ in enumerandis Christi maioribus, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptis historiis. Erant enim Hebræi Hebræis prognati sancti Euangelistæ, qui illam generis enumerationem conscripserunt, qui sane diligenter operam dabant vt conscriptum haberent genus tribus regiæ & Israëliticæ. Atque hac de causa postquam Babylone reditum est, quorum genus non inuenit Esdras in sacerdotum librario, eos abdicauit munere sacerdotali: atque hoc ostenditur ex libro Paralipomenon.

Quæstio 134.

Si legem Israëlitis Deus per Mosem misit, qui sit in pluribus diuinarum literarum locis lex, non legislator appelletur Moses?

Responsio.

Mos est non solum hominibus, sed etiã diuinis literis, sermonem appellare eius nomine qui eum dixit, vt intelligatur alicuius esse sermonem, quale est illud: Secum debat Eunuchus in curru, & legebat prophetam Esaiam. Et rursum: Abominationem, inquit, desolationis dictũ à prophetã Daniele. Similiter & nos solemus dicere: Comparaui prophetam Ieremiam, aut Apostolum. *Quæstio* 135.

Si verax Christus est, qui se & actione si

re cum præstet quem perhibent diuinæ literæ, Emmanuelem autem vocatum in literis Christum prædixerũt diuinæ literæ, quomodo verax Dominus existimabitur, qui postquam natus est, nusquam Emmanuelis nomine fuerit appellatus? Nemo enim Christum, vbi venit, Emmanuelis voce nuncupauit.

Responsio.

Si enim euangelicis narrationibus continetur euentus diuinarũ de Christo prædictionũ, nobísque tradidit beatus Matthæus eum esse quem diuina prædictione statutum fuerit vocatum iri nomine Emmanuelis, nónne vocatur nomine Emmanuelis? Non intermisit autem sancta Dei ecclesia * ex doctrina sancti euangelij Emmanuelem nominare Dominum. Habemus autem in nomine Christi omnia alia Christi nomina comprehensa, etiam si nõ omnibus semper vramur. Nec enim quia vocatur Emmanuel est: sed quia est, vocatur.

Quæstio 136.

Si parentes aspernari diuinis literis vetitum est, & qui vetita facit, peccator appellatur, qui fit vt Dominus Christus parentes suos compluribus locis asper-

natus, tamen sine peccato esse perhibetur? Nam in nuptiis matrem obiurgauit, dum dixit: Quid mihi & tibi, mulier? Item cum eum videre vellet mater, & fratres appellauit eos qui Dei voluntatem exequuntur. Item cum beatus prædicaretur venter qui eum gestasset, & vbera quæ suxisset, ipse beatos dixit eos qui Dei voluntati parent: quæ omnia in matris contumeliam ab eo dicta putantur, quod eius matre nominata, & beata dicta, alij ab eo eius matri oppositi beati dicti sunt, quæ oppositio certa in contrariis rebus intelligitur. Iam verò cum sancta virgo ad tanti operis ministerium delecta fuerit, quî fit vt, quemadmodum dictum est indigna fuerit habita quæ beata diceretur? Sin dicta illa inter se contraria sunt, nónne quæ inter se contraria sunt, ea alterum ab altero dissoluuntur?

Responsio.

Illud, quid mihi & tibi mulier, non ad obiurgationem dictum est matri à seruatore, sed quasi hoc demonstrare vellet: non nos ij sumus qui curam suscepimus vini quod in nuptiis consumitur: tamen præ amore, si vis, ne deficiat eos vi-

num, die ministris vt faciant quæ ego eis dixero, & videbis eis non deesse vinum: id quod etiam accidit. Non ergo verbis matrem obiurgauit, cum eam factis honorarit. In aliis verò non ita locutus est quasi matrem priuaret honore debito, sed ostendit quanam maternitate beata diri debeat virgo. Si enim qui Dei sermonem audit & exequitur, is Christi frater & soror & mater est, & eius mater habebat virumque, perspicuum est eius matrem debuisse hac maternitate beatam prædicari. Nam Dei sermonem audire & exequi, virtutis est, animæque puræ, quæ totæ Deum spectet. Et quia non quamlibet fœminam elegit Deus quæ Christi mater fieret, sed omnium fœminarum virtutibus excellentissimam, propterea Christus volebat ob hanc virtutem prædicari matrem suam, per quam virtutem illa id assecuta fuisset vt virgo mater fieret. Nihil autem fecisse Christum in parentum ignominiam aut contumaciam, testatur Lucas Euangelista, dum dicit: Descendit cum Ioseph & Maria Hierosolyma, eisque eis obediens.

Quæstio 137.

Si ante sepulchrum Maria Dominū vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

zit vnguento, & nos eius passionis & resurrectionis monimẽtum in baptismo percipimus, qui fit vt primum vngamur oleo, deinde peractis in lauacro monimentis illis, vnguento postea consignemur? Nónc hic cõtra facimus quam factum est ea Dominum, cum ille primum oleo fuerit vnctus, deinde passus? An non & superuacanea olei vnctio adhiberur baptizandis, si quidem solo vnguento ad passionem vnctus est Dominus?

Responsio.

Quandoquidem facit * sepulturam post mortem eius facit sepeliendo. Beata verò Maria ante mortem vnguento perfudit Dominum, vt scriptum est. Quod fecit, inquit, hæc ad sepulturam meam fecit anticipauit enim vngere corpus meum. Itaque non fit hoc contra quod debeat, sed quod in Domino factum ad ante tẽpus, id in baptizandis fit suo tempore. Vngimur autem vetere oleo, vt simus Christi, hoc est vncti: vnguento autem ad recordationem eius qui vnguentem vnctionem pro sepultura sua habuit, & que fit typo quidem in præsentia, veritate autem in futuro, vocante nos seruatore Christo ad communionem tum sacrum

passionum, tum gloriæ.

Quæstio 138.

Si iustus est qui eum qui peccauit propter eius peccata plectit, potéstne Deus esse iustus qui tantum populum propter aliorum lapsus interfecit? Lapsos dico Ionathanem & Dauidem, illú inscienter, soluendo ieiunium gustatu mellis: hunc numerando temere populum. Quod si quis dicat subditorum mortem fuisse pœnam principum, nónne iniquè facit Deus qui insontes subiiciat pœnis? vt interim taceam quod sacris literis aduersatur, quæ dicunt: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

Responsio

Populi pœnam, esse acerbissimam pœnam regum qui peccarunt, declarat ipse beatus Dauid, orans Deum vt se domúque suam transferat populi cladem. Est enim regni tempestas diminutio subditorum. Similiter & Saulus interfecturus erat filium suum Ionathanem, vt eius necem mederetur cladi populi, nisi populus Ionathanem anticipasset, non esse moriturum. Ac quemadmodum constat homo ex anima & corpore, sic & regnũ constat ex rege & subditis: & quem-

admodum si manu peccauit homo & vapulat dorso, non afficitur iniuria ab eo à quo vapulat: sic non iniustè facit Deus, si propter regum lapsus populum vlciscitur. Solet enim multum angere reges, clades populi: nam regni pœna, est clades populi.

Quæstio 139.

Si Deus vnus est Deus, certe omnia id habent vt sint vnum, vt simplex & compositum, mortale & immortale, genitum & ingenitum, gignere & non gignere. Cum igitur pater genuerit, filius verò nõ genuerit: & filius genitus sit, pater nõ genitus sit, quomodo potest vnus Deus vocari pater & filius & spiritus? Ex eo quod gignatur, aut non gignatur, & gignat & non gignat: quæ videntur esse pugnantia.

Responsio.

Si est Deus coëssentia trium diuinarum subsistentiarum, differentium inter se non substantia sed essentiæ modis, & differentia modorum essentiæ non diuidit id quod est in substantia, & quemadmodum in Adamo & Eua & Sethо vna est substãtię ratio (est enim anima rationalis, & corpus mortuum) sed essentiæ modi

sunt diuersi (nam Adam factus est ex terra, Eua ex costa, Sethus ex semine) & in diuersis essentiæ modis manet substantiæ ratio vna indiuidua & immutabilis: sic & in Deo identitate substantię personarum vnus Deus creditur pater & filius & sanctus spiritus. Nihil enim confert ad substãtiæ rationẽ modus essentiæ. Igitur quæ de tribus diuinis consistentibus similiter sine mutatione dicuntur, in iis intelligi vnitatem substantiæ: quæ verò non similiter, ea intellige modo essentiæ personarum.

Quæstio 140.

Si hæredem se Christus nominat, & eum (vt est in parabola) agricolæ, hoc est, Iudæi agnouerunt, & se agricolturæ dominos heri cupientes, hæredem vt hæredem interfecerunt, qui fit vt Christus ipse, & Apostolus Paulus, testãti sint eos id facinus commisisse per ignorantiam? ille quidem dicens, ignosce eis, nesciunt enim quid faciant: hic verò, Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

Responsio.

Bifariam dicitur ignorantia: aut enim nolẽs quis ignorat, dum res ad cognitio-

nem ducentes nō habent aut volens ignorat, dum res ad cognitionem ducētes habet, sed cognoscere non vult. Hanc voluntariā ignorantiā solent diuinæ literæ modo ignorantiā, modo cognitionem appellare: cognitioné, dū dicunt Et me nostis, & vnde sim nostis: hoc est potestis à facto meis cognoscere mei nominis meorūque dictorū veritaté. mentiens enim nō potest hæc opera facere. Ab Agricolis autē cognitus hæres dicitur, quatenus videretur hunc esse supra omné hominé in præsenti vita, operibus quæ faciebat, & nuncupatione filij, vt exprimitur in parabola. Sed quod eū mortuū suscitaturus esset Deus ex mortuis in vitā immortalem, & omnium constituturus hæredem, non cognouerunt. nec enim in parabola hoc exprimitur. Huius ergo ignorantiæ ratione dixit Christus: Ignosce eis, nesciunt enim quid faciant. itidem & Apostolus, Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

Quæstio 141.

Si solus Christus diuina lege perfectè perfunctus est, quomodo ambulabant in lege inculpati Zacharias & Elizabet, de quibus hæc Lucas testatus est: itémque Paulus, qui iustitia legis fuit inculpatus?

Responsio.

Aliud est inculpatum esse, aliud insontem. Insons enim omnino est etiam inculpatus: at inculpatus non necessariò est & insons. Qui enim in legem committit veniale peccatum, is libatione victimarum, & confessione delicti veniam adeptus, fit mundus & inculpatus iustitiæ legis. At Christus, cùm insons esset, neque vsquam in legem deliquisset, nihil cōmisit quod egeret correctione Admissit autē & Baptistam Iohannem, & ab eo baptizatus est, vt impleret omnem iustitiam, quam Paulus antequam Christo credidisset, nondum assecutus erat nec enim persecutus fuisset ecclesiā. Prototo fuisse.

Quæstio 142.

Si angelus est homine superior, & sanæ literæ homines appellant deos, nónne conuenit angelos quoque deos à nobis appellari?

Responsio.

Angelorum quicunque in Dei ordine apparuerunt, aut cum hominibus loquuti sunt, habuerunt ipsi quoque Dei nomen,

vt qui cum Iacobo & cum Mose loquutus est. Vocati sunt autem etiam homines dij, atque vtrisque propter vsum eius mandatum, datum est Dei ordinem & nomen habere. Peracto deinde vsu, desinunt vocari dij qui propter vsum aliquem acceperunt dei nomen. Cum enim commendat angelo procurationem populi, dixit Moysi de eo: noli non obedire eius: nam meum nomen est ei impositum. Item cum mandauit magistratibus iudicium populi, dixit eis: Iudicium iudicium iudicate: nam iudicium est dei. item: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes: vbi eos dixit deos, pro Dei vocabis honorem meum, & ordinem, & nomen. Igitur tanquam me iudicante, sic iudicate populum.

Quæstio 143.

Si superior est Deus, homo vero inferior, nónne cõfuse vocatur homo Deus?

Responsio.

Hæc quæstio neq; Christiano cõgruit, neque Gentili. Vtrobiq; autẽ ad inferiores translatum est nomen superioris secundum cuiusque gloriam. Non debet autem de confessis ambigi, sed de dubiis.

Quæstio 144.

Si habet Deus subsistentiam quæ sit, & consilium quod insit, & filiũ qui sit, quomodo potest, cum ex tam multis sit compositus, simplex nominari?

Responsio.

Quemadmodum Deus totus est vbiq;, & totus in vnoquoque, & totus in seipso, & huius fidem habemus: sic & eius simplicitas tota est filius, & tota est habens filiũ, & tota consiliũ est, & tota est habẽs consiliũ. Nõ enim est secundũ creatã naturã Deus, vt esse & habere ipsum, intelligatur in compositione quemadmodum

sed quemadmodum natura ens, sic & esse cum, & habere, est supra compositionem.

Quæstio 145.

Cum ex iisdẽ cõstet sanguis ex quibus caro, cur esum carnis animaliũ permittit Deus sanguinis vero vetat? Verum carnẽ inquit, in sanguine non comedetis.

Responsio.

Vt & in hoc separet nos de3 à similitudine bestiarũ quę cum esu carnis, lambũt etiam sanguinem eorum quorum carnes comedunt.

Quæstio 146.

Si Deus in iis quæ verum euẽtũ habuerunt etiam per gentilium vates futura

Universidad de Belgrano Biblioteca

præsignificauit, vt cum gentiles cum gentilibus pugnarent, sæpe accidit vt faciédo aliquid eorum quod diuinæ literæ fieri vetuerunt, liberati fuerint malis in secunda interrogatione positis, vt accidit in bello, cum septem illi Thebas fundituri essent euersuri. Nam vaticinato Tiresia, Menœceus ex oraculi sententia seipsum vltro iugulauit, atq; ita secundum oraculi prædictionem & vrbs seruata est, & hostes à ciuibus occisi. Atque hoc de bellorum victoriis vnum de multis à nobis dictum est.

Responsio.

Qui quæsita soluit, debet primum ponere confessiones, deinde ex eis efficere solutionem quæsitorum. Est autē in confesso, vnū esse deū, totius mundi opificem & gubernatorem, quem deū annūciant diuinæ Christianorū literæ, verbis diuinorū miraculorum testimonio cōfirmatis à quo deo est futurorum & prædictio & euentus. Eiiciunt autem literæ quæ hunc nunciant, gentiliū deos. Si mutabunt, inquit, gentes deos suos, qui tamē non sunt dij. Atqui quorum dij non sunt dij, horum ne vates quidem sunt veritatis prophetæ, nec eorum prædictio inuiolabilem & verum habent euentum. Vt enim procul absunt à vera diuinitate, sic & à futurorum prænotione. Iam verò & in pugna gentilium, cum gentilibus, qui variè & maximè in bellis, vsi sunt oraculis, Christianorum deus consilium suum ratum fecit. Testatur hoc pugna Alexandri & Darij, in qua deus Alexandri oracula confirmauit, Darij irrita reddidit. Testantur & Assyrij prælia, quibus dimicauit cum aliis multis potētibusq; gētibus, quē Assyriū deus virgā iræ suæ, serramq; vocauit, modo dicens: Ecce Assyrius virga est iræ meæ in gentē improbā.

* eum modo dicens de eo: Nūquid serra sine eo qui trahit eam? Atqui * Assyrius quoniam propter successus oraculorum quæ per vates accepit à diis suis, secat & lacerat miseras gentes, quæ fretæ (vt & ipse) oraculis, cum eo manus conseruerunt, & ab oraculorum spe exciderunt, deo permittente oracula succedere Assyrio, gentibus non item. de quibus dicit deus per prophetā. Esaiam extuli manū meā, & exaruerunt. Assyrius autē dicit: Num liberarunt dij gentiū suas terras ex manibus meis, vt liberet dominus Ierosolymā ex manu mea?

Iam secundū oracula quæ acceperat Assyrius à vatibus, voces illas protulit & in gentes & in Ierosolymā: ac permittente deo successerunt ei cōtra gentes oracula: at contra Ierosolymam non successerūt, deo non permittente. Quomodo igitur non successit septem illis ad Thebas vaticinatio de vrbe funditus euertenda? Nam oraculis frustratio, arguit infirmitatem dei, qui oraculo ea præsignificauerit, quæ non euenerunt. Quod si secundū verisimam illam seruatoris vocem, sine deo non cadit passerculus ad terram, multo magis gens tota aut vrbs tota perire non potest nō permittente deo. Quod autem vniuersa gentilium gens à gentili gente periens, virga & serra iræ Domini preat, perspicuum est iis quæ de Assyriis dicta sunt. Præterea si quæ à Græcis de vate Tiresia dicta sunt, omnino ridicula sunt, possūntne ipsius dicta esse vera? Aiunt enim eum virū & fœminā fuisse, & deorum de voluptate viri & fœminæ controuersiam diremisse. Hāc ob causam Iuno aduersus eum Iuno, eum cæcauit. Iupiter vero, vt eum de cæcitate consolaretur, ei diuinationē largitus est. Enimuero si à fide aliena sunt quæ de eo fabulosa

traduntur, quomodo vera esse possunt quæ ab eo traduntur? Præterea si, quemadmodum dicunt Græci, quæ à Parcis nentur, retexi nequeunt, nónne inutiles sunt diuinationes iis qui eis vtuntur, cùm Parcæ ad ineluctabilem finem necessario perducant ea quæ ab ipsis nentur? Quod si hæc sic habent, nónne falsæ sunt & Parcæ, & diuinationes, cum alteræ ab alteris tollantur? Et nónne seipsum frustra iugulauit Menœceus arbitrio diuinationis, cum causa interficiēdorum hostium & vrbis seruandæ, non à dæmone penderet, qui oraculum edidit, sed à Domini veri Dei permissione?

AD GRAECOS.

I

* uralia nisi primo faciens na- id quod est facientis non secundum natu- ram, neque * neque facit.

2 Quod non simpliciter omn * genitum & corruptibile in generatione secūdum quadripartitum tempus, principium, incrementum, vigorem, & decrementum, sed quod natura fit aut arte.

3 Si nostris nominibus vocatur deus quicquid vocatur, non necesse est vt deum sequantur propter nomen, quæcũque sequũtur nomen nostrũ. Vocatur autem deus & veritas, & bonus & veritati opponitur mendacium, bono malum: at deo nihil. Hoc non intelligens Plato, quiddam deo contrarium tradidit, videlicet malum necessarium & æternum.

4 Nihil est quod nõ sit certum aliquid vt non est corpus, quin sit hoc corpus. Atqui si materia non est certum aliquid, ne quidem est. Esse enim potest, quin sit certum aliquid.

5 Natura & ars ex substantiis faciunt quod faciunt, vt ex semine facit natura hominem, & homine semen. Substantiæ autem sunt semen & homo. Similiter & artes faciunt ex ære statuam, & ex lateribus domum. substantiæ sunt æs & lateres. Igitur cum materia nõ sit substantia, quis est qui fecit ex ea? cum nec natura nec ars quicquam facere possit ex non substantia?

6 Si materia, vt ait Aristoteles, corpus est, nec graue nec leue, nec vnum quatuor elementorum, nec ex quatuor elementis, sequitur vt si verum est hoc corpus, ne-

que calidum sit, neque frigidum, neque secũdum naturam, neque aliunde. Quod enim vel secundum naturam, vel aliunde calidum est aut frigidum, id quatuor elementorum est. Quod si corpus non est, neque secundum naturam calidum aut frigidum, neque aliunde, non iam corpus est neque graue, neque leue, nec vnum quatuor elementorum. Cur ergo dicit calidum esse ætherem, propter motum cœlestis corporis, & corporum quæ in eo mouentur? Nam corpora motibus calefacientia, si calefiunt ante ea quæ ab ipsis calefiunt, certe aliunde calefiunt, quòd si aliunde, etiam alteratione: & si alteratione, etiam mutatione: & si mutatione, certè ex contrario mutantur in contrarium. Est autem calido contrarium frigidum: ergo ex frigido mutantur in calidum. Sed quia non est corpus quod ex frigido in calidum aliunde mutetur, quin sit quatuor elementorum, aut ex quatuor elementis, sequitur vt cœleste corpus non sit aliud elementum à quatuor elementis. Calefit enim aliunde, dum ex frigido mutatur in calidum.

7 Si quæ mota calefiunt corpora, ma-

fiore motu magis calefiunt, quomodo secundum Aristotelem corpus est sol, qui sit non natura sed motu calidus, si maiore motu magis, neque calefit neque calefacit, sed semper impari motu parem habet calorem?

8 Si autore Aristotele, definitio substantiæ est id quod contraria per vices capere potest, qui fit vt dicat rursus idem Aristoteles, materiam non esse substantiam cõtrariorum per vices capacem? est enim priuationis & habitus. Quod si qui definit esse hoc, definit etiam esse, cur dicit Aristoteles fieri non posse vt ex eo quod omnino nõ est, fiat aliquid, cùm materia, ipso autore, desinat & esse, & hoc esse?

9 Si ex eo quod omnino non est, non fit aliquid, ergo ex eo quod est, fit aliquid. Sed cum hoc sit materia, potéstne verum dicere Aristoteles, qui dicat materiam non esse?

10 Si non alteratur materia, nihil potest ex ea fieri. Sed si quicquid alteratur, id ex hoc in hoc alteratur, & materia nõ est hoc, sequitur vt non alteretur, itaque non fiat aliquid ex ea.

11 Si ex quolibet in quodlibet non fit mutatio, sed in contrarium in eodem genere, vt in qualitate non fit mutatio ex albo in aliquid aliud, sed in nigrum, quæ nam ratione mutatur materia in generum nihil habeat quod mutari possit?

12 Si quemadmodum est in animatis animal, & in coloratis color, sic est & in materiatis materia, qui fit vt tollendis animatis, tollatur simul & animal, & coloratis color, at tollendis materiatis, non tollatur etiam materia? Sin tollitur cũ materiatis materia, quonam modo est materia ante materiata?

13 Si carere aut præditum esse, est eorum quæ sunt, certe quod omnino non est, id neque caret aliquo, neque præditum est. Quomodo ergo prædita est materia priuatione, cũ nõ sit eorũ quę sunt?

14 Si fieri non potest vt idem in eodem moueatur vtroque motu, videlicet secundum naturam, & contra naturam, quónam modo sol secundum naturam mouetur ab occasu ad ortum: contra naturam vero ab ortu ad occasum, propter sphæram? Nec enim potest idem in eodem contrariis secundum naturam moueri motibus.

15 Si non esset sol, superuacaneus esset oculus: & si non esset oculus, superua-

aneus esset sol. quòd si alter propter alterum necessarius est, vterque genitus est. Ingenitum enim, propter nihil est ingenitum, nisi propter ipsum solum, vel potius nec propter ipsum: quod enim causam non habet, id causam non habet.

16 Si fieri non potest vt cum esset tempus, id quod factum est factum sit cum non tempore, qui fit vt dicant Græci mundum factum esse causa non tempore?

Si fieri non potest vt mundus sit sine anno, quomodo æternus & ingenitus est mundus, cum annus non sit æternus, sed ex ambitu plurium dierum constet?

17 Si genitus est annus, quomodo genita sunt & æterna quæ sunt in anno?

QVAESTIONES CHRISTIANICAE, *sive Gentiles, ad Christianos, de incorporeo, & de Deo, & de resurrectione mortuorum.*

1 Vnde perspicuum est esse aliquid incorporeum? & an est incorporeum?

2 Vnde perspicuum est id per se posse extra corpus? & an est id per se incorporeum?

3 Vnde perspicuum est melius esse incorporeum quàm corpus? & an est melius incorporeum quàm corpus?

4 Quid est incorporeum? vtrum anima? an melius quàm anima vt deus?

5 Quánam re differt anima à deo?

6 Vnde perspicuum est an omnino sit deus?

7 Et si est deus, quærendum est an faciat, an fecerit aliquando, an facturus sit aliquid.

8 Et an fecerit, an faciat, an facturus sit.

9 Et quid & quomodo faciat: an cum consilio, an sine consilio.

10 Et si cum consilio, vsus instrumento, an sine instrumento.

11 Et si sine consilio, vtrum sine ratione faciat, sine cogitatione & cõsideratione, an cum aliquo iudicio.

12 Et si cum iudicio, cuiusnam indigentia egeat iudicio. Sin sine iudicio, quánam id ratione sit perueſtigandum.

13 Et si concesserimus fieri aliquid abeo, vtrum id incorruptibile est, an corruptibile. & si quidem incorruptibile est, dubitamus an quod omnino genitum est, possit esse incorruptibile, qua ratione, & an corrumpatur, quid differant

opera immortalis ab humanis.

* multo diutius sæpe mulea eorum durant eo corrupto qui ea fecit, ipsa incorrupta, vt in ædificiis videre licet

* talium.

14 Et si corrumpitur id quod fit à deo, cuiusnam vitio corrumpitur? cuius que fecit an eius quod factum est? an alius externi quod contrarium fiat ei qui fecit? Quodcunque autem horum ponamus, non dubium est quin vitium sit eius qui fecit. Siue enim id quod factum est, propter aliquod insitum suum vitium debet corrumpi, is qui fecit in causa est, quoniam id tale fecit, vt resistaret in se malum aliquid: siue aliquis extrinsecus contrarium ei qui fecit, sit id vitio eius qui fecit, quia non posit vincere contraria: siue ab eo qui fecit est vitium, perspicuum est ipsum esse qui malus est. Atque hæc de his hactenus ex multis pauca. Nam si volumus, quærendum est quid sit corpus, & ex quibus corpus, & quæ inde nascuntur dubitationes. Sed his omissis, ad mirabilia veniamus, videlicet ad ea quæ de resurrectione dicuntur. Est enim & hæc vna de vilibus dubitationibus, quæ mouentur apud eos qui eos

habent lapideum. Si enim oportet, inquit, saluos resurgere eos qui obierint, si contigerit hominem mori in mari, deinde comesum à piscibus, rursus ab aliis hominibus comedi in comedendis piscibus, quomodo recipiet carnes ab aliis hominibus consumptas. Necesse est enim vt aut hic resurgat sine carnibus, quas comederunt alij homines comedendo pisces, vt iam dictum est: aut illi reddere ruisi partes carnis huius, eas deponant, & mutili fiant, vt expleant id quod eis deest quos iniuste comederunt. Atque hæc tanquã ridentes aiunt homines corda lapidei. Ego vero vos exhortor, vt extra dubitationem dimittatis sermonẽ de resurrectione, qui necessario demonstret necesse esse vt sit resurrectio quibusdã demõstrationis verisq; rationibus. Demonstrationes enim veritate confirmatis, nullam (vt hoc sciatis) dubitationum rationem habebo. Nam & ineptum & rixosum est, cõtra firmam demonstrationem velle contendere.

RESPONSIONES Christianæ ad iam dictas quæstiones, deductæ ex religione naturalium rationum.

Hæc dicta non sunt rationales dubitationes, sed artis expertes quæstiones. Sermo enim qui affert rationales dubitationes, in iis quæ consentaneè dicuntur colligit absurdum, vt, Solus homo ridet, quicquid ridet est animal, ergo solus homo est animal: quæ quidem sunt consequentes propositiones, sed absurda est conclusio. At in propositis dictis nihil absurdum ex cõsequentia collectum est: itaque non rite vocatæ sunt dubitationes. Si fieri non potest vt idem eadem re ignoret & discat (nam de omni re oportet veram esse affirmationem aut negationem) qui fieri potest vt qui ignorat an sit incorporeum, cognoscat consilium & iudicium, cogitationem & considerationem, mentemque & rationem, quæ sunt incorporei opera. Nam in ignorantia essentiæ incorporei, cognoscere incorporei opera, hominum est nescientium quid dicant.

Inferre dubitationem, & soluere dubitationem

tationem, non est sensus neque corporis. Atqui quod non est corporis, id necesse esse incorporei.

Vnde quærimus incorporeæ essentiæ declarationem? Si enim quærere de quopiam an sit, an non sit, rationis est: & ratio est opus rationalis: & corpus per se est irrationale; patet esse aliquid incorporeum, cuius proprium est quærere & iudicare. Aliud. Non consitenti esse aliquid incorporeum, ineptum est ratione quærere & iudicare an sit aliquid incorporeum. Absurdum est enim vti actionibus incorporei, & tamen ignorare essentiã incorporei. Aliud. Duæ sunt in nobis facultates, quæ res comprehendunt, sensus & cogitatio, quarum actiones tantum inter se differunt, vt quæ ab altero comprehenduntur, ab altero non possint. Sed cum omnes facultates sint substantiarum facultates, necesse est vt sint duæ substantiæ, quarum alterius proprium sit sentire, alterius cogitare. Quod si est, sequitur vt sit aliqua substantia incorporea, cuius proprium sit cogitare, quemadmodum sentire corporis.

Aliud. Si est aliquid animatum, necesse est vt sit anima: animæ enim par-

ticipatione animatum est animatum. Si intelligentia non est per seipsam, sed in anima, necesse est vt sit anima per seipsam, in qua insit intelligentia. Aliud.

Si corpus eget anima ad viuendum & sentiendum, anima vero non eget corpore nec ad viuendum nec ad cogitandum, sequitur vt aliud sit anima quàm corpus. Aliud. Si anima imperat corpori, & corpus obtemperat imperijs animæ, aliud est anima quàm corpus. Aliud. Si animæ artificis rationem obtinet, corpus autem instrumenti, & non idem instrumentum quod artifex, sequitur vt non sit idem corpus quod anima. Aliud. Si prima est ratio, & postea id quod est secundum rationem (nam in anima est ratio materia autem id quod est secundum rationem) sequitur vt aliud sit anima quàm materia. Atqui quod aliud est quàm materia, id etiam aliud est quàm corpus. Aliud. Si quod corpus non est, ne substantia quidem est, quomodo diuiditur substantia in corpus & incorporeum, cum id quod diuiditur, sit necessario in iis in quæ diuiditur?

Quæstio.

Si est aliquid incorporeum, vnde perspicuum est id per seipsum esse posse?

Responsio.

Cuius præsentia corpus redditur prædituum vita & sensu & cogitatione, cum per se sit horum expers, absentia autem rursum redditur mortuum & insensile & cogitationis expers, id necesse est vt sit per se, tanquam quod suapte natura sit incorruptibile. Aliud. Afferre scitè rationales dubitationes, & eas similiter scitè soluere, non est sensus opus. Etenim in confesso, non posse sensum attingere cognitionis substantiam & veritatem. Quod si ita est, & scientię est attingere substantiæ & veritatis cognitionem, neque sensus est, & quod non sensus est, id neque corporis est, necesse est vt sit aliquid incorporeum per se, in quo insit scientia. Aliud. Si oportet substantiam esse per se, & diuiditur substantia diuisione prima in corpus & incorporeum, nónne est incorporeum substantia quæ est per se? Aliud. Quod potest seipsum separare à patiendo cum corpore, & tamen non corrumpi, potest etiam separari à corpore, & ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men non corrumpit itaque pulchrius & honorabilius est corpore, quippe quod causa sit vt pulchrum sit corpus sua præsentia. Tale autem dicimus esse rationalem animam, quæ est spiritus mentalis, prædita vita & cognitione, & per se mouens, cui animæ cosubstantiales dicimus angelos & dæmonas. Et vt in vniuersum loquar, omne substantiale quod ab aliquo teneri non potest, id corpus est tenenti ipsum. Et diuinitatem esse dicimus incorpoream, non quia sit incorporea (sic enim deus substantia sua vt vltra corpus sic & vltra incorporeum, vtpote vtriusque horum opifex: nec enim fecit deus id quod ipse est) sed quemadmodum solemus in iis quæ apud nos materialia sunt, semper venerari diuinitatem: sic & in nominibus, non quasi deo his egente, sed nos iis ostendimus, ecquid animo de eo conceperimus. Hoc igitur modo nominamus eum incorporeum, tametsi scimus eum esse vltra incorporeum, vtpote huius opificem. Putatur autem omnino hoc quoque in hoc sermone, quo ostenditur esse aliquid incorporeum. Si nihil esset in rerum natura incorporeum, ne corpus quidem esset: sed quia est aliquid

incorporeum, sicut & corpus, necesse est contrariis nominibus contraria inter sese distinguere. Etenim deum vocamus increatum, cum increati nomine à creatis distinguentes. quòd nisi essent creata, no deus quidem ab his distingueretur nomine increati. Hac igitur distinctione quæ fit nomine increati, ostenditur deus esse vltra corpora & incorporea. Si enim nomen, Creatũ, omnia simul complectitur & corporea & incorporea perspicuum est, cùm hoc nomine à creatis distinguatur, necessariò etiam à corporibus & incorporeis distingui: ac quod ineſt aliis incorporeis, videlicet nõ teneri à corporibus, idẽ ineſt etiam deo, non vt incorporeo, sed vt ei qui est vltra incorporeum. Et quia non habere opificem & dominum, præstantius est quàm habere, vocamus deum increatum. Quod enim est increatum, id nec opificem habere potest, nec dominum. Similiter quoniam non teneri ab aliquo, præstantius est quàm teneri, cum vocamus incorporeum.

Quæstio.

Vnde perspicuum est an omnino sit

Responsio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex rerum statu & permansione. Nec enim essent quæ sunt, nisi deus esset ante ea, qui partes omnes creaturæ vt opus erat, ad vtilitatem totius creaturæ constituit, nobis cognitus prædictione & doctrina prophetarum & domini seruatoris que nostri Iesu Christi, & eius apostolorum dictis, diuinorum miraculorum testimonio confirmatis.

Quæstio.

An faciat deus, an fecerit, an factorus sit: & an faciat cum consilio, an sine consilio?

Responsio.

Fecit deus, & facit, & faciet sua voluntate. Fecit enim creaturam, quæ prius nō erat, quia voluit: cuius statum idem sua prouidentia tuetur, quod est facit, illamque eam recreaturus est, & in meliorem statum recreando perducturus, quod est faciet, vt eam purget ab omni vitio, quod ei ex rationalium vesania accidit, non quia iudicio & consideratione postea melius aliquid inuenerit: sed à principio & ante mundum conditum erat ei statutum facere. Nam nec ad cognitionem, nec ad potestatē potest accedere deo aliquid postea, quod non antè habuerit.

Quòd autem voluntate fecerit deus mundum, hinc perspicitur, quod cum posset facere plures soles, fecit vnum. Qui enim plures soles facere non potest, ne vnum quidem facere potest. Et qui vnum potest, is necessariò etiam plures potest. Cur ergo non fecit deus plures soles, cùm posset, nisi quia noluit? Quòd si quos nō fecit soles, voluntate non fecit, sequitur vt quem fecit, voluntate fecerit. Ac sicut solem, sic & reliquas omnes partes mundi tum incorruptibiles, tum corruptibiles, quæ ex dei consilio habent quod sunt, & quod talia sunt.

Quæstio.

An melius sit incorporeum quàm corpus.

Responsio.

Si corpus animatur & mobile sit, non corporis alterius, sed incorporei præsentia, nō potest non esse incorporeum melius quàm corpus. Aliud. Si ex materia & specie est omnis corporea substantia, & non ex materia species, sed aliunde venit materiæ, non potest incorporeum non esse melius quàm materia, etiam ab eo veniat in materiam species.

Aliud. Si non potest æquale

cognosci ignoto inæquali, qui possit corpus cognosci ignoto incorporeo?

Aliud. Si corporea omnia in corpore ita sunt vt oculis, incorporea verò ratione perspiciantur, non potest anima non esse incorporea.

Aliud.

Si potest anima mente agere (ipsa autem anima mente cùm seipsam sapiat, ab omni sensu) non potest non esse per seipsam.

Quæstio.

Quid differt Deus ab anima?

Responsio.

Quantum differt opificem & dominum esse, ab, opificem & dominum habere: quantum differt quod est supra id quod est, ab eo quod est.

Quæstio.

An consilio facit deus, instrumento vsus, an sine instrumento?

Responsio.

Non eget deus vlla re quæ sit extra suam naturam, ac quemadmodum sine instrumento deliberat, ita sine instrumento facit. Si enim simulatque vult aliquid fieri, id consistit, nónne supervacanea est natura instrumentorum quæ sunt?

Quæstio.

Si sine consilio facit deus, vtrum sine ratione facit, sine cogitatione & consideratione, an cum aliquo iudicio? & si cum iudicio, cuiusnam indigentia eget iudicio? sin sine iudicio, quanam ratione?

Responsio.

Si cognoscibilia sunt opera dei, & quæ cognoscibilia sunt, ratione cognoscibilia sunt: necesse est vt ratione cognoscat deus quæ facit. Facere autem cum cogitatione & consideratione & iudicio aliquid nostrarum rerum, artificum est proprium, qui his ad meliorem finem operum perueniunt. Deus verò cùm cognitionem nec assumat nec amittat, nullo horum eget.

Quæstio.

Si quod omnino genitum est, potest esse incorruptibile, quanam ratione?

Responsio.

Quorum incorruptibilitas ex alterius consilio pendet, ea non possunt ingenerabilia incorruptibilia esse. Itaque solum deum dicimus habere immortalitatem, quoniam ex propria natura, non ex alterius consilio, hæc insunt ei.

Quæstio.

Si corrumpitur quod fit à deo, cuius vitio corrumpitur? eius qui fecit, an eius quod factũ est? an alicuius externi, quod contrarium fiat ei qui fecit?

Responsio.

Nec conditoris, nec contrarij vitio corrumpuntur quæ corrũpuntur, sed singulorum corruptione opificis efficiẽtis, in singulis corruptionem, in vniuersis incorruptionem. Si enim alicuiuseorũ quę dicta sunt, vitio corrũperentur, quę corrũpuntur, totum genus corrumperetur, tum singulorum tum vniuersorum. Si enim concederemus alicuius vitio esse corruptionem, non seruaretur in eis quæ corrumpuntur, genus, eorum quæ fiunt, incorruptum, vitio & in singula & in vniuersa pallente. Quod si vnius vitio vniuersa corrumpi non possunt, ne singula quidem cuiusquam vitio corrumpuntur, sed finitionẽ dei. Si enim non est in rebus vitium vllum quod possit impedire generationem, ne est quidem in rebus vitium vllum quod genus corrumpat.

Aliud. Si deus est supra incorruptibiles, vt eorum conditor, sed supra ingenitum non est (nec enim est ingenitorum opifex) non sequitur, vt quicquid

corruptibile est, idem sit ingenitum.

Aliud. Si incorruptibilis est deus suapte natura, itémque incorruptibilis est anima eiusdem opificis voluntate, qui fit vt in tanta incorruptionis differentia, sequatur secundum nos vt quod est incorruptum, idem sit ingenitum?

Aliud. Si igitur conferunt aliquid ad statum corruptibilium, nónne res incorruptibiles ministræ sunt corruptionis, causa incorruptionis earum dicẽs eas ad huiusmodi ministeriũ? Quod si est, perspicuum sit posse aliquem habere immortalitatem, propter aliquam causam in vsu positam: at ingenerationem non item. Ingenitum enim oportet sine vlla vsus causa esse ingenitum.

Aliud. Si primum corpus est elementum, secundum autem ex elementis, quod autem corpus ex elementis est, non potest esse ingenitum (nihil enim ingenitum potest esse posterius genito) nónne si corpora ex elementis sunt incorruptibilia, genita erunt incorruptibilia?

Aliud. Si genita sunt omnia elementa, nónne augatorium est ingenita dicere quæ sunt ex elementis? Si enim materia per se nec elementũ est, nec substan-

tia, sed assumpta qualitate & quãtitate, si elementum & substantia, qui possunt qui ex talibus elementis efficiuntur, esse ea ingenita, si contingat eis esse incorruptibilia? Aliud. Si aliud est corpus aliud incorruptibile corpus, & aliud corruptibile corpus, ac secundum differentiam incorruptionis, & corruptionis, diuiditur corpus in incorruptibile & ruptibile, nónne necesse est proprium esse corporis quod diuiditur, vt sit genitum & ingenitum? Quòd si nihil horum erit proprium est diuidendi corporis, nec ingenitum? Quòd si fieri non potest vt neutrum sit corpus quod diuiditur, necesse est ita diuidi corpus, vt aliud sit incorruptibile, aliud corruptibile, in quæ diuiditur corpus quod diuiditur.

RESPONSIONES DE *resurrectione, ad posita superius de ea quæstiones.*

1 Quòd homo à piscibus, & pisces ab hominibus comeditur, id nec hominem resoluit in piscem, nec piscem in hominem: quin vtriusque resolutio fit in elementa ex quibus primum compositi fuerunt, tametsi modus resolutionis sit mutata comestione. Sed omnis resolutionis, quacunque modo ea fiat, finis est quòd quæ resoluuntur, ea in elementa abeunt. Non debet ergo propter mutuam hominis & piscis comestionem, afferri affectata controuersia, quæ tollat resurrectionem: sed spectanda est potentia dei, qui non solum promisit se facturum esse mortuorum resurrectionem, sed etiam cœpta iam in seruatore nostro Christo resurrectione, firmam præbuit nobis eius fidem. Quòd si elementa posita sunt ad creationem eorum quæ fiunt, & ad recreationem corruptorum, nónne si incredibilis & impossibilis putatur recreatio corruptorum, incredibilis & impossibilis erit etiam creatio eorum quę primò fiunt? id quod est absurdum.

2 Neque mundi creationem, nec eiusdem recreationem credunt Græci. Quòd si verum dicunt, primum sic fiet perspicuum. Dicunt enim tempus esse æternũ. Atqui si tẽpus est æternum, necesse est etiã temporis partes esse æternas, videlicet horas, & dies, & menses, & annum. Quòd horæ non sunt æternæ, quippe cùm sint

in eis alia prior, alia posterior, ne mundus quidem, cùm sit in tempore, potest æternus esse.

3 Propter duas res credédum est non esse mortuorum resurrectionem, aut quia non potest deus resuscitare mortuos, aut quia non conducit resurgentibus esse incorruptibiles. Horum autem alterum est impium, alterum ridiculum. Quòd si est, nónne ex impietate & risu constat ratio eorum, qui non credunt mortuorum resurrectionem?

4 Quæ deus per se facit, ea iussu facit: ad autem æqualis iussui dei essentia eorum quæ ab eo fiunt Cogitasti, inquit, & præsto fuerunt. Quòd si hoc conuenit etiam de deo dictum est, nónne qui resurrectionem non credit, idem non credit deum habere talem potestatem? Nec enim alia re egent qui resurgunt ex mortuis, quàm dei iussu.

5 Si verum est, vt est, id quod de inexpectatis dici soler, viam inuenit deus, nónne falsam rationem affert qui mortuorum resurrectionem non credit?

6 Si cùm fiet recreatio, necesse est, rió tollatur omnis hominũ de mundi opifice ambiguitas, eius operibus cognitis, nónne erit mũdi recreatio melior quàm creatio? nam propter recreationem bona est creatio. quòd si illa fieri non posse creditur, non poterit non esse pessima mundi creatio.

7 Aliud est omnino esse impossibile, & aliud alicui esse impossibile. Omnino impossibile est, vt diametrum esse eiusdem mensuræ cuius latus. Alicui impossibile est, vt naturæ sine semine facere animal. Quinam horum impossibilium subiiciunt resurrectionem, qui eam non credunt? Si primo falsa est ratio: non enim recreatione fit discrepans diameter à latere: at resurgentes recreatione resurgunt. Sin alicui, at deo omnia possibilia sunt, quæ alicui impossibilia sunt.

8 Si in præsenti vita pius ab impio sola spe differt, nónne qui tollit spem futurorum, tollit pij & impij differentiam?

9 Si sine singulis non potest esse vniuersale, nónne si creata sunt singula, creata erunt etiam vniuersalia? Quòd si est, nónne falsum est coæternum esse hominem reliquisque mundi partes Deo? vt si creatus esset Plato, potéstne homo non creatus esse?

10 Qui fit vt Græci, ponentes æternum

esse mundum, non ea tradiderint quæ positionem necessariò sequuntur? Si est, vt ipsi volunt, æternus mundus, merito decernet non fore mundi recreationem, cuius enim mundi est recreatio, non increati. Non esse autem æternum mundum, ex eo patet, quòd homo non est coæternus Deo. Si enim vniuersale est coæternum Deo, necesse est vt sint etiam singula. Saltem minus, ne vniuersale quidem.

11 Semel omnes homines recreatione eò perducere vt sint incorruptibiles, longè diuinius est secundum * quàm eos in statum hunc mortalem, in quo sumus, adduxisse. Reseruabat autem Deus nobis id quod melius & diuinius est, vt posterius, vt posito in eo nostro statu, quo si priuati essemus. vt volùt qui recrectionem non credunt, quinto esset melius nos non esse, quàm esse? Est enim inutile quicquid suo fine priuatur.

12 Si fieri nó potest vt aliquis pro re quæ non sit, mortem præponat vitæ suæ, quo fieri potest vt si, quemadmodum vos asseritis, non est vera de resurrectione doctrina, pro ea tamen suæ vitæ præposuerint martyres mortem? Ecquæ vera fuit vnquam alia religio, cuius doctrina diuersis tormentis & mortibus confirmata fuerit, nisi hęc Christianorum de resurrectione mortuorum?

13 Si quæ non credunt Græci, ea nec sunt, nec erunt, ergo in cognitione Græcorum sita est rerum essentia. Quàm sit igitur vt in plurimis, & iis maximi momenti opinionibus periculum sit eos & ipsos secum, & inter se pugnare? Talis enim pugna non sinit: positam esse in cognitione Græcorum essentiam rerum.

14 Sinon credunt eorum testimonio, qui resurrectionis parentem ex mortuis in vitam æternam resurrexisse viderunt, & tamen inuicta demonstratione tollere non possunt doctrinam de resurrectione. Nã quòd homo à piscibus comeditur, dubitationem habet: demonstrationem non habet: fieri enim non potest vt eadem res & impossibilis demonstretur, & tamen facta ostendatur. Rem verò ipsa potest ante demonstratam, nullus syllogismus pote test euertere.

15 Sol cùm est supra terram, sub terra non est: & cùm sub terra est, supra terram non est. Potestne igitur æternus esse, vt vultis vos, cùm id æternè non habeat vt supra terra sit aut sub terra? Quòd si eum

qui æternus non est, æternum opinantur Græci, possumne fide digni esse, dum sanciunt non fore resurrectionem mortuorum?

16 Id quod modo supra, modo infra est, eorum est quę aliquando nec supra erant, nec infra. Potéstne igitur sol æternus esse, qui antequam supra aut infra esset, dum erat? Ergo qui solem natura sua geminum non intelligunt, nónne absurdum est eos credere non resurgere mortuos, quorum resurrectionis pares iam factus sit exemplo primogenitus resurrectione?

17 Dum pollet facientis potestas, tum etiam materia idonea est ad effectionem eius quod fit. Sed si aliquis mortuus alteri deus est Deo ad resurrectionem, necessitió, etiam omnis: & nisi omnis, nemo. Mistę sunt autem argumentis nostra materiola Dei opera: sunt enim supra mentem & sensum & rationem opera Dei, in quibus est etiam à piscibus deuoratum, mox à necessariò rursus in vitam venire, hunc eum acciderit ab aliquo corrumpi.

18 Potéstne esse verum, Dominum testatem habere in vivos & mortuos, quemadmodum vos vultis, non habere testatem transferendi alium in alium?

19 Si meliorum conditor est Deus, deteriorum non item, nónne est hoc argumentum infirmitatis Dei? quod quidó est impium dicere. Sin par est Dei potentia ad effectionem vtriusque, cur nó creditis resurrectionem mortuorú in incorruptionem resurgentium?

20 Si Deo factu non est impossibile, nobis autem vt fiat est cōducibile, vt ex calamitosa & corruptibili vita ducamur in beatorum incorruptúmque statum resurrectione potius, quàm vt philosophorum laboriositate ad formicarum laboriositatem deducantur philosophantes Græci, migratione animarum: quid magis ridiculum esse potest, quàm illam rem testatam non credere: hanc verò sine probatione credere & tradere, vt olim atheniensis philosophus Plato, postea formicizet?

21 Si authoribus Græcis, quia est, non quiavult, facit Deus homines, quî fit vt Plato aliquando sit animal rationale & homo, aliquando animal irrationale & formica, per transanimationem? Si quidem necesse est vt quia Deus est, fuerit Plato factus homo, necesse est vt cùm Plato mutatur, & ex homine fit formica,

mutetur etiam Deus, & desinat esse quod est. Sin Plato transmutatur, & tamē Deus non desinit esse quod est, sequitur vt non quia est, sed quia velit, faciat Deus homines.

22 Si Dei opus non corrumpitur, & homo corrumpitur, nō est homo opus Dei, si vera dicunt qui hoc dicunt.

23 Si genus nostrum generatione incipit esse, & corruptione desinit esse, fieri non potest vt Deus quia sit, non quia velit, causa sit vt simus aut non simus.

24 Si quæ sunt ex elementis, sunt rursus elementa, an absurdum aut impossibile videtur, rursus esse ea quæ sunt ex elementis?

25 Si sub termino non est Deus, sed omnis terminus dominus est, potestne penes eum esse vt facti sint & corrumpantur homines: vt verò simus & non corrumpamur, non item?

26 Si recreans nos Deus in incorruptionem, hoc facit (vt vos asseritis) mutatione propositi, cur non magis mutationem propositi permittat esse semper?

27 Si Dei dona sunt eiusmodi, vt eorum nunquam pœniteat, & nobis largitus est esse, cur non expleat quem de nobis

scopum habuit principio, recreans nos in immortalitatem?

28 Secundum eos qui credunt mortuorum resurrectionem, Dei iusto iudicio & morimur & reuiuiscimus, illud hominis inobedientia, hoc hominis obedientia. Quibus igitur ignota est causa mortis, iisdem & naturæ hominis opifex ignotus est. Cùm autem ignorant & causam mortis, & opificem naturæ hominis, nónne eadem ignorantia dicunt non esse mortuorum resurrectionem?

29 Aliud est omnino non esse, & aliud tale non esse: vt aliud est principio nō esse factum hominem, & aliud postquam factus sit, corrumpi. Et cum non sit Deo, opus opere operosius, nónne absurdum est credere Deo de creatione eorum quæ omnino non erant: eidem de recreatione corruptorum non credere?

30 Si quemadmodum homo antequam factus esset, erat potestate in elementis ex quibus factus est, sic & postquam est corruptus, est potestate in elementis, qui fit vt non credant Græci Deo, pollicito se resuscitaturum mortuos, tanquam res sit impossibilis, cum homo potestate sit in

elemẽtis, quemadmodum olim creandus, sic & nunc recreandus?

31 Si non poterat Deus principio incorruptibiles facere homines, certè ne nunc quidem potest. Sin habuit à primordio potestatem faciendi nos incorruptibiles, nec eam amisit, nónne absurdum est non credere (quasi res sit impossibilis) Deo pollicito sese incorruptibiles facturum etiam reliquos homines, ad similitudinem eius qui ab eo resuscitatus est ex mortuis in vitam incorruptibilem?

32 Potestate est animal in semine, naturæ: potestate est lectus in ligno, artis: potestate sunt resurgẽtes in elementis, Deo. Quòd si est, nónne absurdum est credere naturæ naturalia, & arti artificiosa: Deo verò non credere diuina?

33 Diuinæ autoritati nihil non obtemperat. Si mare & terra diuino iussu olim dederunt quæ non acceperant, nónne nunc magis dabunt quæ acceperunt volente Deo?

34 Si quemadmodum natura ex corrupto semine non potest facere animal, & ars ex corrupto ligno lectũ, sic nec Deus potest ex corrupto homine facere incorruptibilẽ, sequitur vt Dei potentia sit definita, sicut naturæ & artis. Quod si hoc dicere absurdum est, absurdum est etiam non credere Deum posse ex corrupto homine facere incorruptibilem.

35 Si quemadmodum infidelibus hominibus impossibile videtur vt fiat resurrectio, sic impossibile est Deo facere resurrectionem, sequitur vt nihil differat Deus ab homine. Sin immensum differt, vt certè differt, nónne absurdum est nõ credere deo facturum ea quorum faciendorũ habet potestatem?

36 Quæ potest facere deus supra naturã, nónne absurdũ est non credere eum eadẽ reficere supra naturam?

37 Si eius effectionem quod sit non secundum naturam, putandum est incredibilẽ esse & impossibilem, nónne erit etiã primi facti hominis incredibilis, & impossibilis effectio, cùm factus fuerit non secundum naturam? fieri enim non potest vt factus fuerit ex homine homo, nisi prius factus sit homo supra naturam.

38 Si non fiam iterum quod fui, quomodo accipiam virtutis vitiisque præmia, quæ in hac vita non fuerim adeptus? Si enim non fit mortuorũ resurrectio, nón-

ne inter se pares erunt & qui fecerunt mar-
tyrica certamina, & qui patiũtur? Quòd si
hoc iniustũ est, nónne iniustũ est non fieri
mortuorũ resurrectionẽ, in qua sola fieri
potest distinctio eorum qui iniusta fecerint, & qui passi fuerint, discrimine hono-
ris & pœnæ?

39 Si quid fuerit & quid sit homo, non
præterit cognitionem dei eo mortuo,
non est impossibile cum rursus esse.
Nam opera dei sunt ei nota & possibilia.
Quòd si non sunt ei possibilia, ne nota
quidem.

40 Si bonum est esse nos in hac vita
mortales, & melius esse nos immortales in
futura, nónne absurdũ est dicere deũ po-
tentem esse ad efficiendum bonum, impo-
tentem ad melius?

41 Si impossibile est deo mortale corpus
efficere immortale, nónne erit mor-
lentior deo, qui non possit ab ea natu-
subditos suos?

42 Si deus potestatem habet vivificandi
mortuos, nónne sunt apti ad resurre-
ctionẽ resurgẽtes? Quòd si & deus ad re-
suscitandos mortuos potẽs, & ipsi ad re-
surgendũ apti sunt, quẽ locũ habet eorũ
incredulitas, qui mortuorum resurrectio-

nem non credunt?

43 Si vt simus & vt non simus, penes deũ
est, nónne penes eundẽ erit vt fiamus im-
mortales? Quòd si vt fiamus immortales
extra dei potestatem est, non erit penes
deum vt non simus.

44 Si quã habent naturã immortalia &
mortalia, ex dei voluntate habent, curnõ
sit possibile immortales fieri mortuos vo-
lente deo?

45 Quorum oppugnantia infirma sunt,
eorum status firmus est. Quòd si omnibus
oppugnandi modis vsi Græci ad tollen-
dum dogma resurrectionis, id tollere ne-
quiuerunt, quòd id eius potestate qui
facit resurrectionem, inconcussum in va-
riis oppugnationibus seruatur, cur sit in
credibilis mortuorum resurrectio, cum
eis dogma nec manibus nec lingua con-
uellatur.

46 Si maximum est indicium inuictæ &
incircumscriptæ potestatis dei, quòd sunt
omnium hominum viuentium & mor-
tuorum ideæ & actiones tum bonæ tum
malæ, nónne est mortuorum resurrectio
indicium incircumscriptæ potestatis co-
gnitionisque dei, cùm per eam rursus in
vitã collocet homines? Quod si est, nón-

ne priuabit deum tali indicio, qui priuabit mortuos resurrectione?

47 Si sperantes Græci se sua repugnante sublaturos dogma de resurrectione, à spe aberrarunt, nónne rursus à spe aberrabunt, sperantes rursus non fore mortuorum resurrectionem?

48 Debent Græci oppugnantes resurrectionis dogma aut non vincí impugna, aut victi non diffidere de resurrectione. Alioquin erit eorũ primus inanis labor argumentũ absurdę eorum incredulitatis.

FINIS.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, CARDINALique amplissimo Carolo à Lotharingia, Ioannes Picus classiũ Inquisitoriarum Senatus Parisiensis Præses S.

DERACTO singulis annis, Auriste clarissime, iudiciorũ cursu, quid agãt cæteri, aut in quo suum collocent otium, nescio, nec sum admodũ solicitus: mihi quidem ad minuendas vitæ curas leuandasque in obeundis fori muneribus contractiãs molestias, nihil est gratius, nihil optatius a diuinorũ lectione librorum, quam allatis tam ex Italia, quàm è Græcia veterum Græcorum monimentis (eam Latini scriptores reperiuntur perpauci) in diei cumulationẽ sieri desidero. Neq; tamẽ adeò sum ingratus in conciues meos, vt huius generis oblectatione satiatus, inanes illos deseram: sed cum acciderit qui dignum existimauero, id, quam primum licet Latinè redditum publicè legendum emitto, prius

equidem adhibito peritorij eius disciplinæ iudicio, nec falsa aut erronea pro veris amplectimur, tum ipsi vel nolentes labamur, tum legentes errorem præter opinionem non amamus. Itaque cùm audissent ab his, qui nostro nomine fidem antiquorum disquirebant extare veneficium in tionem beati Hippolyti episcopi & martyris de Consummatione mundi, Antichristo, & secundo aduentu Christi, Græcè scriptam: certior effectus ex catalogo scriptorum Ecclesiasticorum per diuum Hieronymum edito, Hippolytū episcopum plures cæteros in scripturas commentarios scripsisse, bellum de Antichristo, motus etiam vendicatoris, qui vixit temporibus Alexandri peratoris, anno post Christum ducentesimo simo, non conquiemi, donec aliata illa sit in lucem num sermonem conuersa eruditorum tium desiderio vtroque idiomate exuberet. Cæterum hac in oratione nemo speret dem horam illius secundi aduentus sine iudicio, dissignatam iri, quam nemo (dempto solo patre Christus inquit in Euangelio) explorare bet: verùm quæ strictim & concisè de iudiciem illam antecessoris à domino dicta sunt, ipsa verbosius & more propè declamatorio dius explicari: allatis prophetarum atque stolorum confirmantibus propositum testimoniis.

Quicunque tamen accedet ad lectionem huius

orationis, duo potissimum attendet, & summopere cauebit, in quibus peculiarem & alienam ab Ecclesiastica doctrina tuetur Hippolytus opinionem. Primus, dum censet Ioannem Euangelistam quasi minimè meritum, cum duobus prophetis Enoche & Elia, venturum ad predicandum verbum dei paulo antequam veniet tur Antichristus: cùm tamen & beatum Ioannem obtrisse mortem asserat Ecclesia: & ille ipse Ioannes Apocalypseos vndecimo capite duorum dicat prophetarum Antichristo præeuntium faciat mentionem. Alterum est in eo quòd existimat Antichristum non futurum verum hominem, sed corpus tantum phantasticum ostentatum, contrà diui Pauli sententiam, vocantis illum hominem peccati, filiumque perditionis. Quæ ne fallam imprudentem lectorem, sunt ad margine annotata. Hæc igitur breui quidem oratione, sed his præsertim aduentus dominici diebus peropportuna, quod offerremi tibi, Præsul ornatissime, commodius nihil obtigit, nempe quæ posteriora aduentus domini clara præmia complectitur. Cuius tandiu fructu lectionis, quandiu summa Reipublicæ negotia patientur. Valete Lutetiæ, postridie Calendas Decembris.

EX LIBRO BEATI HIERO
nymi de Scriptoribus Ecclesiasticis.

HIPPOLYTVS [illegible] fidam ecclesiæ regulam
pu[illegible] (nomen quippe verbis sive metu pœnæ) [illegible]
Paschæ temporum. Canones scripsit [illegible]
primum annum Alexandri temporibus, [illegible]
decim annorum circulum, quem Græci [illegible]
xasmpida vocant, reperit: & Eusebius, qui [illegible]
eadem Paschæ canonem decem & nove[illegible]
rum, id est, in tria & viginti xasmpida compositi, no[illegible]
sionem dedit. Scripsit nonnullos in scripturas [illegible]
mentarias, è quibus hos reperi, in [illegible]
in Exodum. & in Canticum canticorum, [illegible]
Genesin, & in Zacchariam, de Psalmis, & [illegible]
Esaiã, de Daniele, de Apocalypsi, de Proph[illegible]
biis, de Ecclesiaste, de Saul, de Pythonissa, de
Antichristo, de Resurrectione contra Marcionem, de
Pascha aduersum oës hæreses. Et expositionem
de laude domini Saluatoris, in qua præsens ora-
gene se loqui in Ecclesia significat. De benedi-
ctionibus, Ambrosius quem de Marcionis
hæresi ad veram fidem correctum diximus, rogatus
tus est Origenem in scripturas enarrationes fa-
bere, præbens ei septem & eo amplius notarios,
eorumq; expensas, & librariorum per otia manus
rum: quodq; his maius est, incredibilis studio qua-
ridie ab eo opus exigens. & vale in quali[illegible]
fatus ipse sanctus cum Origene voca-

pi & Martyris oratio, de Consummatione mundi, ac de Antichristo, & Secundo aduentu Domini nostri Iesu Christi.

Ioanne Pico Præside classium Inquisitoriarum Senatus Parisiensis, interprete.

QVoniam beati Prophetæ oculi nostri fuerunt, rerum arcanarũ declarationẽ nobis indicantes, tum vita, tum manifestatione, atque Spiritus sancti aduentu, & verba de iis quæ nondum acciderunt facientes, vnde etiam omnium seculorum posteritati maximam delinearunt contemplãdi agendiq; occasionem: quam etiam ob causam

Dei per carnem aduentu in mundum promulgata, qui ex impollura ac deipara Maria ortum sumpsit atq; incrementum: eius cum hominibus cõsuetudinem ac vitã, eius q; per baptismã declarationé, futurã omnibus hominibus regenerationé per lauacrũ regenerationis eius miracula copiosã, beatã illã in cruce passionẽ, ludibria Iudæorũ quæ in ea pertulit, sepulturã eius, descensum ad inferos, ascensionẽ; * animarũ quæ fuerũt à seculis, mortis extinctionẽ, viuificam eius à mortuis resurrectionẽ, vniuersi mũdi reformationẽ, in cælum assumptionẽ & ascensionẽ, sancti Spiritus susceptionẽ, quã ornauit Apostolos: aduentũ denique secundũ, qui erit futurus. stabit omnia: cùm videntes appellentur, necessariò præmõstrarũt ac prædixerunt. Vnde diẽ etiã consummationis nobis significarũt, extremis temporibus apostatã emersurũ, qui homines seduceret, initiũ ac finẽ regni eius iudicii quoq; aduersum, iustorum vitam, ac delinquentiũ supplicia præsignarunt: vti omnes singulis diebus horis hæc animo versantes velut ac-

De piis intellige, aut Origenistas caue.

clesię filij cognoscamus, ne vnũ quidẽ iota aut vnum apicẽ ex his præteriisse: quemadmodum sermo Saluatoris indicauit. Omnes igitur necessariò aperite oculos cordium vestrorũ, ac auribus animæ vestræ quæ dicturi sumus, excipite. Explicabo enim vobis hodierno die omnis horroris terrorisque plenã narrationẽ: nẽpe de cõsummatione, id est, totius mundi seductione, quã patietur ab hoste & diabolo: quam sequetur secundus aduentus domini nostri Iesu Christi. Vnde ergo, Christi amãtes, sumã initiũ? quid exordiar, quidue cõmemorabo? Quę eorum quæ dico testẽ exhibebo? Verùm vnde sermonem sumus auspicati, eos in mediũ proferamus testes fide dignos, qui dicta cõprobent: deinde Apostolorũ quoq; doctrinã, vel prophetiam potius, vt per vniuersum orbẽ terrarũ quasi tuba canãt cõsummationis diẽ. Cùm igitur hi quoq; præsignauerint quæ nondum euenerunt, ne fallacias peruersaque consilia improborum hominum, qui existent, aperuerint: agedum Esaiam prophetam tanquam primum testem in me

Scopus huius orationis.

Testimonia prophetarũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dium producamus, qui docet nos quæ
» futura sunt circa tempora consumma-
» tionis. Quid igitur ait? Terra vestra
» deserta, ciuitates vestræ igne exustæ,
» Regionem vestram in conspectu vestro
» deuorant alieni. Derelinquetur filia
» Sion sicut umbraculum in vinea: & si-
» cut tugurium in cucumerario, tanquã
ciuitas quæ vastatur. Vides, dilecte,
lumẽ prophetæ immissum, quo tem-
pus illud, quod ante seculis vaticina-
tus est. Nec enim de Iudæis, nec de
ciuitate Siõ verbũ hoc prædixit, sed
de Ecclesia. Nã omnes prophetæ de-
clararunt Siõ esse spõsam è gentibus
adductam. Quocirca ad secundum re-
Osee 13. stem orationẽ applicemus. Quisnam
» est ille? Audi etiam Oseam grandilo-
» quã fundentem: In diebus illis indu-
» cet dominus è deserto ventum vredi-
» nis contra illos: & desiccabit venas
» eorum, & desertos faciet fontes eo-
» rũ, & vniuersa vasa desiderabilia di-
» lebuntur. Quia restiterunt cõtra deũ,
» in gladio cadent, & quæ ex eis præg-
» nantes fuerint, dissumpentur. Ecquis
alius ventus vredinis à deserto, quàm
Antichristus? qui temporibus suis de-

letur? est & desiccaturus venas aquarũ & fructus arborũ, propterea quòd homines amplexi sunt opera eius. Itaque delebit eos, ipsique seruiẽt in impuritate ipsius. Attẽde cõcordiã prophetæ cum propheta: cognosce alium quoque quoque similia proloquẽtem. Eadem enim Amos propheta cõsentiẽs prænõ parcentibus pauperẽ, & dona electa Amos. 5.
dixit: Hæc dicit dominus. Quia pugcepistis ab eo, domos politas ædificaſtis, & nõ habitabitis in eis. Vineas de
lectabiles plantastis, nec tamẽ vinum
bibetis earũ. Quia noui permultas im-
pietates vestras, & grauia sunt pecca-
ta vestra. Qui defraudatis iustos, acci-
pitis munera, & pauperes in portis
opprimitis. Ideo prudens in tempore
illo tacebit, quia sẽpus malũ est. Dif-
ce, dilecte, improbitatem hominum
illius memoriæ, vt iustũ diripiant do-
mos & agros, & ipsam iustitiã auferãt
à vobis, vt scias tum finem adesse, quã-
dõ hæc fiẽt. Ita perspecta tibi est pro-
phetæ sapiẽtia ac reuelatio futura tẽ-
poribus illis. Quin prophetæ omnes
(quemadmodum prædiximus) vt ve-
ra patefecerũt, sic posteriorib⁹ eue-

tura temporibus clarè vaticinati sunt. Sed ne recensendis omnium prophetarum verbis orationem cõsumamus, ad vbi vnius mentionem fecerimus, ad propositum reuertamur. Quid porrò Micheas quoq; prædicit? Hæc dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicũt ei pacem: & si quis nihil dederit in os eorum, sanctificãt super eum bellum. Propterea nox erit vobis pro visione, & tenebræ vobis erunt pro diuinatione. Et occidet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Et cõfundẽtur qui vident somnia, & deridebũtur vates. Hæc prænarrauit, vt intelligatis omnium & perturbationẽ extremis temporibus, omnium inter se viuendi consuetudinum, inuidiam, odium, contentionẽ, pauperum in omnibus negligentiã, populi egas sacerdotes animum immorigerum. Ira omnes suo arbitratu vincent. Filij manus inicient in parentes: vxor virum suum trader ipsi mœstum vir uxorem suam, vt ream, trahet in iudicium: domini in seruos suos erunt inhumani

Mich. 3.

miseretur in dominos animũ gerent inobedientem, senis canitiem nemo reuerebitur: iuuenilis formæ nemo miserebitur. templa diuina domorũ instar erunt: locis omnibus euersiones fient ecclesiarũ. scripturæ contemnẽtur hostis illius cantica vbiq; decantabũt. Post hæc stupra, adulteria, perpetua, ineũtationes, diuinationes magno impetu studioq; sequẽtur. In summa, ex iis qui Christiani vidẽtur, tunc exurgẽt falsi prophetæ falsiq; apostoli, homines impostores, corruptores, malefici, mentientes alius in alium, adulteri, stupratores, rapaces, auari, periuri, detractores. Pastores fiẽt quasi lupi: monachi expetẽt quę sunt mundi: diuitiores animum expertem misericordiæ induent: pauperi non succurrent principes, potentes miserationes abiicient, iudices iustum auferent ex iusto, muneribusq; exæcati iniustis probabunt. Quid narro, quæ fient ab hominibus, cùm ipsa etiam elementorum ordinẽ suum sint negatura? Terræmotus erũt per omnes regiones, tonitrua, venti, horrenda fulgura, quę domos agrosq; exurent: procellæ vẽto-

rum, quæ terram ac mare sine mo-
perturbabunt: terræ sterilitates, son-
tus maris, intolerabilis cõmotio ab
interitum tã animarum quàm homi-
num: signa in sole, signa in luna, fide-
rum de via deflexiones, angustiæ gẽ-
tium, aeris intẽperies, grandinis ema-
siones super faciem terræ, hyemes in-
ordinatæ, glacies sui dissimilis, ardo-
res qui sedari nequeant, repẽtinæ fel-
mina, insperata incendia: &, vt scem-
» dicã, gemitus & plãctus vniuersæ cre-
» ræ cõsolatione carẽtis. Ex quo enim
» abũdauerit iniquitas, refrigescet cha-
ritas multorum. Propterea dominus
vniuersi, horũ omnium fluctuationẽ
& confusionẽ clamat per Euangeliũ
Luc. 21. dicens, Videte, ne seducamini. Multi
» enim venient in nomine meo dicẽtes
» Quia ego sum, & tempus appropin-
» quauit. Ne seducamini igitur post
» eos. Cũ autẽ audieritis bella & dissen-
» siones, nolite terreri. Oportet enim
» primũ hæc fieri: sed nõ statim finis. Vi-
deamus verba Saluatoris, quẽadmo-
dum ad nos semper confirmãdo appro-
ceperit, Videte, ne seducamini. Multi
enim venient in nomine meo dicen-

tes: ego sum. Nam posteaquã ipse as-
sumptus est ad patrẽ, surrexerunt qui-
dam dicẽtes: Ego sum Christus, vt Si-
mon Magus, & reliqui, quorũ nomi-
na referre nõ est huius tẽporis. Qua-
re extremo etiam die cõsummationis
exurgere denuo debẽt pseudochristi,
viri qui dicant, Ego sum Christus: &
seducẽt cõplures. Plerique homines
cursitabunt ab oriente ad occidentem
vsq; & ab aquilone vsque ad mare, di-
cẽtes, Vbi hic Christ?? Vbi illic Chri
stus? Sed qui vana sapientia præditi,
nec diligenter legãt scripturas, nec re
cta sentiant, nomen quærẽt, quod in-
uenire nõ potẽrũt. Oportet enim pri-
mũ hæc fieri, itaq; conspici filiũ per-
ditionis, hoc est, diabolũ. Quin & di-
uinitoqui Apostoli, qui cõfirmãt ad-
uentum Domini nostri Iesu Christi,
figillatim innuerunt istorum detestã-
dorum ac exitialium hominũ demõ-
strationem ac palam prædicarunt no-
strasis illorum actiones. Princeps Pe-
trus, fidei petra, quem beatum indica-
uit Christus Deus noster, ille doctor
ecclesiæ, ille primus discipulorum, ille
qui regni claues habet, docuit nos di-

Apostolorum testimonia.

Petrus.

2.Pet.3. cēs: Hoc primū scitote filij, Q veniēt
» in extremis diebus illusores, secūdum
» suas ipsorū cōcupiscētias ambulātes.
2.Pet 2. Et erūt in vobis falsi doctores, qui in-
» troducent sectas perditionis. Secūdū
Ioannes. hunc consonat Ioānes Theologus di-
» cēs Q Christi, clamat q;: Manifesti sunt
1.Ioan.3. filij diaboli. Et nūc Antichristi multi
& 2. facti sunt: verūm ne seducamini post
» eos. Nolite omni spiritui credere: q
1.Ioan.4. multi pseudoprophetæ exierunt in
Iudas. mundum. Deinde etiā Iudas Iacobi
Iudæ 1. frater his similia dicit: In nouissimo
» temporibus erunt illusores, secundū
» sua desiderta ambulantes in impieta-
» tibus. Hi sunt qui sine metu seipsos pa
scunt. Perspexisti theologorum & A-
postolorum consensum, ac doctrinæ
Paulus. illorum concordiam: deinceps Pau-
lum etiam audias, liberē loquentem,
Phil.3. quām apertē hosce reuelet: Videte
» malos operarios, videte concisionem.
Colo.2. » Videte ne q̄s vos deprædetur per phi-
» losophiam & inānem fallaciam. Vide-
» te quomodo cautē ambuletis, quoniā
» dies mali sunt. Ecquis igitur habebit
excusationē, qui hæc audiat in Eccle-
sia à Prophetis, ab apostolis, atque ab

ipso Domino: nec solicitus erit de asa
sua ac tempore cōsummationis & ho-
ra illa, qua stisti debemus ad tribunal
Christi? Sed narrationē huius de con-
summatione orationis conuertamus
ad ea quæ sequuntur nobis dicēda. In
medium verō produco testem fidē, di-
gnum Danielem prophetā: qui som- Daniel.
nū Nabuchodonosor dissoluit, atq;
ab initio regnorū vsq; ad consumma-
tionem, vīa indeclinabilem sequi vo-
lentibus, declarationem veritatis de-
monstrauit. Quid enim propheta cla-
rē regi Nabuchodonosor prænūcia-
uit? Videbas ō rex, & ecce statua in- Dan.2.
gens stabat in conspectu tuo: cuius ca
put erat ex auro, brachia ei⁹ & hume-
ri argentei, vēter & femora ex ære, ti-
biæ ferreæ, pedum autē pars erat fer-
ro donec abscissus est lapis sine mani-
bus, qui percussit imaginis pedes fer-
reos ac testaceos, & tandē cōminuit.
Tunc; simul comminuta sunt, testa,
ferrum, æs, argentum, & aurum: & fa-
cta sunt quasi puluis à facie turbinis
æstiui. Lapis autem qui percussit ima-
ginem, creuit in montem magnum, &

» repleuit vniuersam terram. Coniun-
» gentes ergo his visiones Danielis am-
» borum vnam faciemus expositionem,
demonstrantes vera fuisse à Daniele
visa, & consentanea iis quæ Nabucho-
donosor quoque præuiderat. In hunc
Daniel. 7. enim modum ait propheta: Ego Da-
» niel videbã, & ecce quatuor venti cæ-
» li pugnabant in mari magno: & qua-
» tuor bestiæ grandes ascendebant de
» mari, inter se diuersæ. Prima bestia
» quasi leæna, & eius alæ velut aquilæ.
» Aspiciebã donec euulsæ sunt alæ eius,
» & sublata est à terra & super pedes ho-
» minis stetit, & cor hominis datum est
» ei. Et ecce bestia secunda similis vr-
» in parte stetit, & tres ordines in ore
» eius, in medio dentium eius: & sic di-
» cebant ei: Surge, comede carnes plu-
» rimas: Post hoc aspiciebã, & ecce be-
» stia tertia veluti pardus, & huic erant
» auis alæ quatuor super se: capita qua-
» tuor erant bestiæ. Post hoc aspiciebã,
» & ecce quarta bestia terribilis atque
» mirabilis, & fortis supra modũ: cuius
» dentes erant ferrei, & vngues æreis
» edebat & comminuebat, & reliqua
» pedibus suis conculcabat. Et hæc

» valde discrepabat ab omnibus bestiis «
» præcedentibus eam, & habebat cor- «
» nua decem. Considerabam cornua «
» eius: & ecce cornu paruum creuit «
» in medio eorum. Et tria de corni- «
» bus primis euulsa sunt à facie eius. Et «
» ecce oculi quasi oculi hominis erant «
» in cornu isto, & os loquens ingentia. «
Cùm igitur hæc videantur omnibus intellectu difficilia, quæ mystice dicta sunt à propheta, nullum eorũ celabimus eos qui mente sunt sana præditi. Cùm dicit Daniel primã bestiã, hoc est leænam, ascendentem è mari, significat regnum Babyloniorum, quod fuit in mundo, aureum caput statuæ illius. Quod autem dicit, alas eius velut aquilæ, significat exaltatum regem Nabuchodonosor conquisita deum sese extulisse. Postmodũ inquit alas eius euulsas: quoniam euersa fuit eius gloria. Fulsus enim fuit è regno suo. Illa autem verba, Cor hominis ei datum est, & super pedes hominis stetit, resipuisse eum, vbi se hominem esse agnouit, dedisseq; gloriã Deo. Ea demonstraui primæ bestiæ similitudine. Post leænam alteram be-

Visionum interpretatio.

stiam vider propheta vtso similé- qui erant Persæ. Cùm autem dicit, Videbam in ore eius tres ordines, tres gentes designat, Persas, Medos, ac Babylonios: quod declarat in imagine argentum post aurum. Et secundam etiam bestiã declarauimus: sequitur tertia, pardus: qui Græci fuerant. Alexander enim rex Macedonũ post Persas rerũ potitus est, fuso Dario: quòd figuratur per æs in imagine. Iam quod aiet, bestiam habere quatuor alas auis & quatuor capita, clarissimè demonstrauit quo pacto regnum Alexandri diuisũ fuerit quatuor in partes. Quatuor enim habuit capita, reges quatuor qui ex eo regno surrexerunt. Nã moriens Alexander regnum suum diuisit in quatuor partes. Iam etiam tertiam bestiam expediuimus: deinceps narrat quartam bestiam terribilem ac stupendam, cuius dentes erant ferrei, ac vngues ænei. Quinam sunt hi, nisi Romanorum imperiũ? quod est ferrum, quo conteret omnes superiores regios, & dominabitur vniuersæ terræ. Quid porrò reliquum est nobis interpretandũ ex his quæ vidit propheta?

At extremitates illę pedum imaginis, in quibus pars erat ferrea, pars testacea, permixta ambo in vnum. Si quidé decem digitis pedum imaginis, mysticè significauit decem reges inde exortos: quod Daniel est interpretatus. Considerabam enim, inquit, bestiam, quartam videlicet: & ecce decé cornua post eam. In quibus ascendit alterum cornu tam quàm pullulus, ac tria ex priora eradicabit. Quod cornu demonstrat pullulum alium nõ esse nisi Antichristum, qui suscitabit regnum Iudæorũ. Tria cornua quę ab eo radicitùs euellentur, tres reges indicãt, Aegypti, Libyę, Aethiopũ, quos deletura est acie bellica: quibus omnibus potitus, tam tyrannus formidabilis sanctos afflige ac persequetur, insurgés in eos. Vides, vt Daniel Nabuchodonosoro regnorum dominationem exposuerit: cernis, vt statuæ formam omnibus suis lineamẽtis declarauerit? percepisti, qua ratione prænostrarit nobis quatuor bestiarum ascẽsum è mari. Superest, vt Antichristi peculiaria facinora vobis aperiamus: & quatenus licebit, è prophetis atque

Antichristus.

Antichristi facinora.

scripturis promulgemus eius vocationem per vniuersam terram, & aduentum nefarium. Cùm Dominus Iesus Christus secundum carnem aduenerit ex sancta & immaculata virgine, tribúmque Iuda assúmpserit, eáque processerit, declarauit scriptura regiam stirpem, ex sententia Iacob in benedictionibus clamantis ad Iudam filium suum, Te laudabunt fra-
Gen. 49. » tres tui: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij
» patris tui. Catulus leonis Iudæ: ex germine fili mi, ascéndisti. Recubans dormisti vt leo, & velut catulus leonis:
» quis excitabit illũ? Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus
» eius, donec veniant quę reposita sunt
» ei, & ipse est expectatio gentium. Attende verba Iacob ad Iudam dicta, in domino esse impleta. Idem profectò clamat etiam de Antichristo patriarcha. Itaque sicuti prophetiam emisit in Iudam, ita & in filium suum Dan (Nam Iudas erat filius eius quartus) Dan verò filius quoq; eius septimus.
Gen. 49. Ecquid de illo clamauit? Occurrat ipse
» si Dan coluber in via, insidens in se-

mita, mordens vngulam equi. Quis « erat serpés, nisi seductor ille ab initio dictus in Genesi seduxisse Euam, & Adamum supplantasse? Sed quoniam pluribus hęc nobis sunt demonstranda, haud grauabimur. Ille certò nasci- *Antichristus est de tribu Dan.*
turus est è tribu Dan, & veluti rex tyrannus aciem ex aduerso instructurus est, iudex seuerus ac diabolus, vt ait propheta. Dan iudicabit populum Gen. 49.
suum, vt quæuis alia tribus in Israël. «
Sed dicet quispiam, hoc de Samsone dictum esse, qui natus è tribu Dan iudicauit populum suũ annos viginti. At in parte duntaxat illud à Samsone factum est, hoc verò vniuersè implebitur temporibus Antichristi. Inquit enim Ieremias in hunc modum, E Dan audiemus vocem acu- Ierem. 8.
tissimam equorum eius. A voce hinnitus equitatus equorũ eius concussa « est vniuersa terra. Et rursus Moses in- «
quit, Catulus leonis Dan, & exiliet è «
Basan. Et ne quis dicat, dictum hoc ad «
Saluatorem pertinere, attendat animũ. Dan, inquit, catulus leonis, perspicuum reddit propositum, nominatim tribu Dan, de qua nascetur diabo-

lus. Quemadmodum enim è tribu Iu-
da natus est Christus, ita nascetur è
tribu Dan Anti-Christus. Cùiꝰ Domi-
nus ac saluator noster Iesus Christus
filius Dei propter regiã & illustrem
naturam, leo sit ante prædicatus: eo-
dem modo scripturæ diabolum ob ty-
rãnicam ac violentam indolem, leo-
nem similiter fore prædicauit. Nã per
omnia seductor ille vult imitari filiũ
Dei. Leo Christus, leo quoque Anti-
christus. Christus rex cælestium atq;
terrestrium, rex etiam nascetur super
terram Antichristus. Demõstratur est
Saluator vt agnus, ipse quoque nasce-
tur in circũcisione. Christus misit A-
postolos ad omnes gẽtes, hic itidem
mittet pseudo-apostolos. Christus o-
ues dispersas cõgregauit, hic populũ
Hebræorum dispersum ad eundẽ mo-
dum cõgregabit. Christus dedit cre-
dẽtibus in eum pretiosam ac vitifi-
crum est. Apparuit Dominus in figura
humanã, sic iste ꝓdibit sub forma ho-
minis. Ex Hebræis ortus est Christus,
hic quoque nascetur è Iudæis. Christ
stus ostendit carnem suam tanquam
templum,

*Christus di-
citur est leo:
item Anti-
christus diuersis de
causis.*

*Antichris-
tus per om-
nia volet
imitari
Christum.*

templũ, ac suscitauit tertia die, sic iste
Hierosolymis suscitabit templũ lapi-
deum. Atq; has illius fallacias ex ijs
quę deinceps exponemus, liquidò in-
telliget, qui attentè nos audient. Nã
è scripturis duplicẽ aduentum Chri-
sti ac Saluatoris didicimus. Ac prior
quidẽ secundũ carnem, fuit abiectus:
cò quòd ille humilis apparuerit. Ita
posterior eius aduẽtus prædicatus est
gloriosus: quoniam veniet è cælis cũ
potẽtia, cum angelis & gloria patris.
Prior ipsius aduentus præcursorem
habuit Ioannem Baptistam, posterior
autem, quo venturus est in gloria, E-
noch, Eliam, & Ioannem Theologũ
exhibebit. Humanitatem spectra Do-
minus vt vel extremis tẽporibus mor-
talium curam gerat, ac misereatur.
Ac ne tunc quidem sine prophetis
nos relinquet: sed missurus est eos ad
doctrinam nostram certámque scié-
riam, atque vt animos attendamus in
aduentum aduersarij, vt ibidem Da-
niel prænũstrauit. Inquit enim. Te-
stamentum confirmabit multis heb-
domada vna: & in médio hebdoma-
dæ auferetur sacrificium & hostia.

*Cautè lege
de Ioanne,
nam duerũ
tantũ pro-
phetarum
mentio fit
ca. 11. Apo
cal.*

Dani 9.

Vna hebdomada septennij demonstrationem indicat posterioribus futuram temporibus. Accedimidium hebdomadæ sument duo propheræ cum Ioanne, ad denunciandum per vniuersum mundum aduentum Antichristi, hoc est, mille ducentos sexaginta dies, amicti saccis: faciéntque signa & prodigia, vt vel hac ratione flectant & conuertãt homines ad pœnitentiã, propter immensam eorum iniquitatẽ & impietatem. Quòd si quis velit eis
Apo. 11. » nocere, ignis egredietur ex ore ipsorum, & deuorabit hostes eorũ. Hi potestatem habent claudendi cælum, vt pluat diebus aduentus Antichristi: & aquas conuertendi in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga quotiescũque voluerint. Cũmque perfecerint hæc omnia, occumbent gladio interfecti à diabolo. Et insepulti erunt testimonium suum, vt iisquite-
Imò videtur esse Ioannes. tiam Daniel: qui peruidit bestiam ascendentem ex abyssõ cum eis bellaturam; id est, Enoch, Elia, & ipsum, & superatos eos inire dicturam, propterea quòd noluerint gloriam dare diabolo. Illud est exiguum cor-

nu; quod emergebat. Nam Antichristus elatus corde, postea incipiet extollere seipsum, & glorificare tanquam Deum, persecutione sanctos, & blasphemia Christum incessens. Verùm quia narrationis series necessariò nos deduxit ad dies regni aduersarij illi⁹, primò natiuitas eius est exponẽda atque incrementum: tum sermo (vt antea diximus) deducendus ad explicandum quo pacto per omnia diabolus & filius iniquitatis sit Saluatori nostro se exæquaturus. Sic enim nos docet demõstratio. Cùm Saluator mundi genus humanum saluare decreuisset, ex immaculata virgine Maria natus est, & in figura carnis hostem contulcauit suę diuinitatis propria potẽtia. Ad eũdem modum etiam diabolus ex impura muliere prodibit super terram: sed falsò nascetur ex virgine. Etenim Deus noster in carne versatus est nobiscum, nostræ non dispari, quã ipse fecit Adamo, posterisq; eius omnibus absque peccato. Sed diabolus licet carnẽ assumat, hoc opinione tãtum. Qui enim carnem ferret, quam ipse non cõdidit, sed oppugnat quo-

De natiuitate & progressu antichristi.

Caue prouisus, quia Paulus vocat Antichristũ hominem peccati, 2. Thess. 2.

tidie? Hãc (opinor) dilecti, carnis suę substantiam phantasticam assumit or-
gani vice. Propterea edetur ex virgi-
ne veluti spiritus: qui quidem nunc
reliquis apparebit caro. Nam virgi-
nem peperisse solam sanctissimam no-
uimus: quæ carnigerum verè genuit
Exod.13. & 34. Num.8. Luca 2. Saluatorem. Siquidem Moses ait, Om-
ne masculinum adaperiens vulvam,
sanctum Domino vocabitur. Hic au-
tem nequaquam. Sed quemadmodū
hostis nõ aperiet vulvam, ita nec car-
nem veram assumet, aut circumci-
detur, vt & circunciſus est Christus.
Hypocriticis mores Antichristi Et sicuti Christus elegit Apostolos,
sic ille integrum populum discipulos
sibi asciscet nequitia sui similes. In
primis autem Iudaicam gentem ama-
bit, apud eos omnes signa edet & mi-
renda miracula, non vera, sed falsa, ad
seducẽdos sui similes impios. Etenim,
si fieri potest, etiam electos abducere a
dilectione Christi. Verum in primor-
diis suis clemens erit, factus ad dilec-
tionem, quietus, religiosus, pacificus,
qui odio prosequatur iniustitiam, de-
testetur munera, idololatriam non
admittat, amet scripturas, recerea-

tur sacerdotes, canitiem honori ha-
beat, scortationem repudiet, adulte-
rium abominetur, obtrectationes nõ
audiat, deierationes non recipiat,
hospitalis, studiosus pauperum, mi-
sericors. Postea edet prodigia, lepro-
sos mundando, paralyticos excitan-
do, expellendo dæmones: longin-
qua non aliter quàm præsentia de-
nunciabit, excitabit mortuos, viduis
opem feret, pupillos tuebitur, cun-
ctos diliget, conciliabit homines *Ephes. 4.*
contendentes ad amicitiam, his ver-
bis: Sol non occidat super iracundiã
vestram. Non possidebit aurum, nec
diliget argentum, diuitias non am-
plectetur. Atque hæc omnia faciet
consilio simulato ac fraudulẽto: quò
circũueniat omnes, vt se regẽ credant.
Nam vbi populi ac multitudines tã-
tas eius virtutes atque facultates per-
spexerint, vno consensu conuenient
omnes vnum in locum, ad creandum
illum regem. Ac potissimũ Hebræo-
rum gens præ omnibus ipsi tyranno
chara erit, dicẽtque alius alij. Nun-
quid in generatione nostra talis ac
tam bonus & iustus homo inueniri

potest Iudæi præcipuè, vt iam dixi, sperantes se spectaturos illum regem tali in imperio, quem adcũres his verbis alloquentur: Omnes tibi obtemperamus, omnes in te fiduciam collocamus, agnoscimus te iustum super omnem terram, omnes tua opera saluum nos consecuturos speramus, & ex ore tuo iustum & incorruptum iudicium accipiemus. Atque initio quidem mendax & iniquus ille subdolè gloriam hanc repudiabit: at perseuerantes homines & obsecrantes, illum declarabunt regem. Postea extollet animũ, & qui prius erat mansuetus, euadet ferox: qui dilectionem amplectebatur, fiet immisericors: qui animũ gerebat summissum, superbus atque inhumanus euadet: qui oderat iniustitiam, iustos persequetur. Deinde sublatus in regnum suum, bellum instruet, iràque percitus tres magnos reges percutiet, Aegyptiorum, Afrorum, atq; Aethiopum. Inde templum constructet Hierosolymis, quod cõsecratum excitatum tradet Iudæis. Tum efferetur animo in omnes homines: quinetiam in Deum ipsum contume-

Arrogãtia antichristi.

liosa verba proloquetur, sperans dolosus ille in posterum se perpetuò regnaturum super terram, ignorans misser regnum suum breui irritum fore: & quàmprimùm se recepturum ignẽ paratum ipsi cum omnibus qui crediderint & seruierint illi. Nam cùm Daniel dixerit: Testamentum confirmabit multis hebdomada vna, septem annos declarauit. Dimidium hebdomadæ prædicabunt prophetæ: dimidium hebdomadæ, hoc est, tres annos cum dimidio regnabit Antichristus super terram, post auferetur regnum illius & gloria. Aduertite qui Deum diligitis, qualis afflictio futura sit illis temporibus. At illis duntaxat temporibus. Tunc iniquus ille elato animo dæmones suos congregabit humana specie: & eos qui illum ad regnum inuitarunt, fastidiet, animásque multas inquinabit. quippe principes eis cõstituet ex dæmonibus. Nec iam velut religiosus, sed planè austerus, seuerus, iracundus, plenus excandescentiæ, truculentus, inconstans, terribilis, grauis, odiosus, contemptor, immitis, exitiosus, nequam, in eo studium

Daniel. 9.

Regnũ Antichristi trium annorum cum dimidio.

& operam collocans, vt vniuersum genus hominum in fossim interitus coniiciat, signa falsa multiplicabit. Cunctis enim populis fausta omnia acclamantibus, propter obiectas species, vehementi & grandi voce clamabit, ita vt moueatur locus in quo turbæ astiterint ei: Perspicite populi, tribus ac gentes magnam meam potestatem ac potentiam, virésque imperij mei. Quis princeps tam potens, atque ego? Quis Deus magnus, præter me? Potentiæ meæ quis resistet? Transferet montes ante oculos spectãtium, siccis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem è cælo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem: solem circumaget quò libuerit. Et vt semel dicam, elementa omnia terræ marísque vi oblatæ apparitionis à se coram spectãtibus obtemperare sibi demonstrabit. Nam ipse modò non conspicuus filius perditionis, visibiliter tamen nobis bellum adpugnas & cædes immittit atque excitat: tunc cùm in propria persona veniet ipse, ac verè illum homines intuebuntur, quas non machinas, dolos ac

species molietur, ad seducendos cunctos homines & abducendos à via veritatis & regni porta? Deinceps post hæc omnia cælum non dabit rorem suum, nubes non præbebunt aquam, terra denegabit fructus suos, mare graui replebitur odore, flumina desiccabuntur, morientur pisces maris, homines fame sitíque peribunt: pater amplexus filium, mater item filiam, vnà morientur, nec erit qui sepeliat. Verùm vniuersa terra perfundetur fœtore corporũ morticinorum, passim iacentium. Mare quoque non recipiens fluminum incursus, cœni instar fiet, infinitóque & graui odore replebitur. Tum pestis inualescet super vniuersam terram: tum lamentatio carens omni consolatione, tum eiulatus immodicus, tum fletus continui. Tum homines beatos prædicabunt eos, qui antea decesserunt, dicentes eis, Aperite sepulchra vestra, nósque miseros excipite. Aperite oculos vestros, vt suscipiatis miserabiles cognatos ac familiares vestros. Beati estis vos, qui non spectastis dies istos. Beati vos, qui non vidistis vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam istam, tot dolores nobis & cruciatus afferentem: nec pestem istam vincentem omnia remedia: neque necessitatem istam, quæ occupat animas nostras. Inde impurus ille mandata mittet per vniuersam prouinciam, operá tum dæmonum, tum sensibilium hominum, qui dicát, Rex magnus natus est super terram, venite omnes adorate eum, properate omnes ad spectandas vires potentiæ eius. En vobis præstabit frumentũ, vinum vobis largietur, opes pretiosas ac sublimes dignitates. Eius namque imperio omnis terra maréque obtemperat. Ad illum omnes accedite. Mox cũcti ciborum penuria accedent, atque adorabunt eũ: quibus dabit characterem in dextra manu & fronte, ne quis dextra hac pretiosam illã crucem pingat in fronte. Ex quo tempore nõ poterit vllum signare membrorum suorum, sed adhærebit seductori, eique seruiet, neque ducetur pœnitudine: sed perijt ille tum quod ad Deum, tum quod ad homines attinet. Ita seductor ille dabit eis pauca cibaria, idque ob impetrum sigillum suum. Sigillum illius tam

Sigillum

in fronte quàm dextra manu est calculus χξς. At, vt opinor neque certò hoc scio, quod in scriptura quæ est in calculo illo, permulta reperiantur nomina, quæ numerum illum habeant. At dicimus fortasse scripturã illius sigilli esse ὀρθμὸν, id est, nego. Nam antea quoque hostis ille nobis aduersarius opera ministrorum suorum, hoc est, idololatrarum, Christi martyres horrentium. Negato, aiebat, Deum tuum crucifixum. Tale erit tẽpore illius honestatis omnis oris signum dicens: Nego creatorẽ cæli & terræ, nego baptisma, nego adorationem à me Deo præstari solitã: tibi adhæreo, in te credo. Hoc ecciabẽt, Ne credatis hosti qui vẽturus est & apparebit. Nempe aduersarius est, corruptor & filius perditionis, & seducit vos, ob eámque causam vos interficiet. Et rõphæa feriet illos. Attendite fraudẽ hostis, insidias cognoscite illius dolosi: quemadmodum hoc tuò studeat. Dæmones enim suos velut splendentes angelos reddet, innu-

Antichristi Character

ἐστὶ χξς significat numerũ 666. sexcentos sexaginta sex, de quo Apocal. 13. in fine sit mentio.

meráſque copias ſpirituum incorporeorum adducet: & coram omnibus in cælum aſſumi ſe demonſtrabit, cum tubis ſonis & clamore valido prædicantium illum hymnis indicibilibus. Itaque ille tenebrarum hæres, inſtar lucis fulgens, interdum volitans in cælos, quandoque deſcendens cum gloria magna ſuper terram, nonnunquam dæmonibus imperans, velut angelis adiuſſa ſua peragenda cum timore & tremore multo, conſeſtim mittet dæmonum cohortes ad montes, ſpeluncas & cauernas terræ, qui ſcrutentur eos qui ſubduxerunt ſeſe ab oculis eius: & adducent eos ad adorandum illum. Ac ſibi obtemperantes ſigillo ſuo notabit: recuſantes verò imperium ipſius, pœnis incomparabilibus acerbiſsimiſsque tormentis & machinis abſumet: qualia nunquam fuerũt, nec auribus homo percepit, nec oculis mortalium cõſpecta ſunt. O beatos, qui tunc tyrannum illum deuicerint! Quippe prioribus martyribus illuſtriores & ſublimiores declarandi ſunt: propterea quod ſuperiores martyres illius dũtaxat ſa-

tellites ſuperarunt, hi verò diabolum ipſum filium perditionis expugnarint, ac victoriam reportarint. Quibus igitur encomiis & coronis nõ ornabuntur à rege noſtro Ieſu Chriſto? Sed reuertamur ad propoſitum. Tunc homines vbi ſigillum acceperint, nec eſcas, nec aquam inuenerint, adibunt eum cum voce acerba dicẽtes: Da nobis quod edamus & bibamus. Nã omnes præ fame cunctiſque neceſsitatibus deficimus. Iube cælũ præbere nobis aquam, abige à nobis beſtias hominẽs deuorantes. Tum doloſus ille reſpondens, multa cum inhumanitate ſubſannabit illos, his verbis: Cælũ negat pluuiã, terra non iterum producit germina ſua: vndénam ego vobis alimenta ſuppeditabo? Auditis his verbis doloſi illius, miſeri tuc intelligẽt, cum eſſe improbum illum diabolum. Tunc plangent miſerè, plorabunt vehementer, faciem manibus ſuis contundent, capillos ſuos euellent, genas vnguibus dilacerabunt, alios alij diccentes, O calamitatem! O acerbã negotiationem! O pactum fraudulẽtum! O caſum ingentẽ! Quomodo nos im-

postor seduxit? Quomodo adhæsimus ei! Quomodo retibus illius capti sumus! Quomodo verriculo illius impuri concluſi! Quomodo ſcripturas audientes non intelligebamus? Siquidé tunc illigati rebus vitæ ac deſiderio huius ſeculi, perfacilè adducentur ad diabolum, & ſignabũtur. At multi qui audient ſcripturas diuinas, eas in manibus habebunt, mente verſabunt, impoſturam illius euitabunt. Clarè enim perſpicient inſidias eius, & impoſturæ arrogãtiam: effugiẽtque è manibus eius ad mõtes, & occultabũtur in cauernis terræ, cum lachrymis & contrito corde quærentes illum amatem hominũ, qui eripiet eos è laqueis illius, & conſeruabit à moleſtis illius ſcandalis: dexteráque manu ſua, inuiſibili modo, proteget eos qui diligẽt ac iuſtè ei ſupplicabunt. Vides, quali ieiunio quibuſue precibus tunc ſtentur ſancti. Simul diſce, quàm dutum tẽpus ac dies orientur illis qui in vrbe agi ſique erunt. Accedent ab occidẽte ad orientem vſque plorantes pãiorem in modum, grauitéque plangent. Illucſcente die noctem expe-

ctabunt, vt requieſcant ab operibus ſuis: vbi nox comprehenderit illos, ob crebras terræ concuſſiones aëriſque tempeſtates, quærent, vt vel aſpiciant lumẽ diei, & qua ratione poſſea in acerbam mortem deueniant. Tum lugebit vniuerſa terra vitam cruciatuum plenam. Lugebit mare, lugebit aër, lugebit ſol, lugebunt animantes feræ cum volatilibus, lugebunt mõtes & colles, ac ligna campi propter genus humanum: eò quod omnes deſecerint à ſancto Deo, & crediderint impoſtori illi, ſuſcepto charactere impuri illius & hoſtis Dei, loco viuificæ crucis Saluatoris. Lugebunt etiam eccleſiæ luſũ magnum: quia nec oblatio, nec ſuffitus fiat, nec cultus deo gratus. Sed eccleſiarum ædes ſacræ, tugurij inſtar erunt, pretioſiſmique corpus & ſanguis Chriſti non extabit in diebus illis, liturgia extinguetur, pſalmorum decãtatio ceſſabit, ſcripturarum recitatio non audietur. Sed erũt ſuper hominũ tenebræ, lamentatio ſuper lamentationẽ, væ ſuper væ. Aurum & argentum tunc proiicietur in plateas, nec quiſquam colliget: caſed

Euchariſtia deſectus.

omnia abominationi habebunt. Cū
cti enim aufugere conabuntur & ab
scondi: nusquam tamen latere pote
runt à malis aduersarij: sed notam il
lius circunferentes facilè cognoscen
tur, ac noti eius declarabuntur. Ex
trà timor, intus tremor nocte diēque,
tum in platea, tum domi mortiferum
plateis & domibus fames ac siris: in
plateis tumultus, in domibus plāctus.
Pulchritudo aspectus faciei tabescet.
fient enim formę eorum tanquā mor
tuorum. Venustas mulierū exarescet,
cupiditas omniū hominū euanescet.
Neque tamen eo tempore miserieors
& hominum amans Deus relinquet
humanum genus omni consolatione
destitutum: sed decurtabit dies illos
& tempus trium annorum semis con
cisum reddet, propter reliquias la
titantium in montibus & speluncis:
ne phalanx illa sanctorum illorum
omnium deficiat. Sed dies illi celer
ter transibunt, seductoris & Antichri
sti regnum citò rolletur. Deinde in
ictu oculi præteribit species mundi
huius, hominumque potētia euacua
bitur, & cuncta quæ cadunt sub ocu

Secundus Christi aduentus.

los delebuntur. Cùm igitur, dilecti,
futura sint hæc quæ antè diximus, di
uisāque in duas partes vna hebdoma
da, & abominatio desolationis tunc
exiterit, & præcursores Domini cur
sum suum peregerint, mūdo denique
vniuerso ad consummationem pro
perante, quid superest, nisi aduentus
Domini & Saluatoris nostri Iesu
Christi, filij Dei, de cælis, in quē spe
ramus: qui exustionem ac iustum
omne iudicium educet in eos qui nō
crediderint ei? Ait enim Dominus:
Quemadmodum fulgur exit ab Oriē
te, & apparet vsque ad Occidentem:
sic erit etiam aduentus filij hominis.
Vbi enim fuerit cadauer, illic eōgre
gabuntur & aquilæ. Orietur enim ab
Oriente ad Occidentem vsque signū
crucis superantis splendorem solis,
denuncians aduentum & apparitio
nem iudicis: vt reddat cuique secun
dum opera sua. Nam de resurrectione
vniuersa & de regno sanctorum lo
quitur Daniel: Et multi dormientiū
excitabuntur è puluere terræ: hi in
vitam æternam, illi in cōtumeliam &
ignominiā æternā. Esaias autē dicit,

Secundus aduentus Christi.

Matt. 24.

Signū crucis apparēs.

Dan. 12.

Esai.26. Resurgent mortui, & excitabuntur qui sunt in monumentis, ac lætabuntur habitãtes in terra, Dominus quoque noster ait, Multi in illa die audient Ioan.5. vocem filij Dei. Et qui audierint, vivent. Tunc enim sonabit tuba, & excitabit dormientes è profundissimis terræ, tam iustos, quàm peccatores, omnísque natura, lingua, gens, & tribus resurgent in ictu oculi, & astabunt super faciem terræ, expectantes iudicium atque terribilis iudicis aduentum in timore & tremore inenarrabili. Fluuius enim igneus egrediens cum fœtore instar maris sæui exuret montes & colles, & mare delebit, ac æthera velut ceram inflammatione dissoluet. Stellæ cadent de cælo, sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, cælum more libri volutabitur. Extremetur vniuersa terra, propter opera quæ in ea corruperunt homines, in fornicationibus, adulteriis, mendacijs, immunditijs, idololatrijs, cædibus ac pugnis. Nam fiet cælum nouum & terra noua. Tunc sancti angeli dicerent, congregantes omnes gentes, Iudicium. quos expergefaciet horrenda vox illa tubæ: sistentúrq; ad tribunal Christi, qui fuêre quondã reges, principes, põtifices, sacerdotes: vt administrationis suę & ouilis reddãt rationẽ: qui videlicet per negligẽtiam suã perdiderunt onem de grege suo. Adducentur eo tempore milites, qui non contenti stipendiis suis vexarunt viduas, pupillos & pauperes. Tunc sistentur tributi exactores, qui plus quàm sit imperatum, pauperi eripiunt. Itidem qui probum aurum adulterant, vt dãno pauperem afficiant, in agris, in domibus, in ecclesiis. Tunc exurgent effœminati cum pudore, qui quidem tronum proprium immaculatum non seruauerunt: sed quauis carnis pulchritudine capti, sua desideria sunt secuti. Tunc qui dilectionem domini non seruarunt, exurgent Mœsti ac tetrici: eo quòd Saluatoris mandatũ facilè contempserunt, quod præcepit, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Tunc qui habuerint libram iniquam, stateras, mensuras, modios iniustos, gement expectantes iustum iudicem. Sed quid plura de sistendis addimus? Tunc iusti fulge-

bunt vt soli peccatores autem tristes & tetrici apparebunt. Vtrique enim & iusti & peccatores resurgent incorruptibiles: iusti, vt perpetuò sint in honore ac immortalibus fruãtur deliciis: peccatores, vt per iudicium pœnas luant sempiternas. Quisque igitur vestrum perpendat apud se, tum bonorum, tum malorum iusto iudicio rationem reddendam. Nam adstabunt omnes hominum vnumquemque tam probum quàm improbum circundabunt. Quandoquidem virtutes cœlorum mouebuntur, & omnia timore ac tremor absument, cœlum, terram, ac subterranea: & omnis lingua confitebitur eum, & fatebitur eum qui venient iustum iudicium iudicaturum Deum sortem & conditorem omnium. Tunc cum pauore ac stupore procedét Angeli, Throni, Potestates, Principatus, Dominationes, multis oculis & alis sex prædita Cherubim ac Seraphim, fortiter clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth omnipotens: plenum est cœlum & terra gloria tua. Et reuelabitur Rex regum & Dominus dominantium,

ac iudex qui personam non accipit, sed cuique quod iustum est distribuit, in throno terribili & exaltato. Et videbit omnis caro mortalium faciem eius, tum iustus, tum peccator, cum timore ac metu ingeniti. Tum adducetur filius perditionis, id est, diabolus, cum dæmonibus & ministris suis, ab angelis seueris ac rigidis: tradéturque igni inextinguibili, vermi non dormienti, ac tenebris exterioribus. Videbit enim populus Hebræorum illum in figura humana, quemadmodum illis ex sancta virgine per carnem apparuit, & sicuti crucifixerunt eum: ac ostendet eis manuum pedúmque clauos, latus suum lancea perforatum, caput coronatum spinis, ac pretiosam crucem. Denique omnia videbunt Hebræi, & plangent ac plorabunt, quemadmodum propheta clamat, Videbunt in quem transfixerunt: nemóque feret opem illis, aut miserebitur eorum: quia non egerunt pœnitentiam, nec acquieuerunt: etsi sunt à via sua praua. Itaque discedent hi in supplicium æternum cũ dæmonibus & diabolo. Deinde cõ-

Zach. 12. & Ioan. 19

gregabit omnes gentes, vt clara voce clamat Euangelium. Quid enim ait Matthæus Euangelista, imò Dominus ipse in Euangelio? Cùm venerit filius *Matt. 25.*
» hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriæ suæ: & congregabuntur coram eo omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, veluti pastor separat oues ab hœdis: & constituet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tum dicet his qui erunt à dextris eius, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Venite prophetæ, propter nomen meum expulsi. Venite patriarchæ, qui ante aduentum meum obtemperastis mihi, regnúmque meum desideraßis. Venite Apostoli, mearum afflictionum participes, dum inter homines agerem, propter Euangelium. Venite martyres, qui confessi me coram tyrannis tormenta multa atque supplicia pertuliſtis. Venite pontifices, qui purè mihi sacrificium die noctéque obtuliſtis, ac pretiosum corpus & sanguinem meum immolastis quotidie. Venite sancti, qui in montibus, *corpus & sanguinem Christi.* speluncis & cauernis terræ exercuiſtis vos, qui per continentiam, preces & virginitatem seruastis nomini meo. Venite adolescentulæ quę thalamum meum exoptastis, nec præter me sponsum alium dilexistis, quæ per martyrium & pietatis exercitationem mihi immortali ac incorruptibili sponso copulatæ estis. Venite, qui dilexistis pauperes ac peregrinos Venite, qui charitatem meam seruastis sicuti sum ego charitas. Venite socij pacis: ego enim sum ipsa pax. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum: qui nihili feciſtis diuitias, qui pauperis estis miserti, qui tuliſtis opem pupillis, qui viduis estis auxiliati, qui sitientibus potum dediſtis, qui panistis esurientes, qui excepiſtis peregrinos, qui nudos induistis, qui visitastis infirmos, qui detentos in carcere consolati estis, qui cæcis auxilio fuistis, qui sigillum fidei conseruastis illæsum, qui concurristis ad ecclesias, qui scripturas meas audistis, qui sermones meos expetistis, qui le-

Inuitantur sancti cuiuscúque ordinis ad capessendum regnum cæleste.

Pontifices immolant

gem meam noctu diuque seruastis, qui tanquam strenui milites diuturnum mecum toleraſtis, mihi regi cælesti placere ſtudentes: Venite, hæreditatis iure poſsidere præparatum vobis regnum à conſtitutione mundi. En regnum meum paratum eſt, En paradiſus, En immortalitas mea decorata eſt, Venite omnes, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Tunc reſpondebunt iuſti, attoniti magnitudine miraculi, quòd à quem ordines angelorum intueri clarè ac verè non poſſunt, conſolantur eos velut amicos, clamabúntque ad illum: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus? Domine, quando te vidimus ſitientem, & potauimus potum? Stupende, quando te vidimus nudum, & operuimus? Immortalis, quando te vidimus peregrinum, & collegimus? Amator hominum, quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Tu es, qui ſemper eſt. Tu vnà cum patre es principio, & coæternus es Spiritui ſancto. Tu es, qui ex nihilo omnia creaſti. Tu es rex angelorum. Tu

es, quem tremunt abyſsi. Tu es, qui lumine indueris, vti veſtimento. Tu es, qui nos creaſti ac finxiſti è terra. Tu es, qui inuiſibilia condidiſti. A facie tua fugit vniuerſa terra: & quo pacto nos regiam tuam dignitatem ac dominationem excepimus hoſpitio? Tum reſpondebit iterum rex regum, dicens eis, Quatenus feciſtis vni ex fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Quatenus hos, quos antè dixi vobis, excepiſtis, induſtis, aluiſtis, potu recreaſtis membra mea, pauperes dico, mihi feciſtis. Verùm accedite ad regnum vobis paratum à conſtitutione mundi, fruamini in ſeculum ſeculi, à Deo patre meo cæleſti, ac perſancto & viuifico ſpiritu. Ecquod os enarrabit bona illa, quę oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēderunt, quæ præparauit Deus diligentibus eum? Noſtis gaudium perpetuum, noſtis regnum incōcuſſum, noſtis delicias nullum finem bonorum habentes. Diſcite quoque acerbā vocem, quām in eos qui ſtabunt à ſiniſtris, eloquetur iuſtus iudex & Deus clemens cum ira & indignatione ve- *Pſal.103.*

Sententia Christi in impios

hementi: Discedite à me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo & angelis eius. Ipsi vobis hęc comparastis, iisdem vos fruamini. Discedite à me maledicti in tenebras exteriores, & in ignem qui non extinguitur, paratum diabolo & angelis eius. Ego formaui, & adhæsistis alteri. Ego sum, qui de vulua eduxi vos, & me reiecistis. Ego sum, qui iussu meo de terra vos formaui, & alij vos adnutristis. Ego sum, qui vos enutriui, & alteri seruistis. Ego terram ac mare in alimentum vestrum & vitę terminum cõstitui: at vos præceptis meis nõ paruistis. Ego lucẽ vobis creaui, vt die fruereminini: itidem nocte, vt requiesceretis: at vos improbis factis me irritastis ac repulistis, foręsque affectionibus aperuistis. Discite à me operarij iniquitatis. Nescio vos, nõ agnosco vos: alterius domini operarij estis, hoc est, diaboli. Possidete cũ ipso tenebras, atque ignem qui non extinguitur, & vermem qui nõ dormit, ac stridorem dentium. Nam esurui, & non dedistis mihi quod manducarem, Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes fui, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me. Aegrotaui, & nõ visitastis me, In carcere fui, nec venistis ad me. Aures vestras cõclusi, vt audiretis scripturas: at vos parastis eas ad cãtica dæmonum, citharas & ridicula. Oculos vestros creaui, vt perspiceretis lumẽ præceptorum meorum, eáq; exequeremini: at vos accersistis stupra & impudicitias, & ad reliquam immunditiam ipsos aperuistis. Os vestrum cõposui ad glorificandum & laudandum Deum, & psalmos cãtionésq; spirituales pronũciandas, lectionésq; continuã meditationẽ: at vos aptastis illud ad conuitia, deierationes & blasphemias, dũ sedẽtes obtrectatis proximis vestris. Manus vestras feci, vt ad preces & obsecrationes extenderetis eas: at vos ad rapinas, cædes & mutuas occisiones expandistis. Pedes vestros ordinaui, vt ambularetis in præparatione Euangelij pacis, tum in ecclesiis, tum in domibus sanctorum meorũ: at vos docuistis currere ad adulteria, stupra, spectacula, saltationes, in sublime iactationes. Iam solutus est conuentus

publicus, spectaculum desit mūdi huius, præterit deceptio ac species illius mihi adhærescite, cui flectitur omne genu cœlestiū, terrestriū & infernorū. Omnes enim qui neglexerint misericordiam exercuerint: hīc bona merendo, nihil eis deberur, nīsi ignis qui non extinguitur. Humanus enim sum: at iustus quoq; iudex. Nam omnes pro dignitate remunerabor, omnibus pro cuiusque labore mercedem præstabo, omnibus pro suo cuique ne præmia rependam. Misereri volo sed oleum in vasis vestris non video. Misericordiam exhibere desidero, sed trāsegistis vitā omnē sine vlla cōseratione. Affectu misericordiæ ergo vox commoueri propero: sed lampades vestræ caliginosæ sunt præ cordis duritia. Discedite à me. Iudiciū enim fiet ei sine misericordia, qui nō fecit misericordiā. Tunc ipsi etiam respōdebunt horrendo ac personas nō accipienti iudici: Domine, Quando te vidimus esurientem ac sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Domine non agnoscis nos? Tu

nos formasti, tu nos cōdidisti, tu nos è quatuor elementis cōposuisti, tu spiritum & animam inseruisti. Tibi credidimus, sigilli tui participes facti sumus, baptisma tuum accepimus, te confitemur Deum, te nouimus creatorem. In te signa fecimus, per te dæmonia expulimus, propter te carnem macerauimus, propter te virginitatem seruauimus, propter te castitatem nobis adsciuimus, propter te fācti sumus aduenæ terræ: & ais, Nescio vos. Discedite à me. Tum respondebit etiam illis, his verbis, Confessi estis me Dominum: sed verbis meis non paruistis. Signo crucis meę notati estis: sed hoc animi duritia deleuistis. Baptisinum meum recepistis: at præcepta mea non seruastis, at odiū fraternum ex animis vestris nō exeussistis. Nō enim omnis qui dicit mihi, « Domine, Domine, saluabitur: sed qui « facit voluntatem meam. Et discedēt « illi in supplicium æternum: iusti verò in vitam æternam. Audistis dilecti responsionem Domini, cognouistis sententiam iudicis, didicistis quàm horrendum iudicium & dies & hora

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos maneat: de eo soliciti cogitemus quotidie: hoc diu noctúque meditemur, in domibus, in plateis, in ecclesiis: ne in horrédo illo iudicio, in quo nulla est personarum acceptio, abiecti ac tristes adstemus condemnati: sed cum actione, vita, conuersatione, confessione pura: vt nobis quoque dicat ille misericors hominúmque amator » Deus, Fides tua te saluum fecit: vade » in pace. Item illud, Euge serue bone » & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Quod consequamur nos omnibus contingat gratia benuolétiáque Domini nostri Iesu Christi: cum quo Patrem eius initio carentem, cum sacrosancto, bono & viuifico eius Spiritu, nunc & semper decet gloria, honor, & adoratio.

APOCAL. II.

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

INDEX RERVM, Verborũ & sentẽtiarum, quæ in omnibus D. Iustini continẽtur scriptis, copiosius: primo numero folium, secundo paginam indicante.

A.

Aaronis virga quid præfigurabat fol. 120. pag. 2
Abel præputiatus Deo placuit folio 55. pag. 1
Abelis sacrificiũ cur Deo gratũ 179. 1. 2
Abraham christianus fuit 200. 1. 2
Abraham nõdum circunciſus fide iustificatus 59. 1
Abraham non propter circunciſionẽ, sed propter fidem iustus appellatus 125. 2
Abraham primus carnaliter circunciſus, à Melchisedech benedictionem accepit 51. 1
Abrahami progenies carnalis, Iudæi 77. 2
Abrahamo deus visus 89. 2
Abrahamo cur ad priſtinum nomen

alterum a additum 142.2
Achilles, iratus ob Briseïdem cæpit multis Græcorum exitio 190.2
Achristi, sunt inimici christo 202.2
Actiones omnes hominum vanæ quemque circundabunt 434.2
Adam ex terra factus, Eua ex costa 302.1
Ceth ex semine
Adamum deus præputiatum effinxit 55.1
Adam factus est, tenquam vnus ex nobis, exponitur 97.1. 198.1
Adam ante delictum nullius nouit bruti, neque rationalis animalis motum viderat 160.1
Adam peccando morti suos subiecit posteros 238.1
Adam, vbi est exponitur 101.1
Adam lapsum dei filius vt deus & homo in integrum restituit 250.1
Adam quo modo cõmunem cum posteris habet essentiam 225.2
Adamo & Euæ pelliceas tunicas non ex animalibus fecit deus, sed condidit 140.1
Adamo hominem alium antiquiorem fuisse Plato credidit 32.2
Adamum imitatur Christo qui non commoritur 2.2
Admonendus frater non iracunde 2.2
Adonis insano amore Proserpina & venus percitæ 89.2
Aduentus Christi duplex, qualis 70.2. 425.1
Aduentus duplex Christi per Iacob prædictus 85.1
Aduentus Christi duplex per Mosen figuratus 140.2
Aduentus Christi duos prænunciauerunt prophetæ 205.1
Adulter, quid Christianis 184.1
Adulterorum natos esse imperfectos 333.1
Adulterium abominabitur Antichristus 427.1
Adulteria sub finem mundi 419.1
Adulteris miscuerunt omnia angeli mali 170.2
Aegroti non negligendi 9.2
Aegyptij omnia animalia præter suè prodiis habebant 334.1
Aegyptus quibus disciplinis tempore Mosis floruit 329.1
Aemulatii per inuidiam, est longè a veritate semoti 32.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ab Aemulatione fidelis homo procul absit 10.1
Aer lugebit 432.1
Aëris intemperies sub finem mundi 419.2
Aërem infinitum rerum originem esse 131.1.2
Aeschylus quid de deo locutus 218.2
Aesculapius immortalis à Chirone mederi didicit 284.2
Aesculapij valetudinis curator primus de cœlo tactus, quàm in cœlum raptus 288.2
Aesculapius, vt Christ⁹, morbos profligasse falsò creditur Ethnicis 289.2
Aesculapium morborum profligatorem vnde finxerunt poetæ 207.2
Ad Aesculapium deiorquetur mortuorũ suscitatio & vnde hoc sumptum 207.2
Aeterno nulla re est opus, vt sit incolume 244.2
Aeternorum nullus est opifex, 278.2. 281.1
Aether inflãmatione dissoluetur 481.2
Afflictio quid homini prodest 381.2
Agni & lupi quando simul pascentur 116.1
Alexander Macedonum rex, per quæ præuisus à Daniele 422.2
Alexandri regnum in quatuor partes diuisum 422.2
Alleluia, quid significat 340.2
Amalechitarum memoriã deleuit Iesus 160.1
Amalechitas occulta manu debellauit Deus 83.1.
Amasis Aegyptiorum rex tempore Mosis 17.1
Amasis apud priscos legislator quintus 18.1.
Amen, hebraica dictio, quid significat 213.2.
Ament, quis 213.2.
Amicitia terrena non quærenda 3.2.
Ananias Christianus fuit 201.2.
Anathema & catathema quid, & qui differunt 380.1
Anaxagoras quid de rerum ortu senserit 13.2.
Anaximenes quid de rerũ principijs sensit 13.1
Angelus & Apostolus vocatur Christus 211.2. 212.1.2
Angelus homine superior 393.1
Angelus hominum cuique ad sui cu-

stodiam datus 331.2.332.1
Angeli semper augentur, nunquam minuuntur; & eorum munus 331.1
Angeli & homines cur dij vocantur 393.1.2
Angeli arbitrio libero præditi 122.2. 171.2.167.2
Angeli fœminarum amplexibus genios susceperunt: ac genus humanum sibi subegerunt; & quo modo 170.2
Angelorum ordines 434.2
Angelis æquiparabuntur in resurrectione electi 116.1
Angelos semper eosdem permansuros, nec posse vnquã dissolui 157.2
Angelos in cælo esse, probatur 119.2
Angustiæ gentium sub finem mundi 419.2
Anima vitæ particeps, quia eam deus viuere vult 44.2
Anima non eget corpore ad viuendum, nec ad cogitandum, sed contra 401.2
Animã qualis sit, indicat vita 6.2
Anima non aliunde patitur, quàm ex oblivione propria 285.2
Anima non facilè mutatur, quæ op-

primitur ignorantia 181.2
Anima à timore Dei separata mortua, fœtida, & impura 331.1
Ab anima Deus quãtum differt 404.2
De anima Philosophorum sententiæ variæ 15.2
Animæ non est mori, sed rei animatæ 353.1
Animam vniuersalem quartum esse principium 15.2
Animæ ad quid factæ 43.2
Animæ, si essent ingenitæ, non peccarent 44.1
Animabus promeritis varia loca destinata 43.2.1
Animas probat post mortem corporis mansuras 186.2
Animas post mortem manere, exemplo Samuelis, cuius anima euocata fuit 136.2
Animalia cuncta ex verbo Dei primùm orta 118.1
Animalia cum Deus cuncta fecit bona; cur in lege quædam ostendit immunda 353.1.2
animalia bruta an bene & vitiosè agant 384.2
Animalia fera partim ad hominum

castigationem facta 384.1
Animalia principio carere, aiūt Græci 241.2
Animalia omnia in Aegypto præter suem dij habita 354.2
Animarū aliud est, aliud anima 353.1
Animi tranquillitas vnde originem habet 3.2
Anni mille quo pacto intelligendi 115.2.116.1
Antichristꝰ ex Dā nasciturus 414.1.2
Antichristus falsò nascetur ex virgine, sed opinione carnē assumet, & eiusdem facinora 423.1.426.1.2
Antichristus, beatus vredinis à deserto 419.2
Antichristus horrenda edet miracula. 426.2.428.2. seque adorandum edicet 429.2
Antichristus leo, atque rex super terram nasciturus. 424.2. suscitabit Hierosolimis templum lapideum 428.2
Antichristꝰ creabitur rex ab hebræorum gente. 427.1.2. cuius regnum erit trium annorū cū dimidio 428.1
Antichristus exaltabit se, & glorificabit tanquam deum 429.1

Antichristus quo pacto agnoscetur esse diabolus 431.1
Antichristi regnum citò tollerur. 431.2
Antichristi sigillum quale 425.2. 430.1
Antichristo qui adheserint, quot & quantis afficientur miseriis, & pœnis 431.1.2.432.1
Antichristi multi facti sunt 420.2
Anytus & Melitus Socratis accusatores 24.1
Apion scripsit contra Iudæos 17.2
Apollo à Chirone mederi didicit. 213.1
Apostolus & Angelus vocatur Christus 181.2.211.2.212.1.2
Apostoli Angeli dicti 110.1
Apostoli falsi mundi sub finem exurgent 419.1
Apostolorum vox totum mundum gloria gratiáque Dei repleuit 76.1
Apostolorum prophetia quæ 418.1
Apostolorum testimonia eorum, quæ mundi sub finē sunt ventura 420.1
Aquæ in Baptismo necessaria 210.1.2
Aquæ lauacro est opus ad remissionem peccatorum 213.2

Aquam esse omnium principium Thales putauit 13.1.2
Aquam deorum originem esse 11.2
Aquam nubes non præbebunt ad finem mundi 429.2
Aquę cur sint in tergo cœli 361.1.2. 362.1.
Aquæ cœlum substinent, aquas terra 386.1
Aquas Ægypti Moses in sanguinã substãtiam mutauit, non autem incantatores 339.1
Arbitrium liberum nobis largitus est Deus 321.2
Arbitrij nostri est bene vel male vti rebus à Deo creatis, 339.1
Arbitrio libero homines, & Angeli præditi 128.2.191.2
ab Arbitrio libero pendet peccatum 359.1
Arbores adoratæ 289.2
in Arca Noë octo animæ quid præfigurabant. 165.2
Arca, ab Azotiis reducta, vbi primũ hæsit 461.2
Archelaüs æternum infinitum versũ originem statuit 13.2

Ardores, qui sedari nequeant sub finem mundi 419.2
Argentum non diliget Antichristus 427.1
Argentum & aurum sub finem mundi erit abominationi 437.1
Aridæus tyrannus parricida apud inferos petitur 29.2
Aristoteles non vnà cum Platone de Deo sentit 14.1.2
Aristoteles duo rerum principia constituit, Deum & materiam 15.1
Aristotelem pietatis doctorem apud Gentes esse 14.1
Aristotelicorum dogmatum aliquot confutatio 239.2
Arrogantes quàm stolidi 6.1
Ars & natura exsubstantiis faciunt, quod faciunt 396.2
Asina quid significabat 86.1
Astronomia Mosis tempore in Ægypto floruit 319.2
Aten ab Homero diabolum nominatum, ac de cœlo præcipitatum. 31.2.
Auari sub finem mundi exurgent. 419.1
Auaricia elaenda ex anima 50.2

non audiendum quicquam mali de quoquam 5.1
Aurum non posſidebit Antichriſtus 427.1
Auſcs explorator terræ Chananæ, quid figurabat 142.1
Auſæ nomẽ cur totum in Ieſum mutatum ſit 142.1
Auxiliũ à ſolo Deo petendum 214.2
Azarias Chriſtianus fuit 90.2
Azymi panes quid ſignificant 90.2

B

BAal idólo Iudæi olim ſacrificarunt 164.2
Baalis ſtatua à Iudæis culta 80.2
Bacchus poſt inuentam vitem necatus, reuixit, & in cœlum aſcendit: vnde eſt hęc fabula deſumpta 188.1.2 07.1
Baalam Iſraëlitis benedixit, & eorũ hoſtibus maledixit 318.2
Baptiſma Ioannis non erat ſecundũ legẽ, nónne erat contra legẽ 334.2
Baptiſma, quod ſolũ pœnitentes purgat 90.2
Baptiſma hæreticorum an ad ſalutem

cõducat, & vnctio ſancti vnguenti in Baptiſmo 323.2
Baptiſma abnegabitur Antichriſto tẽpore 430.1
Baptiſmo eſt opus ad remiſſionem peccatorum 213.2
Baptiſmo aqua neceſſaria 210..2
in Baptiſmo cur vnguntur Chriſtiani 390.2
Baptizantur pueri in eorum fide, qui ipſos afferunt ad Baptiſma 342.1.2
Barchotebas grauiſſimis tormentis Chriſtianos ſubiiciebat 192.2
Beatitudo infinita, eſt huius vitæ fructus 388.1
Beatus, qui mundum cor habet 10.1
Bellophontem æquo Pegaſo cœlum aſcendiſſe vnde finxerunt Poëtæ 207.1.188.1
Beſtia, à Daniele ſcripta, exponitur 422.2
Beſtiæ quatuor, quatuor regna figurantes, quæ delebuntur de terra 65.2.
Beſtiæ feroces partim ad hominum caſtigationem factæ 384.1

Bestiæ in Aegypto omnes præter suis dij habitæ 334.1
Bestias cùm Deus omnes fecit valde bonas, cur in lege quasdam earum ostendit immundas 353.1.2
Bibliotheca Alexandrina à quibus, & quo tempore apparata 20.1
Bochoris apud priscos legislator quis tus 18.1
Bonitas à fide profecta quid præstet 2.2
Bonum simpliciter, omnibus bonum est 250.1
Bonum summum, quid 289.1
Boni, malique an Deus causa 321.1
Bono malum opponitur 396.2
Bona præsentia virtutis laboribus non esse condigna 381.2
Bona, vsu vitioso mala sunt, non natura: bene vel malè vti, nostri est arbitrij 359.1
Bonorum maximum, Deus 285.1
Briseis, Achillis concubina, Græcis exitio 190.1
Bruta an bene & vitiosè agant 384.2

C.

CAdmus à Phœnicibus literas in Græciam importauit 19.1.2
Cain sacrificium cur à Deo reiectum 374.1.2
Canere cum instrumentis, saltationibus, & crepitaculis, est puerile 371.2
Caro mera sumus 3.1
Caro nostra, est mulieri propinqua 9.1
Carnem & sanguinem Christi in Eucharistia 213.2.214.1.
Carum natio barbara 148.2
Castitatem perpetuam nonnulli Christianorum seruant 184.1
Castores gemelli à Leda suscepti 188.1
Casus & fortuna quarum rerum sunt causa 253.1
Catathema & anathema quid, & qui differunt 380.1
Catenæ aureæ figmento quid intelligit Homerus. 27.1
Catulos leonis, Dan dicitur 424.1
Cellularum vestigia 72. interpretum Iustinius vidit 20.2

Chaldæ, & hebræi soli sapientiæ adepti 19.1 27.2
Chanaam à patre maledictus, vbi habitauit 166.2
Chananeorum terra à quibus possessa 166.2
Chaos primum fecit Hesiodus 258.1
Character Antichristi, qualis 430.2 432.1
de Cherubim quid sensit Plato Philosophus 131
Christiani à Christo denominati 98. 2.182.2
Christiani omnes, quasi vnus homo censentur ac Dei pontifices reddentur 141.2
Christiani sunt, qui cum ratione vixerunt, vt Socrates 201.2
Christiani imperterriti, & permanentes 202.1
Christiani cur orant ad solis ortum spectantes 374.2
Christiani soli exosi propter Christi nomen 189.2
Christiani à Iudæis, & Ethnicis deuouentur diris 114.2
Christiani falsò de venere promiscua accusati 132.1
Christiani falsi, & simulati quàm impij 115.1
Christianorum nonnulli perpetuam castitatem seruant 184.1
Christianorum literæ miraculis confirmatæ 394.2
Christianos fuisse causam victoriæ 216.1.2
Christianos adduci non posse, vt falsos deos colant 189.2
Christianos nemo tormentis terrere potest 140.1
Christus, hoc nomen vnctum significat 171.1
Christus nominatus & Iacob & Israel 163.169.1
Christus vocatur Angelus, & Apostolus 182.2.211.2.212.1.2 131.2
Christus cur filius dicitur hominis 424.2
Christus, Agnus ac leo dictus
Christus, Dei Testamentum 151.2
Christus, lapis angularis 227.2
Christi nomina, quot 68.1.220.2 2.1.155.1
Christus demonstratur esse Deus

150.151.152.153.154.
Christus est nobis lex vltima & sempiterna datus 47.2
Christus, lapide adhuc incumbente monumento, resurrexit: similiter ianuis clausis ad discipulos intrauit 377.2.378.1
Christi generatio duplex probatur 98.1
Christi progenies deducitur 194.1.2.
Christi sanguis non ex humano semine ortus, sed ex Dei voluntate 87.2.98.1
Christus ex genere Abrahami, & tribu Iudæ, virgineque dauidicæ stirpis natus filius Dei 76.2.
Christus sine peccato ex femine Abrahami de virgine natus 59.1
Christus homo eur de virgine natus 132.1
Christus homo, non ex communi hominum more genitus 87.1
Christus progenies, & sapientia patris.

Christus in obscuro vixit ad virilẽ vsque ætatem 97.1.2
Christi vita paucis narratur 105.1
416.2
Christus cur obseruauit legis mandata, & cur passus 122.2.
Christum vnde sumpsit vestes, quibus induebatur post resurrectionem 101.2
Christus cur vnctus à Maria 377.1.2
Christus cur Mariæ dixit, Noli me tangere 390.2
Christi sermo validus 339.2
Christi carnem & sanguinem in Eucharistia. 201.2
Christi pretiosum corpus & sanguis in Ecclesia non extabit sub finem mundi 213.2.214.1
à Christi legibus alienos vitare 432.1
Christi duplex aduentus qualis 10.1
85.1.205.1.425.1
Christo ignorãtiam tribuere impium 70.2
Christo nondum omnia subdita sunt 342.2.343.1
Christo qui non commoritur, Ada- 355.1

mum imitatur 2.1
Christum Deum ex miraculis intelligimus, hominem ex natura nostræ similí 133.2
Christum ex virgine natum probat Iustinus 101.2
Christum ex virgine nasci oportuisse 132.1.2
præter Christum nemo de virgine natus 77.2
Christum venisse probat Iustinus disputatione cum Tryphone 48.2. 49.50.&c.
de Christo prophetarum oracula 194.195 196.
Christi cur vocati reges 120.2
Cibus hominum ante diluuium qualis 279.1
Cibus sumendus non ad voluptatem, sed vt viuendo simus aliquibus vtiles 3.1.2
Cibo vtendum, quo minus esuriamus 8.1
Circuncisio carnalis cur Abrahamo data 52.2
Circumcisio non vt iustificatio, sed vt signum data 159.165.1
Circuncisio carnis, figura veræ circuncisionis 75.2

Circuncisio fœminis cur non præcepta 59.2
Circuncisionis sanguis iam vacuus 59.2
Circuncisionem spiritualem Enoch, & similes obseruauerunt 76.2
Circuncisione ante Abrahamum non erat opus 59.1
sine Circuncisione primi patres Deo placuerunt 125.2
Circuncisione optima quis circunciditur 63.1
Circuncisio vera, quæ 54.2
Circuncisio secunda, quæ 143.2. 144.1
Circuncisione secunda iam opus est 48.2
Cœlum ingenitum, & carens principio, ex Aristotele 255.1
Cœlum quali constet elemento 281.2
Cœlum an igneum 276
Cœlum nusquam est, necvllo in loco 259.1
Cœlum an sit opus naturæ 278.2. 279.1
Cœlum an leuitate & grauitate careat

Universidad de Deusto
Biblioteca

273.1.
Cœlum Aristoteles astruit esse sempiternum 363.2
Cœlum aquæ substinent 386.1
Cœlum, quod firmamentum dicitur, factum ex cœlo creato 32.2
Cœlum non dabit rorem suum sub finem mundi 429.2
Cœlum interiturum, ait Plato 34.1
Cœlum more libri volutabitur 433.2
fiet Cœlum nouum 433.2
Cœlum nouum vt figuratum 160.2
Cœli an plures, & quot 342.2 343.2
Cœlestis regio ob frugum prouentum distincta 270.1
Cogitatio & sensus, duæ facultates in nobis, quæ res apprehendunt 401.1
Colles lugebunt 437.1
ab omni Concupiscentia oportet fidelem abesse 2.2
in Concupiscentiis ambulantes sub finem mundi 420.2
Conditor & factor qui differunt 26.1

Consilium audiendum est, non dandũ tantummodo 5.2
Consilium, quod confert omnibus, per vnum proferendum 4.2
Consistentiarum diuinarum vnitas est individua, & quo modo 324.2
Consolatione omni carens lamentatio sub finem mundi 429.1
Contentio solet in authoris caput recidere 1.2
Contentiosus peccatum conduplicat 5.2
non Contendere cum veras rationes negligente 6.2
Contentus qui nõ est paucis Geryoni similis 8.2
Continens contento maius 322.2
Continens est propter custodiam & conseruationem contenti 322.2
Continentia christianorum quorundam perpetua 191.2
Contraria duo esse 244.1
Contrariorum eadem materia 272.2
in Contrariis generatio & corruptio 254.2
Contrarietates lationis sunt secun-

dum locorum contrarietates 269.1
Conuersationes à ratione alienas scire, prodest 1.1
per Conuersationem occulta cognoscuntur 6.2
Corpus omne aut impetu, aut incremento mouetur 259.1
Corpus superum an igneum 276.2
Corpus simplex necessum est esse 268.1
Corpus eget anima ad viuendum, & sentiendum 401.2
Corpus Christi immolant Pontifices 435.1
Corpus Christi esse in Eucharistia 213.2.214.1
Corpus Christi pretiosum & sanguis in Ecclesia non exhibit in fine mundi 432.1
Corpora in monumentis iacentia resurrectionis spem habent 338.2
Corpuscula rerum principium esse ex Epicuro 13.2
Corruptio & generatio in contrariis 259.2
Creati nomine continetur corporea & incorporea 403.1
Creaturam Deus fecit, quę prius non erat, quia voluit. 403.2
Creaturæ Deum non augent 376.1
Crescens iactator philosophus cõtra Christianos 172.2
Crocodilos coli 189.2
Cruciatus horrendi sub finem mundi 429.1.2
Crux vt figurata 111.1
Crux exitium attulit serpenti 115.1
Crucis signum per Mosis manus figuratum 140.2
in Crucis formam, Deo monente, Moses serpentem æneum erexit 209.2
Crucis lignum per aream Noë præfiguratum 165.2
Crucis mysterium per serpentes prę figuratum 160.2
Crucis signo Christiani consignantur manu dextra 378.2
Crucis viuificæ Saluatoris nostri loco Antichristi suscipietur character 432.1
Crucis figura quàm latè pateat, inductione bella monstratur 207.2

208.1
Crucis signum apparebit 433.1
Crucem in fronte pingi prohibebit Antichristus 429.2
Culpa penes eligentem est, ait Plato 200.2
pro sua quisque Culpa punietur 167.1
Cultri lapidei quid mystice signant 143.1
Cultum veterem cur sustulit Deus, & novum introduxit 317.1
Cupiditas omnium hominum euanescet 432.2

D

DAEmones nomine Iesu adiurati eiiciuntur 211.1
Dæmones cur ventriloquos loquuntur 355.1
Dæmones animabus multis constituet principes Antichristus 428.1
Dæmones Antichristus suos splendentes velut Angelos reddet 430.1.2
Dæmones expellet Antichristus

427.1
Dæmones igni inextinguibili tradentur 435.1
Dæmones ignibus æternis cum suis cultoribus plectentur 172.2
Dæmonum princeps serpens diabolus & Satanas vocatur 191.2
Dæmonum nomina vnde didicerunt homines 355.1.2
Dæmonum præstigiæ 179.1
Dæmonia profligata per nomen Iesu Christi 171.1
Dæmoniis Iudæi filios immollarunt 109.1
Dæmoniaci, quî fit, vt vincula rumpãt 136.1
Dan, Iacob patriarchæ filius quartus 423.2. catulos leonis ex quo nascetur Antichristus 424.1.2
è Danaë Virgine Persea natum 102.1
Danielis visiones 65.1
Danielis vaticinia malorum quæ mundi sub finem ventura exponũtur 121.2 421.1 2 422.1
Daniel consilij & intelligentiæ spiri-

tum habuit
Darius, Xerxis pater, sextus legislator 18.1
ob Dauidis lapsum cur afflictatus populus 391.2
Dauidem secundum cor suum cur pronunciauit Deus, cum adulterium, cædémque patrasset 383.1
Detractores in fine mundi exurgent 419.1
Deus quid 42.2
Deus est bonorum maximum 285. 1
Deus rerum omnium inspector iustus 275.2
Deus, est Ens sempiternum ingenitum 31.2
Deus secundum Pythagoram quid 23.2
Deus pater ingenitus, ex quo filius est natus, & Spiritus S. procedit 235.1 238.1
Deus solus ingenitus, & incorruptibilis 44.1
Deus ingenitus ingenitè facit omnia 299.1. 300 1.304.1
Deus solus immortalis 244.2

Deus vnus vno & individuo substātiæ sed tres personæ diuisione cōsistentiarum 324.2
Deus vnus, trinitas vnitate substātiæ, sine vlla diuisione aut discretione 385.1
Deus vnus etiam, ex Ethnicis scriptoribus probatur 218.2
Deo ὁ ὤν, & τὸ ὄν conuenit 25.2
Deus innominatus est 211.2
Deus nullum nomen habet inditum 170.2.24.2
Deus principium, medium finémque rerum obtinet 28.2
Deus prescriptioni non subest 242.2
Deus non eget continente 322.2
Deus totus est vbique, & totus in vnoquoque, & totus in seipso 394.1
Deus membris caret corporis 143.2
Deus ab anima quantum differt 404.2
Deus repente & sine tempore omnia facit
Deus nihil frustra facit 300.2
Deus an boni, malíque causa 323.1
Deus non facit naturā malum nec ser-

uat natura malum 392.1
✝ Deus huic vniuersitati prouidet 39.1
Deus non est mutabilis substantia 297.2.340.2.
Deus flexibilis Homeri sententia 27.2
✝ Deus flectitur precibus, & lachrymis 124.2
Deus à quibus videtur 42.1.2
Deus qua forma olim prophetis conspectus 89.2 96.1.2 2.2
Deus quo modo est, si mundus est ingenitus 292.2
Deum primis parentibus non ex animalibus pelliceas tunicas fecit, sed condidit 340.1
Dei verbum quid nos per Mosem docet 96.2
Dei sermonem audire, & exequi, virtutis est, animæque puræ 390 1
Dei sermonem ingenitum post Deum adoramus 176.1 211.1
Dei nomen ineffabile
Dei nomen, Ego sum qui sum 212 1.2
Dei nomen gentiles statuis manufactis ascribunt. 90.1

Dei voluntas an aliud sit, & aliud eiusdem substantia 301.2
Dei est infinita potentia, eiusdem opera finita 298 1
Deo nihil substantialiter accidit, nec accidentia iter 232.2
Deo posterius est, quicquid est 43.2
in Deo idem planè est esse & velle 300.1
de Deo qui differuerûnt vnde suas dicerunt rationes 240 1
de Deo Græcanicę quæstiones 398.2
Deum intelligere, difficile: eloqui impossibile, ait Mercurius 38 1
Deum esse probatur 173.1
Deum humano more non debemus contemplari 300.1.2
Deum & materiam rerum esse principia 14.2
apud Deum nihil temporarium 293.2.294.1.300.2
Deum primum vbi collocat Plato 15.1
Deum creaturę non augent 376.1
Deum Iacob facie ad faciem vidit 155.2
Deum nihil latet, vel factum, vel cogitatum 182.1.220.1

Deum à seipso quis profligat 2.2
Dij cur angeli & homines vocantur
Dij plures in paradiso vocati 21.2
Dij gentilium an vera pronuncianda
394.2.395.1
Dij in Aegypto omnia animalia pro-
ter suem habita 334.1
Dij 360. ab Orpheo inducti 170.2
Deorum multitudo vnde nata 170.2
Deorũ generatio apud poëtas quàm
ridicula 12.2
Deorum originé, aquam esse ex Ho-
mero 24.1
Deorum pugnæ 12.1
Deos Platonis ex matia genitos esse
24.1
Deos Labanis Rachelem furantes,
quid præfigurat 165.1
Deos ab hominibus discere absurdũ
223.1
Deos gentium falsos arguit. 188.1.2
de Diis Græcorum opinionem varia
&contrariæ 21.2
Diabolus in Aegypto per magos
operatus 169.2
Diabolus filius perditionis 420.2
Diabolus de tribu Dan nasciturus
24.1.2

Diabolus, id est, Antichristus falsò ex
virgine nasciturus, & opinione
carnem assumpturus, & eiusdé fa-
cinora 426.1.2
Diaboli filij, hæretici 420.2
Diaboli igni inextinguibili tradẽ-
tur 435.1
Diobolum ab Homero Aten appel-
latum, ac de cœlo præcipitatũ 31.2
Dies tempori dedit principium 34.1
Dies ligni 116.1
Dies obtenebrabitur super prophe-
tas, quid 419.2
Dies Domini, vt mille anni 116.1
Diem ante solem conditũ fuisse 234.1
Diem conuertet in tenebras Anti-
christus 428.2
Die solis Christianorum conventus
fiunt: nam hoc die mũdus creatus,
& Christus resurrexit 214.2
Dies illos trium annorum semis An-
tichristi cõcisos reddet deus 432.2
Dilectio Dei & proximi plenariam
continet pietatem & iustitiã 126.2
Diluuiũ Noẽ & Deucalionis 171.2
Diluuium an omnem terræ locum
occupauit 333.1.2
Diluuiũ Noẽ quid præfigurabat 165.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Diodorus historiarū libros 40. scripsit 17. 2
Dissimulare quid nos oporteat 3. 2
Disciplina rationis expers, & inutilis, quæ 1. 1
Diuinationes magno cum impetu sub finem mundi. 419. 1
Diuitiæ constantur ex damnata materia 8. 1
Diuitias non amplectetur Antichristus 427. 1
Docere quemuis debemus 1. 2
Doctores nostræ religionis primi qui 18. 1
Doctores falsi in fine mundi 420. 1
Doctrina diuina multifaria 237. 2
Dolenti condolendum 10. 1
† cur Dominicis diebus nobis stantibus orandum 376. 2
Domus Israël, quæ 206. 1
Dyada infinitam rerum principiatum esse 13. 2

E

EBrietate sitis non accersenda 8. 1
Ecclesia ex Christi nomine nata, eique cognominis 98. 2
Ecclesiarum euersiones locis omnibus fient 41. 1
Ecclesiæ

Ecclesiæ lugebunt luctum magnum mundi sub finem 432. 1
Electio nobis siue ad bonum, siue ad malum libera 321. 1
Electi non laborabunt in vanū 116. 1
Elementum quid sit 281. 2
Elementa genita 406. 1
Elementa posita ad eorum creationem, quę fiunt, & ad recreationem corruptorum 407. 1
Elementa rerū principia posuit Empedocles 13. 2
Elementa omnia sibi obtemperare demonstrabit Antichristus 428. 2
Elementa ordinem suum negatura mundi sub finem 419. 1
Eli pater Ioseph, virginis Mariæ sponsi secundum legem 388. 1
Elias timoris spiritum habuit 121. 2
Elias Christianus fuit 202. 1
Eliæ & Enoch vbinam sint 357. 2
Elias iam venit 82. 2. explicatur 83. 1
Elias & Enoch Antichristum denunciabunt 430. 1
Elias, Enoch, & Ioannes Theologus secundi Christi aduentus præcursores exhibebuntur, & interficien-

tur à bestia 435.1.2
Elisæus equos & equites igneos exercitu deuocauit 356.2.1
Elisæus an culpandus, qui execrationem pueros in ipsum contumeliosos necauerit 364.2
Elizabet & Zacharias quomodo iusti dicantur 392.2. 393.1
Eloquentiæ qui studet, nihil boni operatur 10.1
Emmanuel, nomen Christi: cur tamen hoc nõ vocetur nomine 389.1
in Emath magnam ite 57.2. Deus manifestè veniet 58.1
Empedocles quatuor elementa rerũ principia posuit 13.2
Enoch sine circumcisione Deo placuit 126.2
Enoch & Elias vbinam sint 357.2
Enoch, Elias, & Ioannes Theologus secundi Christi aduentus præcursores exhibebũtur & interficientur à bestia 421.1.2
Euæ & Mariæ collatio 353.1
Ens, quid hæc syllaba significet 28.2
Ens sempiternum & ingenitum, quid 26.1. 25.2
Ens, cur Deus vocatur 24.2. 25.1
Eos quales, & qui percipitur 42.1
Entis scientia, est felicitas 41.2
Entelechia quid Aristoteli 15.2
Epicurus corpuscula principia rerum posuit 13.1
Epicurus sibi in deliciis placebat 171.2
Erebus poëtarum 209.2
Error Græcorum hæreditarius 17.1
Error omnis an aduentu Christi sublatus sit 355.2
Esaias cognitionis spiritum habuit 121.2. 122.1
per Esaiæ visionem quod mysterium declaratum 387.1
Esaü magnæ gentis parens factus 248.1
Essentiam primam, & beatam à nullo hominum cõprehendi posse 230.1
Essentia in diuinis personis, ut accipitur 225.1.2. 226.1
Essentia communis, quid 229.1
Essentia quinta, ab Aristotele essicta, in qua Deus degit 14.2
Eua ex costa Adami, vna costarum nata 118.1
Eua facta ex costa, Adã ex terra, Seth ex semine 392.1

Eua virgo, concepto verbo serpentis, inobedientiam, mortémque peperit 132. 1
Euangelium pauperes accipiūt 48. 2
in Eucharistia Christi carnem & sanguinem esse 213. 2. 214. 1
Eucharistiæ sacrificium 76. 2
Eucharistiam sacrificium esse 146. 1
Eucharistia vt celebratur, & vt & quando distribuitur populo 213. 2. 214. 1
Euripides quid de vno deo scripsit 220. 1. 221. 2

FAbulæ Græcorum vnde desumptæ 167. 1
Fabulæ poëtarum à malis gentis inductæ 506. 2
Fabulas nouas quisnam confingere solent 4. 1
Factor & conditor qui differunt 26. 1
Facultates in nobis duæ, quæ res apprehendunt, sensus & cogitatio 401. 1
Fastu turgentes, quàm stolidi 61. 2
ad Fati necessitatem Stoici retulerunt omnia 171. 2
Feles coli 389. 2

Felicitas quid 41. 2
Fermentata opera quæ 50. 2
Festa à Mose cœperunt 76. 2
Festa in honorem hominum instituta quid mali pepererunt 218. 1
vir Fidelis est corpus Christi 360. 1
Fidelem oportet abesse ab omni cõcupiscentia 2. 2
Fides diuinitus miraculis confirmata 240. 1
Fides in Christum augetur sæuitia in mundo nihil nobis proprium, nisi
Fides & religio 3. 2
Fidei expositio 224. 1
Filius à patre vt prognatus 230. 2
Filius Dei, est veritas 228. 1
Filius Dei, vt Deus & homo lapsum Adam in integrum restituit 232. 1
Filius hominis cur dicitur Christus 131. 2
Filium patris & filium Dei dicere, est idem 325. 1
Filij Dei, qui, & quales 353. 2
Filius perditionis, diabolus 420. 1
Filius perditionis, cum suis dæmonibus igni inextinguibili tradetur 435. 1
Filij diaboli, hæretici 420. 2

Filiorum manus in parentes 419.1
Filios dæmoniis immolarunt Iudæi 289.1
Firmamentū de cælo creato factū 32.1
Flexus continui sub finē mundi 419.1
Flos de radice Iesse, Christus; de virgine ortus 121.2. 194.2
Flumina desiccabuntur sub finem mundi 419.1
Fluuius igneus mundum delebit 433.2. 65.1
Fluuios cœli 289.2
Fœmina marem appetit, vt materia formam 250.1
Fœminæ cur non circumcidebantur 59.2
Fœminæ æquè ac mares apud Christianos dona spiritus habere 122.1
Fons aquæ viuæ exponitur 105.2
Forma non à materia fit, sed ab agente 272.1
Formarum diuersitas nobis hi an sit vtilis 248.2
Fortuna & casus quarum rerum sunt causa 253.1
Fortuna nulla aspernanda, vt constanter semper simus vultu 3.2
Frater monendus non iracundè 2.2
Fugatores nubium pluuias excitare nequeunt 352.1.2
Fulgura sub finē mundi quanta 419.1
Fulmina in hostes precibus Christianorum excitata 217.2
Fulmina repentina in mundi fine 419.2
Futura cur premeditanda 9.2
Futura prænunciabit Antichristus 427.1
Futurorum prędictio est animæ 325.1

G.

Galilæi hæretici, resurrectionem negantes 115.1
Gemitus vniuersæ terræ sub finem mundi
Generabile quid 419.2
Generatio rerum quotupliciter ab Aristotele accepta 282.2
Generatio & corruptio in contrariis 241.1
Generationē eius quis enarrabit? explicatur 254.2
Genitum & ingenitum in Trinitate vt accipitur 98.2
Genistæ hæretici, resurrectionem ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gantes 115.1
Genitiua genitè genita, genitiua faciunt, & ex se faciunt 300.1
Genita nonnulla fieri incorruptibilia 16.1
omne Genitum corruptibile ait Plato 26.2
Genitura ex qua oriuntur animalia, humida 151.1
Genios fœminarum implexibus Angeli susceperunt 170.2
Gentilismus qua potestate in Christianismum vsus 336.2
Genus sine vniuersale esse non potest hoc singulis 408.1
Genus inenarrabile 66.1
Geometria Mosis tempore in Aegypto floruit 319.1
Geryoni similis, qui paucis non est contentus 8.1
Glacies sui dissimilis sub finem mundi 419.2
Gloriam meam alteri non dabo 101.1
Glorioſi vani, qui 6.1
Græcanici hæretici, resurrectionem negantes 115.1
Græci perpetuò pueri 19.2
Græcorum Philosophi adiuti scriptis Mosaïcis 248

Græcos nihil certò prodidisse, quod superius sit olympiadibus 19.1.2
Grando in hostes precibus Christianorum excitata 217.1
Grandines nubium fugatores eiaculari nequeunt 332.1.2
Grandinis emissiones ad finem mundi 419.2
Gratiæ magna vis est ad condonandum peccantibus 364.2

H.

Hebdomadæ Danielis exponuntur 415.1.2
Hebræi & Chaldæi soli sapientiâ adepti 27.1.2.19.2
Hebræorum gens Antichristum sibi regem creabit 427.1
Hæresis Manichæorum impia 285.2. 287.1.2
Hæretici diligêter legunt scripturas, nec recta sentiunt 420.1
Hæretici in primitiua Ecclesia, qui 190.1.2
Hæretici, Diaboli filij 420.2
Hæretici S. scripturarum hostes vbique cantica decantabunt 419.2

Hæretici pœnitentes vt in Ecclesiam admittendi 323.2
Hæretici an pœnis subijciẽdi 323.1.2
Hæretici præda futuri dæmonibus 209.1
Hæreticorum resurrectionem negantium variæ species 111.1
Hæreticorum variæ sectæ 70.1
Helena Nepenthes curarum oblivionem inducens aquo acceperat 30.2
Helena Simonis Magi concubina 190.1.2
Hellanicus rex Athenienſium scripsit 37.1
Heraclitus quid sensit de rerum principiis 19.1
Heraclitus Christianus fuit 201.2
Hercules tædio laborum à seipso in rogum provectus 182.2
Herculis fabula vnde sumpta 109.1. 207.2
Herodes, sub quo passus est Christus 4.2
Ascaloni oriundus 4.2
Hieroglyphicæ disciplinæ Mosi coævo in Aegypto floruerunt 329.1
de Hippolyto martyre verba D. Hieronymi 49.2
Historia Mosaïca cæteris omnibus antiquior 19.2
Histriones miseri, qui 16.1
Homerus poëtarũ antiquissimus 11.1
Homerus, in Aegypto versatus, Mosaicis scriptis adiutus 21.1
Homerus in Aegypto degens quid didicit 30.2
Homerus Orphei de diis opinionem sectatus, fabulosè plures deos memorat 21.2
Homicidiis omnia miscuerunt Angeli mali 170.2
Homo Christus cur Deo virgine natus 132.1
Homo Deus nunc confusè dicitur 193.2
Homo in semine potestate 411.1
Homo an sit creaturarum optimus 381.1
Homo in se duas diuersas habet naturas 232.1
Homo an esse desinat 44.2
nullus Homo genitus est, qui non peccauerit 359.2
Homo hominem non deuorat natura 322.1
nullus Homo præter Christum de Virgine natus 77.2

Hominis figura cruce differt 1 brutis 207.2
Homini cuique ad sui custodiam datus est Angelus 351.7.352.1
Hominem faciamus ad imaginē &c. exponitur 97.1
Homines arbitrio libero præditi 122.2.169.2
Homines & Angeli cur dij vocantur 393.1.2
Homines fumæ, sitique péribunt sub finem mundi 429.1
Homines resurgent cum sua quique forma, & cur 424.1
Homines apud inferos aspectu ignis 29.2
Hominum omnium cùm eandem habet caro, eandem & anima substantiam, qui fit vt alius sit ignauus, alius ad excogitandum acutior 370.2.371.1
Hominum cibus ante diluuium qualis 370.1
Hominū omniū cupiditas Euangelio sub finem mundi 430.2
Hora in Euāgelio vt intelligi debeat 380.1.2
Hospitalis erit Antichristus 430.1
Hostia & sacrificium auferetur in medio hebdomadæ 425.2
Hyems inordinatur sub finem mundi 419.2
Hymni quo pacto canendi 5.2
Hymni ad quid canuntur à Christianis 182.2

I.

Iacob cur vocatus Israël 110.1
Iacob princeps inter Iudæorum progenitores 194.1
Iacob Christi figura 167.1
Iacob semper exosus fratri suo, quid designabat 163.1
Iacob nūquam regnauit. 163.1.2. duo femina domus Iacob, quæ 164.1
Iapheti Ægenies vbi habitauit 166.2
Idea, quid 15.1
Idola arguit non esse Deos 180.2
Idololatriam simulatè non admittet Antichristus 426.2
Ieiunij magnum diem Iudæorum nō sert Deus 196.2
Ieiuniis petenda peccatorum venia 210.1.2
Iephthæ cur Deus permisit suam im-

molare filiam 368.2
Ierosalem vastitas prædicta 202.1.2
Iessæum inter principes prænuntiatus Christus 194
Iesus Hebræis idem quod Græcis Soter, id est, Seruator, sonat 191
Iesus hominem, & Seruatorem significat 163.1.171
Iesus, hoc nomen patribus non est indicatum 170
Iesus Christus patris Apostolos ab
Iesus Nauæ Mosis spiritum habuit 83.1
Iesu Nauę Christi figura 140.2.142
Iesu nomen celebre
per Iesu Christi nomen omnes Christiani, quasi vnus homo consentiunt 2. ac Dei pontifices reddunt 143.2
per Iesu nomen adiurati dæmones ciuntur 111.1.170
in Iesum credentes nemo torquere terrere potest 140
in Iesum cum nomen Ause tatum mutatum 142
ob Iesum Nauæ solem per 36. horas stulit occasum 102
Ignis, licet substantialiter, tamen
INDEX.
sidentem habet calorem 300.1
Ignis impiorum non extinguetur 78.1.205.206.2.208.1
Ignem ex Heraclii sententia rerum originem esse 13.1
Ignem è cœlo deducet Antichristus 428.2
Igne mundus conflagrabit 171.1.2
Igne immortali & perpetuo artifices præsanctantium Erodendi 159.1
Igne æternis pœnas luent impij 171.2
Igneus fluuius 65.1
Igneus fluuius mundum delebit 435.2
Ignorantia summum malorũ 285.1.2
Ignorantia bifariam dicitur 1392.1.2
Ignorantia cum opprimitur anima, non facilè mutatur 182.2
Illæsores sub finem mundi 420.2
Imber precibus Christianorum excitatus 217.1
Imperium Romanorum, quo pacto à Daniele prænunciatum 422.2
Imperitare multos, malum rei vnicus esto 23.1
Impietatibus ambulantes sub fine mundi 20.1

Impijigne cruciabuntur 206.2
in Impios Christi sententia 439.2
Impostores sub finem mundi exurgẽt 419.1
Inachus temporibus Mosis vixit 17.1
Incantationes in fine mundi 419.2
Incũtatores pluuias eiaculari nequeunt 332.1.2
Incendia insperata vltimis temporibus 419.2
Inculparus, & insons quî differunt 393.1
sine Indiuiduis non potest esse vniuersale 408.1
Infantes in eorum fide, qui ipsos afferunt ad baptisma baptizandos 342.1.2
Infantes in vtero defuncti, vt homines alij resurgent 335.1
Inferorum pœnæ 29.2.207.1
Infinitum rerum principium ex Anaximandro 15.1
Infinitum quotuplex 257.1
Ingenitum & genitum in Trinitate vt accipitur 225.2.2
Ingenitũ in generabilibus priuationem significat 158.2
Ingenitus Deus ingenitè facit omnia 299.1.300.1.303.1
Ingenita non multa sunt 44.1
Ingenita sunt quæ sempiterna 268.2
inter Ingenita nullũ potest esse prius vel posterius 255.2
Ingenitorum nullus est opifex 278.2. 281.1
Iustitiam plenariũ duobus contineri præceptis & quibus 126.2
Iniustitiam odio persequetur Antichristus 426.2
Iniusti quo pacto à Deo præscriti 168.1
Iniustorum prædestinationis causa nõ est Deus 267.2
Iniustorum & iustorum Distinctio quando fiet 179.2.280.1
Iniustorum pœnæ probantur 206.1
Infidæ mulierum, quæ 8.2.9.1
Insons, & inculpatus quî differunt 393.1
Intelligentia non sibi soli vsurpanda 5.2
Intemperans Geryoni similis 81.1
Interpretes 72. quibus miraculis sacros libros Græcos fecerunt 20.1

Interpretes 72. Iustinus secutus est 165.1
Interpretes 70. cur adducit Iustinus 192.2
Interpretationem 72. à Iudæis deprauari 118.1
Inuidia eluenda ex anima 50.2
ab Inuidia fidelis homo procul abesse 101
Ioannes Bapt. propheta fuit 83.2
Ioannes Bapt. spiritum Eliæ habuit 83.2
Ioannis Baptisma non erat secundum legem, nónne erat contra legem? 334.2
D. Ioannes Theologus, Christi dilectus 420.2
D. Ioannes Theologus, Enoch, & Elias secundi Christi aduentus præcursores exhibebuntur, & interficientur à bestia 415.2
Iob nuptiæ quid præfigurabãt 262.2
Iob per quidiem mãs et ratus est, antequam ditus est vt iustus 323.2. 324.2
Iobãs ex vltrà Euphratẽ regurgitatur 357.2
Iocharis cur puniendus, insciente animum soluens 391.2
Ioseph, virginis Mariæ sponsus, ubi & ex quibus natus 112.2
Ioseph, virginis Mariæ sponsus, duos patres habuit, quos & quales 386. 2. 388.1
Ioseph cur alienigenam duxit contra pium maiorum scopum 360.1
Ioseph ossa Moses transportans nónne contra legem egit de attrectãda mortuorum 329.2
Iosephus historicorum præstantissimus 188.1
Iosias tristem vitæ finem habuit, quòd Ieremiæ præcepto non obtemperarit 353.2
Iosuæ qua in re Christi figura 142.2
Ira est insaniæ species 7.1
Ira cur vtenda ex anima 50.2
Ira non indulgendum 1.2
Iracundia patienter compescenda 3.1
Iracundus quibus sibimet infestus 1.2
Iracundorum sæuitia, quanta 2.1
Increpationibus leuibus nos præbere oportet 2.05.1
Ismaël cur magna gentis pater factus 2.248.2
Israël, visio hæc dicitur componitur, & quid significet 254.2. superne instituta pomeria quæ 255.2

Israël, cur Iacob sic sit vocatus 150.1
Ismaëli domus, quæ 206.1
Iudas, Iacob patriarchę filius quartus 423.2
Iudæ gentis Iudæorum conditor, à quo & denominatur 193.2
Iudæ duo semina, quæ 164.1
Iudas, Iacobi frater, quid de pseudoprophetis scripsit 420.2
Iudę prǒditionis Christus nǒ est causa 245.1
Iudæ proditori cur non profuerunt Christi preces 327.1
Iudæi, progenies Abrahami carnalis 77.2
Iudæi à D. Iuda denominantur 189.2
Iudæi Idolalatræ, & iustorum homicidæ 179.1
Iudæi filios dæmoniis immolarunt 109.1. 161.1
Iudæi muscis similes 141.1
Iudæi omnia carnaliter intelligunt 50.2
Iudæi per ignorantiam Christum interfecerunt 392.1.2
Iudæi, prophetias habentes, Christum non agnouerunt 205.1
Iudæi, Christum expectantes præsentem non agnouerunt, pleni 206.1
Iudæi ex sua gente reges habuerunt vsque ad natum Christum 193.1
Iudæi post Christum nec regǔ nec prophetam nec regem de gentę sua habuerunt 85.2
Iudæi Antichristum sibi regem creabunt 427.1.2
Iudæi Christum in humana figura videbunt 435.1
Iudæorum nationem infidam ex omnibus hominibus elegit Deus 159.2
Iudæorǔ terræ vastitas prędicta 201.1
Iudæorǔ plǎctus describǔtur 205.1.2
Iudæorum tribus duodecim in secundo Christi aduentu plangent 155.1.2
Iudiciǔ Dei vniuersǔ terribile 433.2
Iudicium extremum Deus cur differt 191.2
ad Iudicium Deus dat satis lǒgam vitam 220.1
Iudicia à iustificationibus, & loge quǐ differunt 361.1
Iudices magni iudicij 651.1
Iudices in iudicǎdo quid sequi oportet 178.1
Iudices seculi monentur. 152.2. Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

similes, qui 44.1
Iudices impios vt obiurgat Deus 419.2
Iudices iustum auferent ex iusto 419.2
qui seipsum Iudicat, ab omni delicto abest plurimùm 6.2
Iupiter ex adulteriis deorum genitor 188.2
Iouem curru alato vectari 32.2
Iurgatores chamæleonte similes 6.2
Ius æternum qui violat, à salute est alienus 79.2
Iusiurandum soluere quàm impium 329.2.330.1
Iustificationes à iudiciis, & lege quid differunt 362.2
Iustitiæ tota in quæ officia diuidatur 113.1.112.2.123.1
Iustitiã iniusti auferunt à iusto 419.2
Iustior cur plus ferunt laborum quàm impij 38.1
Iustorũ & iniustorum distinctio quãdo fiet 129.2.180.1
Iustos qui destruant quantas pœnas 419.2
Iustos pœnis incomparabilibus absumet Antichristus 430.2

L.

LAbor manuum miseros non efficit 9.2
Laboribus virtutis præsentia bona non esse condigna 381.2
Labium vnum omnium 133.2
Lacessentib⁹ quo pacto resistendũ 1.2
Lachrymis & precibus flectitur Deus 124.2
Lamentatio omni consolatione carés mundi sub finem 432.1.429.1
Lapidei cultri quid mysticè designant 143.1
Lapis à Iacob vnctus Christi figura 120.2
Lapis angularis, Christus 227.2
Lapis excisus sine manibus quid figurabat 110.2.142.1
Latio non est æterna 267.2
Lationis contrarietates secundum locorum sunt contrarietates 269.1
Lauacrum per aquam ad salutem necessarium 410.2.211.1
Lauacrum pœnitentiæ 50.2
Laudato gratulandum 10.1
Leda suscepit Gemellos castores 188.1
Leo, sicut bos, edet paleas 116.2
Leonis catulus Dan dicitur 424.1

Lex vltima & sempiterna, Christ⁹ nobis datus 47.2
Lex domini irreprehensibilis 68.1
Legis Mosaïcæ execrationi vniuersum genus hominũ subiacet 128.1
Lege Mosaïca qui vixerunt post resurrectionem viuent 78.2
à Legibus Christi alienos vitare 10.1
Leges malas inductas esse à malis Angelis 173.1.2
Legislatores primi 17.2.18.1
Lia synagogæ figura: Rachel, Ecclesiæ 161.2
Liberum arbitrium nobis largitus est Deus 321.1
Liberum arbitrium hominum & Angelorum 171.2.167.2.122.2
à Libero arbitrio pẽdet peccatũ 359.1
Libri sacri quibus miraculis. Græci facti 20.1
Libri aperti 65.1
Lignum quid in scripturis significet 121.1
Ligna campi lugebunt 432.1
Liguritio fugiẽda paucis cõtenta 8.1
Linguæ zelum qui profitentur, quales esse solent 4.2
Literæ sacræ miraculosè in Græcum versæ 20.1
Literæ Christianorum miraculis cõfirmatæ 394.2
Literæ Græcorum post Mosem inuẽtæ 28.2
Literas Cadmus à Phœnicib⁹ in Græciam importauit 19.1.2
Literis magicis Angeli mali sibi genus humanum subdiderunt 170.2
Liturgia extinguetur in Ecclesia mũdi sub finem 432.1
Locus magnitudinem habet, corpore carens 258.2
Locus super⁹ est insero diuinior 275.2
Loci comparatio cum materia 259.1
in Loco quidquid est, corpus est 215.1
Loquendum mundanum nihil 4.1
non Loquendum quidquam mali de quoquam 5.1
Loth, Sodome inquilinum, natione Chaldæum, Deus ab incendio seruauit 206.1
Lot incunciſur euasit è Sodomis 55.1
Luctus quantus mundi sub finẽ 432.1
Lumen vnum, sol vnus 234.2
Lumen vnum primigenium 234.1
Lumen de lumine profluxit, quid hoc sit 231.1

in Luna signa sub finem mũdi 419.1
Luna conuerteretur in sanguinẽ 421.1
Lupi & agni quando simul pascentur 116.1
Luzam venit Iacob 85.1

M.

MAgi ex Arabia protecti, Christum adoratum venerũt 112.1
Magi pluuias eiaculari nequeunt 332.1.2
per Magos per aliam viam in patriam regressos, quid mysticè significatum 113.2
per Magos Diabolus in Aegypto operatus 104.1
Magicis literis genus humanum Angelis malis subditum 170.1
Magistratus nisi philosophentur, non fore veste fortunatas 176.1
Maledictus, qui pendet in ligno, exponitur 238.1
Malefici mũdi sub finẽ exurgẽt 419.1
Malum opponitur bono 287.1
Malum summum, quid 287.1
Malum Deus naturâ nõ facit, nec malum naturâ seruat 323.1
Malum, ex Platone, ortum ex materia 24.1
Mali, bonique an Deus causa 312.1
Mali quomodo à Deo præsciti 168.1
Mandata à lege qui differunt 361.1
Mandatorum Dei factores Deo sunt similes, impassibiles, & immortales 154.1
Mandatis duobus plenariam continetur pietatem & iustitiam 126.2
Manichæi hæretici duo principia contraria ponebant, & qualia 383.2
Manichæorum hæresis impia 185.2. 287.1.2
Manna in cibatũ cælitus depluit 160.1
Manu dextra, cur cõsignantur Christiani potius, quàm sinistra 378.2
Marcio quis, & qualis hæreticus 190.2. 208.2.209.2
Mare lugebit 432.1
Mare graui replebitur odore mundi sub finem 429.1
Mare igneo fluuio delebitur 433.2
Maria à semine Iacob orta, salua virginitate grauida 194.2.1
Maria virgo, omnium fœminarum excellentissima, mater Dei 390.1
Maria deipara ac impolluta virgo 416.2
Mariæ virginis stirps ex quibus deducitur 251.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mariæ & Euæ collatio 132.2
Mariam solam perperisse virginem nouimus 426.2
Maria cur vnxit Christum 390.2
Mariæ cur dixit Christus, noli me tangere 339.2
Martem a Diomede vulneratum esse 12.1
Martyribus priorib⁹ posteriores, hoc est, qui mundi sub finem erunt sublimiores, & cur 430.2.431.1
Materia numero vna 251.2
Materia contrariorum eadem 252.2
Materia caret forma 247.2
Materia subiectum primæ generationis 15.1
Materia an formam, & essentiam habeat 269.2
Materia ingenita Platonis sententia 241
Materia generabilis propter speciem: corruptibilis propter priuationem 250.1
Materia bonum appetit, vt fœminæ marem 250.2
Materia si non alteretur, non potest fieri ex ea quidquam 284.2.397.2
Materia an perdat suã essentiã 245.2.2
Materiæ quomodo accidũt cõtraria, cum non sit essentia 243.2
Materiæ generationem Aristoteles errans sustulit 151.1
Materiam & Deum rerum esse principium 14.2
Medicam perceptionem nullus eorum habuit, qui essent absq; pietate 340.1
Medicus ad nostri curam vocandus 311
Melchisedech, in circumcisorum sacerdos 55.1.67.2
Melitus & Anytus Socratis accusatores 24.1
Membra nos sumus inuicem 10.1
Menander poëta quid de Deo scripsit 221.1.2.222.2
Menander Simonis Magi discipulus, suos asserebat nonquam morituros 190.2. natione fuit Samarita 208.1
Mendacium opponitur veritati 396.2
Menœceus se vltro iugulauit vaticinato Tiresia 394.2
Mensuras rerum originem ex Pythagora 13.2
Mercurius interpres, docendi facultate præditus 188.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meristæ hæretici, resurrectionem ne-
gantes 174.1
Merita bonorũ sine malorum actio-
num quemque manent 188.1
pro Meritis suis cuique tribuen-
dum siue bonum siue malum 74.1.167.2
321.2.186.1
pro Meritis mali pœnas, boni præmia
recipient 196.1
Mille anni vt intelligendi 196.1
Mineruam non ex cerebro Ioui
Natam, vnde poëtæ finxerũt 215.1
Ministeria non se ingerere decet
33.1
apud Minois tribunal sontes damnari
180.1
quibus Miraculis libri sacri in Grę-
cum sermonem translati
Miraculis diuinitus fides confirmata
240.1
Miraculis christianorum literæ con-
firmatæ
Miracula horrenda ad Christi honorem facta
436.1.428.2
Mitra Christiani principis
in Mithræ mysteriis mali dæmonis
Eucharistiæ similitudinem commentum
Mithrum saxo progenitũ fabulæ, vnde
hæc fabula nata est 106.1
Mithriacorum spelunca, & mysteria
113.1
Molestiæ vt fugiendæ 3.2
Monachi, mundi sub finem, expetent,
quæ sunt mundi 419.1
de Monarchia liber 217.2
Montes lugebunt 432.1
Montes igneo fluuio eruetur 433.2
Montes transferet Antichristus 428.2
Morbo fugato, continget sanitas
31.1
Morborum sanatio ad Æsculapium
detorquetur, vnde hoc imitamen-
tum 105.1
Morbos sumsit Antichristus 427.1
Mores mali ex educatione accedunt
ætati 211.1
Mors, est rei animatæ, non animæ
315.1
Mori profecta ab inobedientia 332.2
Mortis dies & horam cuiq; definita
333.1
Mortem quinam diligunt 95.2
Mortem in eorum destructione Dei filios
232.1
Mortale est quicquid gignitur 214.1
Mortuorum resuscitatio ad Æscula-

pium detorquetur vnde hoc imita-
mentum 104.1
Mortuos excitabit Antichrist. 447.1
Moses vbi natus, educatus, & vitæ
originem habuit 18.1
Moses in diuinis literis cur appellatur
lex 388.2
Moses apud priscos primus legislator
ac Deus appellatus 17.2.18.2
Moses fortitudinis, pietatisque spiri-
tum habuit 22.2
Moses prophetarum & religionis doc-
tor primus 193.1.18.2
Moses primus pietatis doctor, omni-
bus Græcorũ sapiẽtibus & scriptori-
bus antiquior 17.1.200.2.207.1
Moses fidus Dei minister 58.1
Moses cum virga ad liberandum po-
pulum missus 118.2
Moses cur alienigenam duxit, contra
maiorum ritum 360.2
Moses aquas Aegypti in sanguinis
substantiam conuertit, non autem
incantatores 130.1
Moses, signum crucis imitẽs, orabat,
& vincebat hostes 124.1
Moses manens vsque ad vesperam in
eadẽ forma, quid figurabat 119.1
Moses

Moses serpentem erigens, non legem
Dei violauit 141.2
Moses propter durũ cor quæda præ-
cepta populo imposuit 102.2
Moses cur celebratur, quòd in om-
ni Aegyptiorum sapientia institu-
tus esset, quæ tunc erroris erat
328.2.329.1
Mosi, primo sanctorum, Deus satidi-
cam concessit gratiam 28.2
Mosem serpentem æneum, Deo mo-
nente, in crucis formam erexisse
209.2
A Mose sabbata, victimæ oblationes,
festáque cœperunt 76.2
Motus quantus, tantum etiam est tẽ-
pus 261.2
Motum esse necesse, ideò semper 265.1
Motuum quis præstantissimus 275.1
Mouens primum est ingenitum 267.1
Mulier omnis, soror est nobis 9.1
Mulieres alloquendæ sunt seriò, pro-
pter vanitatem ingenij 4.2.5.1
Mulieres meminerunt semper eius
rei, ad quam se factas putant
82.2
Mulieres Deo volente, parere
118.2

Mulieres quæ ad viros domi Spiritus habere 121.1
Mulieres qui spectant, vt alantur concupiscentiam, peccatores sunt 184.1
dice Christo 8.2
Mulierum insidiæ, quæ 432.1
Mulierum venustas exarescet 59.2
Mulieribus cur circuncisio non præceptæ 299.2
Mundus Dei voluntate constitit, & manet 299.2
Mundus ex informata materia quo die creatus 204.2
Mundus sine substantia non est mundus 299.2
Mundus à Deo non temerè creatus 170.1
si Mundus est ingenitus, quo modo Deus est 192.2
Mũdus inferior homini subditus superior ob frugum prouentum distinctus 170.1
Mundus per Apostolorum vocem gratia, gloriæ Dei repletus 76.2
Mundus cõstare cœpit probatur ex philosophis 200.2
Mundi pars honoratior est cœlum quamobrem adorationi Dei dilatum 378.2
sub Mũdi fine quanta mala 418.419.
Mundi interitũ quo usq; differt Deus 171.1
Mundi figura transferetur ad eius finem 363.1
Mundi huius species in ictu præteribit oculi 432.2
Mundum factum ex Mose didicerunt Philosophi 209.2
Mundum vnà cum Deo consistere affirmare absurdum 199.2
Mundũ æternũ esse non posse 408.2
qui cum Mundo sapit, se ipse cõdemnat 4.2
in Mundo nihil nobis proprium nisi fides & religio 3.2
Mures coli 189.2
Musæus Orphei, primi apud Græcos scriptoris filius 21.2

N

Nabuchodonosoris statua exponitur 421.1.2.422.2
Nabuchodonosori cuentura quo pacto declarata 337.2
Nabuchodonosori Regi Babylonis præsignificauit Deus excidium Ierosolymæ 318.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nas, quid significat hæc syllaba 137.1
Natiuitas altera per Baptismum ad salutem necessaria 210.2
Natura quid sit 252.2.3
Natura & ars ex substantiis faciunt quod faciunt 376.1
Natura increata & creata summa rerum continetur 225.1
Natura nihil casu facit 278.2.279.2
Natura semper id facit, quod fieri potest optimum 277.2
Naturâ quæ dicuntur esse 282.2
Naturæ à Deo præscriptus est terminus 242.2
Necessitati ne Deum quidem vim facere, prouerbium 28.2
Negligentes non negligendi 9.2
Negotiis multis qui se ingerit ipsum lædit, & proximum 3.2
Nepenthes medicamentum curarum obliuionem inducens à quo accoperat Helena 300.2
Noë Abrahami, & vniuersi humani generis pater 148.2
† Noë in arca animæ octo quid præfigurabant 164.2
Noë vnde didicerat, quæ fecerat ei Iius suus 166.1
Noë nusquam Deus imperauit, vt sibi brutorum sacrificia faceret 356.1
Noë incircumcisus, humani generis reparator 55.1
Noë cum filiis sine circũcisione Deo placuit 125.2
Nomen Dei ineffabile 211.1
Nomen hoc, Iesus patribus non est indicatum 199.2
Nomina Christi, quot, & qualia 68.1 131.1.155.1
Nomina rebus cur imponũtur 24.2
Nomina dæmonum vnde didicerunt homines 315.1.2
Nox pro visione, quid 419.1
Noctem in diem cõuertet Antichristus 428.2
Nubium fugatores pluuiam excitare nequeunt 332.1.2
Numeros rerum originem esse secũdum Pythagoram 13.2
Nuptiæ Iacob quid præfigurabant 164.2
Nuptiæ Christianorum quorsum 191.2

O

OBlatio mundi sub finem grata Deo, minimè fiet 432.1
Oblatio nomini mei offertur in omni loco 63.1
Oblationes à Mose cœperunt 76.2
Occulta per eòuersationem cognoscuntur 6.1
Oceanus, omnium origo 15.1
Oculus foret superuacuus si sol non esset 284.2.398.1
Odæ quo modo canendæ 5.2
Odium eliçendum ex anima 92.1
ab Officio quotidiano in partes diuiso abstinendum 12.2
Officia Iustitiæ, quæ 423.1
Ogyges tempore Mosis vixit 17.1
Opera fermentata, quæ 79.2
Opera omnia hominum vnumquodq; circundabunt 434.2
Operibus pollere nos oportet 401.1
pro Operibus suis cuique reddet Deus 438.1
Opifex & opificium quorum relatiuorum sunt 315.2
Opinionibus propriis nõ addici 14.1
Opulentia terrena non quærenda 3.2
Oracula Sibyllæ, Berosi filiæ, propè ad propheticam doctrinam accedunt 36.2
Oracula Gentilium an vera prænunciarint 394.2. 395.1.2.
Oracula Græcorum falsa 18.2
cur Orandum est nobis statibus Dominicis diebus, & à Pascha vsq; ad Pentheco stem 376.2
Oratio, id est, verbum cuncta creauit, ex Musæo 22.1
Orationibus Christianorum miraculosè victoria comparata 217.1
Orationes cur à Christianis fiunt ad solis ortum spectantibus 378.2
Orationes peccantium non exaudit Deus 323.2
Origenes Hebraicè sermonis peritus 318.1
Orpheus primus Græcorũ scriptor, Mosaycis scriptis adjutus 218
Orpheus priorem de multis diis doctrinam recantauit 36.1
Orpheus induxit 360. deos 219.1
Ortus rerum [quotuplicitèr ab Aristotele acceptus 241.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Osanna, quid significat 340. 2
Oseas grandiloqua fundens 418. 2
Ostentationum studia, qualia 3. 1

P

PAllada non ex concubitu Iouis natam, vnde finxerunt poëtæ 213. 1
Palpitatio, est affectio corporis ex discursu naturalis spiritus 325. 1
Panis, quem tradidit nobis Christus, quid ostendit 106. 1
Panem & vinum in verum Christi corpus mutari 213. 2. 214. 1
Paradisus terrestris ab Homero descriptus 31. 1
Parcæ an verè sint 396. 1
Parentes filiorum manus 419. 2
Pascha vsque ad Pentheceostem, ac diebus Dominicis nobis stantibus orandum 376. 2
Paschalis sanguis in Aegypto fuit salutifer 141. 1
Passio Christi probatur 290. 130
Pastores fient quasi lupi sub finem mundi 419. 1
Pastoribus in quib⁹ negligẽtia 419. 2

Patrem non esse separandum à filio, sanctóque S. 228 1
Patriarchæ Christiani fuerunt 201. 2. 202. 1
Patriarchę cur vxores de cognatione sua ducebant 360. 1
Paulus ardore diuino correptus 226. 2
Pauperes Euangeliũ accipiunt 48. 2
Pauperes qui vexant quanta tormenta patiẽtur 419. 1
Pauperi non succurrent principes ibidem
Pauperum studiosus Antichristus 427. 1
Paupertas non vituperanda 8. 1
Peccatores non exaudit Deus 323. 1
Peccator qui monendus 4. 2
Peccatores quàm acerbè arguentur in iudicio 438. 2. 439. 1
Peccatores pœnas luent sempiternas 434. 2
Peccantes sæpe, veniã indigemur 364. 1
nemo genitus est, qui non Peccauerit 359. 1
Peccatum à libero pendet arbitrio ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatum conduplicat contentiosũ 5.2
Peccatum suum putanti non esse peccatum, sed iustitiam, venia non datur 374.1
pro Peccato suo quisque plectetur 167.2
Pegaso equo Bellerophon vectus 183.1
Pelliceas tunicas primis parentibus ex animalibus non fecit Deus, sed condidit 340.1
Periuria sub finem mundi 429.1
Perseus ex virgine natus Ethnicis creditur 183.1
Persea ex Danaë virgine natũ 102.1. 107.1. 183.1
Persea cœlum ascendisse, vnde traxerunt poëtę 20.1
Personæ tres in diuinis vt consistere queunt 324.1
Personæ in Trinitate quo pacto distinctæ 225.2. 228.1
Personæ tres diuisione consistentium Deus vnus vno & individuo substantiæ 324.1
Personas tres vnà semper operari 228.1.2

Pestis in dies magis magisque inualescet super vniuersam terram sub finem mundi 429.1
D. Petrus, Apostolorum princeps, Ecclesiæ doctor, fidei petra, regni cœlestis claues habet 420.1
Petro, vni ex Apostolis, cur mutatũ nomen fuit 137.1
Pharisæi vitulicornuti, & petulci vocati 134.2
Pharisæi Tinctores resurrectionem negant 115.1
Pharos turris apud Aegiptum 20.1
Philemon rebus antiquis eloquendis abundans 219.1. 220.1.2
Philo Iudæus historicorum præstantissimus 38.1
Philochorus res Athenienſium scripsit 17.1
Philosophia, est possessio Dei charissima 39.2
sine Philosophia nemo rectam rationem intelligit, quæ felicitatem parit 41.1
Philosophia in iudicijs sequenda 178.1.2
Philosophiæ nomine quinam abutũtur 178.2
per Philosophiam cuncta sedu-

ei 420.1
Philosophi in Græcia quo tempore floruerunt 17.1
Philosophi Græcorum adiuti scriptis Mosaicis 21.1
Philosophi non modò à se inuicem, sed etiã à se ipsis dissident 15.2.16.1
Philosophi, quidquid de diuinis rebus scripserunt, à Prophetis occasionem acceperunt 200.2
Philosophi cur contraria docuerunt 173.2
Philosophorum sectæ 39.2.41
Philosophorum opiniones variæ 172.1
Phrygum natio barbara 148.1
Pietas disci non potest absque dolore 14.1
Pietas plenaria duobus continetur præceptis, quibus 126.2
Pietas in iudicando sequenda 178.1
Pietas augetur sæuitia 140.1
Pietatis primus doctor, Moses 17.1
Pietatis amatores curare debent, ne
Ignorent Dei mandata 137.1
Piis hoc in mundo cur eadem, quæ impiis adesse videntur 381.1
Pios pœnis in comparabilibus abso-

net Antichristus 430.2
Pilato Iudææ præside crucifixus Christus 64.2
Pisces maris morientur sub finem mundi 429.1
Piscium capturæ cur assimilauit Dominus hominum capturam 325.2.
Planctus vniuersæ terræ sub finem mundi 419.2
Plausus in domibus, tumultus in plateis 432.2
Plantas principio carere, aiunt Græci 241.2
Plato quid de cruce cogitauit 209.2, 210.1
Plato mortuorum corporum resurrectionem credidit 30.1
Plato timens multorum numinum cultores, deos effinxit 26.1.28.1
Plato Socratis discipulus, Aristotelis præceptor, & quo tempore 19.1
Plato adiutus scriptis Mosaicis 21.1
Plato præcipuus Græcorum philosophus 19.2
Plato de Deo doctrinam prophetarum cognouit 24.1
Plato quid de Deo sensit 14.1

Plato tria rerum principia constituit, quæ 15. 1
Platonis doctrina qualis 375. 2
Platonem ex oraculis prophetarum doctrinâ de mundo hausisse. 209. 1
Platonem pietatis doctorem haberi apud Gentes 14. 2
Platonica doctrina quid contineat, & eiusdem finis 40. 2
Pluuias nubium fugitores eiaculari nequeunt 332. 1. 2
Poculum, quod dedit nobis Christus, quid ostendit 206. 1
Pœnæ iniustorum probantur 29. 2
Pœnæ infernorum 29. 2
Pœnas mali, premia boni pro meritis recipient 200. 1
Pœnas incomparabiles piis inferet Antichristus 430. 2
Pœnitétia ad peccatorum remissionem necessaria 210. 2
Pœnitentia quàm vim habet 364. 2
Pœnitentiâ peccatoris Deus mitescit quàm pœnam 184. 1
Poetæ, quicquid de diuinis rebus scripserunt à prophetis occasionem acceperunt 69. 2

Poëtarum fabulæ à malis geniis inductæ 206. 2
Poëtarum Theogonia quàm ridicula 11. 1
Pontifices immolant corpus & sanguinem Christi 436. 1
Populus stultus, qui 4. 1
Populi iniquitas in sacerdotes animas 419. 2
Populi clades, est regni pœna 391. 1. 2
Populo annuncia scelera eorum 51. 2
Potentes miserationes abiicient 419. 1
Potestas æterna 65. 1
Potus, ne sitiamus, capiendus 8. 1
Præceptor non contemnendus, sed monendus, si minùs sapiat 5. 2
Præceptoris opera res diuinas discere, est impossibile 18. 2
Præcepta quædam populo propter durum cor Moses imposuit 103. 2
Præcepta à iudiciis, & lege qui dissecuerunt 361. 1
Præceptis duobus plenariam contineri pietatem & iustitiam, quibus 126. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prædestinationis iniustorum causa non est Deus 167. 2
Prædictio futurorum est anima 325. 1
Præmia boni, pœnas mali pro meritis recipient 208. 1
Prænotionem Dei non sequitur futura, sed rem futuram præno 243. 1
Præputium cordis circuncidendum 52. 2. 63. 1
Præscientia dei qualis
cur Precandum sit nobis stantibus Dominicis diebus, & à Pascha que ad Pentecosten
Preces peccantium nō exaudit Deus 323. 2
Preces cur à Christianis fiunt ad eum solis spectantibus
Precibus & lachrymis flectitur Deus 124. 2
Precibus Christianorum miracula victoria comparata
Principes vestri socij furum
Principes pauperi non succurrunt 419. 1
Principes quid sequi oportet in dis

diciis 178. 1
Principibus subseruiendum ac prosidem orandum 186. 1
Principio ignorato, ea, quæ sequuntur, ignorantur 241. 2
Principia Deus & materia 14. 2. 24. 1
duo Principia, quæ mouent non naturaliter 255. 1
Principia eorum, quæ secundum naturam fiunt, æterna esse non possunt 265. 1
Principia non aliunde, nec ex se inuicem orta 245. 1
Principia an contraria 242. 2. 243. 1
Principia duo contraria secundum Manichæos 383. 2
Principia tria rerum Plato constituit: duo, Aristoteles 15. 1. 143. 2
Principia quatuor à Platone posita 15. 2
Principiorum rerum variæ philosophorum opiniones 12. 1
Priuatio quid 243. 1
Priuatio est ex absentia speciei & speciei ex absentia priuationis 245. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuatio non permanet, dum adest
species 249.2
Prodigia edet Antichristus 427.1
nec Prophetam nec regem post Christum necatum de sua gente habuerunt Iudæi 85.2
Prophetæ quinam vocantur 44.2
45.1
Prophetę quot annorum numero antecesserunt Christum 195.1
Prophetæ euentura clarè vaticinati sunt 453.1.2
Prophetæ Christiani fuerunt 202.2
202.1
Prophetæ oculi nostri fuerunt
416.1
Prophetæ, angeli dicti 110.1
falsi Prophetæ quales esse solent
45.1
Prophetarum primus Moses 18.2
Prophetarum spiritus Iudæis principes constituebat 85.2
Prophetarum quisque peculiare sanctus spiritus domum habuit 122.2.
122.1
Prophetarum & vatum differentia
318.2 15.1
Prophetis populum seducentibus est nox pro visione, ac tenebræ pro diuinatione 419.2
sine Prophetis mundi sub finem nos relinquet Deus 426.1
Prophetas Græcorum sapientibus antiquiores fuisse 34.2
Prophetiæ apud Iudęos quãdo quieuerunt 122.1
Prophetia Apostolorum, quæ 418.1
Proselyti, qui 151.2.152.1
Proserpina Adonidis insano amore percita 189.2
Proserpinam Iouis filiam vnde finxerunt poëtæ 213.1
Prouocantibus quo pacto resistendum. 1.2
Proximus non circumueniendus
7.1
Prudentiam prudentum perdam, exponitur 152.2
Prudentiores qualiter se gerere debent 7.1
Psalmi vt canendi 5.2
Pseudoapostoli multi exorientur
69.2
Pseudochristiani, qui 115.1

Pseudochristi multi exorientur 419.1
Pseudochristi denuò exurgere debent 420.1
Pseudoprophetæ quales esse soleant 45.1
Pseudoprophetæ exierunt in mundum 420.2
Pseudoprophetæ Eliæ seculo 104.1
Pseudoprophetis nox pro visione, ac tenebræ pro diuinatione 419.2
Ptolemæus Aegyptiorum Rex quo tempore Bibliothecam apparari, libróſque sacros verti curauit 20.1
Pudor non conuenit 9.2
Pueri fide eorum, qui ipsos afferunt ad baptisma, baptizantur 342.1.2
Puerorum est regnum cœlorum 9.2
Pulchritudo aspectus faciei tabescet 432.2
Pulchrum appetit turpe 250.1
Pullus quid significat 86.1
Puncti an sit locus 259.2
Pupillos tuebitur Antichristus 427.1
Putei tres in eodem saxo, vbi Sibilla apud cumas oracula reddebat 36.2

Pythagoras Samius quid de rerum principiis sensit 13.2
Pythagoras quid de Deo protulit 21.2. & sensit 219.2
Pythagoras adiutus scriptis Mosaicis 21.1

Q

Quæsita qui soluit, debet primùm ponere confessa 394.2
Quæstiones Christianæ ad Gentiles 285.1
Quæstiones de incorporeo, & de Deo, ac de resurrectione mortuorum 398.2.399.1

R

Raab meretrix quid figurabat 141.1
Rachel Ecclesiæ figura: Lia, Synagogæ 162.2
Rachelem deos Labanis furatam, quid designat 163.1
Rachel in Rama, Arabiæ loco, sepulta 113.1

apud Radamãti tribunal sontes damnari 180. 1
Rama, in Arabia locus, vbi Rachel sepulta 113. 1
Rapaces sub finem mundi exurgent 419. 1
Ratio est in anima 401. 1
Rationis expertia an bene & vitiosè agant 384. 2
qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt, vt Socrates 201. 2
Regeneratio altera per Baptismum ad salutem necessaria 210. 2
Regenerationis lauacro est opus ad remissionem peccatorum 215. 2
Regnum sempiternum 66. 1
Regnum Christi prædicatur æternum 68. 2
Regnum Dei, quid 399. 2. latius patet, quàm resurrectio. 180. 1
Regni pœna, est clades populi 391. 1. 2
Regna quatuor, significata per quatuor bestias, delebuntur de terra 65. 2
Regnum Antichristi citò tolletur 432. 2

Religionis nostræ primi doctores, qui 18. 2
in mundo nihil nobis proprium, nisi fides & Religio 3. 2.
Religionis disciplina disci nequit sine doctore 14. 1
Reprehensio non exercenda solum, sed & admittenda 4. 2
Res inanimatas cur allocuti sunt prophetæ, noster etiam Seruator 339. 1. 2
Rerum summa diuisio in increatam, & creatam naturam 229. 1
Respondendum modestè 2. 2
Respublicæ quænam fortunatæ 178. 1
Resurrectio Christi probatur 129. 2
Resurrectio eorum, qui in Christi passione surrexerunt an fuit perfecta 357. 2
Resurrectio corporũ probatur 187. 1. 205. 1
Resurrectio quando assutura 215. 2
Resurrectio latiùs patet quàm regnũ Dei 380. 1
Resurrectio fiet in ictu oculi 433. 2
in Resurrectione non nubent, ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que nubentur 116.1
Resurrectionis spem habent corpora in monumentis iacentia 338.2
Resurrectionem mortuorum corporum credidit Plato 76.1
Resurrectionem negantium hæreticorum variæ species 111.1
Resurgent homines cum sua quique forma, & cur 244.1
de Resurrectione Græcanicæ quæstiones 398.2. 399.1
de Resurrectione responsiones 406.2. 407.1
Resuscitatio mortuorum ad Aesculapium detorquetur, vnde hoc imitamentum 105.1
Rex regum reuelabitur 434.2
Rex vnicus esto: multos imperitare, malum 25.1
nec Regem, nec prophetam post Christum necatum de sua gente habuerunt Iudæi 85.2
Reges cur Christi vocati 120.2
Regum ob lapsum cur puniuntur subditi. 391.1.2
Regibus subseruiendum, ac pro eis dem precandum 186.1
Roma terrarum domina 208.1
Romanorum imperium quo pacto à Daniele præsignificatum 412.2

S

SAbbata à Mose cœperunt, 76.2
Sabbata Iudæis cur à Deo præcepta 125.2
Sabbata Iudæorum odit Deus 196.2
Sabbatis ante Mosem non erat opus 79.1
fine Sabbatis primi patres Deo placuerunt 125.2
in Sacerdotes populi immoriger animus 419.2
Sacerdotes reuerebitur Antichristus 426.2. 427.1
Sacræ literæ quo miraculo in Græcum versæ 20.1
Sacra in honorem hominum instituta quod malum pepererunt 218.1
Sacrificatur nomini meo in omni loco 63.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacrificium Eucharistiam esse 77.2. 146.1
Sacrificium corporis Christi pontifices offerunt 438.1
Sacrificiũ & hostia auferetur in medio hebdomadæ 425.1
Sacrificia cur Iudæis à Deo mandata 121.2
Sacrificia se accommodans populi moribus, fieri iussit Deus 55.2
Sacrificia à Mose cœperunt 76.2
Sacrificij Ethnicorum sacerdotes Iudæorum imitati 211.1.2
Sacrilegium in templo Dei committere, quid 2.2
Salomon Rex illustrissimus 72.1
Salomon sapientiæ spiritum habebat 121.2
Salomon Rex multa adinuenit, quibus morbi sanarentur corporis 342.1
cum Saltationibus canere, est puerile 371.2
Samaritæ, Christum expectantes, præsentem non agnouerunt 206.1
Samson iudicauit Israël annos vi-

ginti 424.2
Samuel sterilis primò filius 118.2
Samuel an visus à ventriloqua euocatus 341.1
Samuelis anima iubente Saule euocata per sagam ventriloquã 136.2
Sanatio morborum ad Aesculapium detorquetur, vnde hoc imitamentum 105.1
Sancti cuiuscunque ordinis ad regnũ cœleste imitantur 435.2
Sanguis Christi ortus non ex humano semine, sed ex Dei voluntate 87.2. 98.1
Sanguinem Christi & carnem in Eucharistia 213.2
Sanguinem & corpus Christi immolant Pontifices 435.1
Sanguis Christi in Ecclesia non extabit mundi sub finem 432.1
Sanguis Paschalis in Aegypto fuit salutifer 141.1
Sanguis circuncisionis iam vacuus 79.2
Sanguinis esus cur in lege prohibitus 394.1
Sanguis vuæ, quis 194.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sapere qui sibi videtur, magna notabitur ignominia 5.1
ei qui Sapit, quid agendum 7.2
Sapientes Græcorum non modò à se inuicem, sed & à se ipsis dissidere 15.2.16.1
Sapiétibus Græcorum prophetas antiquiores fuisse 34.2
Sapientia vana prædíti diligenter legunt scripturas, nec recta sentiunt 420.1
Sapientiam sapientum perdam, exponitur 151.2
Sardanapalus sibi in deliciis placebat 171.2
Sacræ cur alterum, r, sit additum 142.2
Satan desertorem significat 135.1
Sanchonis apud priscos legislator secundus 17.2.18.1
Saül, cùm ventriloquas sustulisset, cur ventriloquam consuluerit 340.1. 341.1
Scelera sub finem mundi quanta 419.1
Scelesti igne cruciabuntur 206.2
Scientia quid sit 41.2

Sententionem repudiet Antichristus 427.1
Scripturæ Christianorum miraculis confirmatæ 394.2
Scripturæ sacræ contemnentur 149.1
Scripturas S. à Iudæis depravari 118.1
Sectas perditionis introducentes sub finem mundi 420.2
Sedet Dei in seculum seculi 90.1
Sempiternæ sunt æquè ingenita 268.2
Senectutem spes fouet 29.1
Senis canitiè nemo reuerebitur 419.1
Senes honori habebit Antichristus 427.1
Sensus & cogitatio duæ facultates in nobis, quæ res apprehendunt 401.1
Septuaginta interpretes quibus miraculis sacros libros Græcos fecerũt 20.1
Sermo cuncta creauit, ex Musæo 22.1.2
Sermo Christi validos 201.2
Sermo veritatis quàm efficax 150.2
Sermo iudicatur omnis à suo fine 315.2
Sermonem Dei ingenitum post Deũ

adoramus 176.1
Sermonem Dei audire, & exequi, virtutis est & animæ puræ 390.1
Sermonem nugis ne impendamus, cauendum 2.2
Sermone à vulgo non differendum, nec abutendum 3.1
Serpens, sicut panem, terram edet 116.1
Serpens æneus à Mose sublatus quid figurabat 123.2.125.1.141.2
Serpentem æneum à Mose in crucis formam, Deo monente erectum fuisse 209.2
per Serpentes mysterium crucis præfiguratum 160.1
Serpens, dæmonum princeps, Diabolus, & Satanas vocatur 191.2
Sesochosis apud priscos legislator tertius 181.
Seth ex semine factus, Adam ex terra, Eua ex costa 392.1
Seth progenies vbi habitauit 166.2
Sibylla antiquissima quid de vno Deo dicat 22.1.2
Sibyllæ, Berosi filiæ, oracula propè ad propheticam doctrinam accedunt 36.2
Sibyllina carmina 201.1
Siderum de via deflexionem sub finem mundi 419.2
Sigillum Antichristi quale 429.2. 430.1
Signum crucis apparebit 433.1
Signa sub finem mundi quæ 419.2
Signa horrenda edet Antichristus 426.2. 428.2
Simon Magus, è Gitta oppido natus, Romæ Deus habitus 190.1.150.1. 208.1
Simon Magus pseudochristus 420.1
sine Singulis non potest esse vniuersale 408.1
Sion sponsa è gentibus adducta 418.2
Sisyphus, qui anima cum corpore puniatur, quid significat 30.2
Sitis ac fames in domibus & plateis 432.2
Socrates Christianus fuit 201.2
Socrates Græcorum sapientissimus oraculi testimonio pronunciatus 37.2

Socrates quo tempore Platonis præceptor 19.1
Socrates cur & per quos accusatus 24.1
Socrates, omnium constantissimus, cuius, criminis reus postulatus 173.2
Sodomorum vrbium ager nunc usque visitur sterilis 206.2
Sol vnus vnum lumen 234.2
Sol ex qua materia constat: & movetur suæ affixus sphæræ. 277.2.2. 278.1
Sol an calidus 283.2.397.2
Sol si non esset, oculus foret supervacuus 284.2.398.1
Sol ob Iesum Naue 36. horas distitisse occasum 360.2
Sol occidet super prophetas, quando 419.2
Sol conuertetur in tenebras 433.2
Sol lugebit 435.2
Solis die Christianorum conuentus fiunt: nam hoc die mundus creatus, & resurrexit Christus 214.2
ad Solis ortum spectantes cur orant Christiani 378.2

Solem Deus vnicum fecit, cùm plures facere posset 404.1
ante Solem dies conditus fuit 234.1
Solem circumaget, quò libuerit Antichristus 428.2
Solon sapientum sapientissimus 19.2
Solon, legislator Athenienſis, adiutus scriptis Mosaïcis 21.1
in Somniis mala imaginatio, aut etiã pollutio, aut peccatum sit: cùm somnia non sint penes nos 326.1
Sophocles quid de vno Deo senserit 218.2.219.2
Sortilegi pluuias eiacularí nequeunt 331.1.2
Species exemplaris, quid 15.1
Species caret materia 247.2
Species dum adest, priuatio non permanet. 249.2
Species est ex absentia priuationis: & priuatio, ex absentia speciei 245.1
Species præsentia sua specificat materiam, absentia sua facit informem 244.2
Spelunca Mithri, quæ 105.1
Spes senectutem fouet 29.1
Spiritus S. à Patre procedit 225.1.

218.1.231.1
Spiritus propheticus quando defecit apud Iudæos 122.2
Spiritus S. virtutes 121.1.2
Spiritus familiares, qui & quales 186.2
Spiritui cuilibet nõ credendũ 422.2
Spiritum sanctum in decem spiritus diuidi 32.2
Spiritum sanctum Plato veritatem nominauit 38.2
Spiritum incorporeorum copias innumeras adducet Antichristus 430.1.2
Statua Nabuchodonosoris exponitur 421.1.2.422.2
Stellæ an sint opus naturæ 278.2. 279.1
Stellæ ex qua materia cõstant. 276.2
an mouẽtur suis affixæ sphæris 277.2
Steriles, Deo volente, parere 118.2
Sterilitates fœgum mundi sub finem 419.2 429.1.
Stirpes omnes, humore nutritæ, fœtum ferunt 15.2
Stoïcorum doctrina qualis 175.2
Stoïcorum dogmata explosa 171.2
Stoïcorum opinio de mundi mutatione 171.2
Stoïcorum de mũdi exustione, & restauratione opinio 186.2.187.1
Stola quid significat 89.1
Stulti humana magni faciunt 3.2
Stupris miscuerũt omnia Angeli mali 170.2
Subditorum clades, est regni pœna 391.1.2
Subiectum an vnum sit numero: & Specie duo 242.2
Subiectum, ex quo generatur, quod generatur, subiicitur contrariis 247.2.
Subsistẽtia in diuinis personis vt accipitur 225.1.2.226.1
Subsistentiæ perfectissimæ tres 231.2
Substantia quid est 283.2
Substantiæ defnitio 397.2
Sus Deus non habitus, animalia cætera quæque pro diis culta 334.1
Suspicionibus malis cauendum 31.2

T.

TAntalus, qui anima cum corpore reparatur, quid significat 30.2
Tauri pingues Iudæorum magistros significant 134.2

Templum Hierosolymitanum, proprium domicilium, Deus probauit 58.2
Templum lapideum Hierosolymis suscitabit Antichristus 425.1.427.2
in Templo Dei sacrilegium committere, quid 2.2
Templa diuina Domorum instar erunt 419.1
Tempus ortum cum cœlo 34.1
Tempus nec motum, nec sine motu, nec sempiternum esse 261.1
Tempus trium annorum semis Antichristi cõcisum reddet Deus 432.2
Tempora inordinata sub finem mundi 419.2
Temporibus extremis quanta mala sint futura 419.1.2
Tẽporariũ omne corruptibile 286.1
Temporarium nihil apud Deũ 293.2 294.1.300.2
Tenebræ apud homines erunt 432.1
in Tenebras diem conuertet Antichristus 428.2
si Terra est, necesse est ignem esse 275.1.292.2
Terra aquas sabsũnet, terram diuinum præceptum. Qui suspendit, inquit, terram super nihilo. 386.1
Terra suos denegabit fructꝰ sub mũdi finem 419.1
Terra an elemẽtũ, & æterna sit 282.1
Terra lugebit vitam cruciatuum plenam 432.1
Terra vniuersa exuretur 433.
Terræ-motus fient per omnes regiones 419.1
fiet Terra noua 433.2
Terra noua nouumq; cœlum quod 362.1
Testamentum fidele Christus nobis datus 47.2
Testamento nouo quid fuit opus 156.2
Testamenta, liber Orphei ita inscriptus 219.1
Thales primus rerum naturam scrutari cœpit 13.1
Thebæ à fratribus septem euertendæ, ex oraculi prædictione seruatæ 394.2
Theogonia poëtarum quàm ridicula 11.1
Timæus Platonis opus eruditum, & elaboratum 25.2

Timor intrà, tremor intus nocte & die que 438.2
Timor inenarrabilis in extremo Dei iudicio 433.2
Timor absumet omnia 434.2
Tinctores Pharisæi resurrectionem negant 115.1
Tiresia vaticinato, Menoeceus se ultro iugulavit 394.2
Tonitrua sub finem mundi quania 419.1
Torcular calcavi solissimus 61.2
Tranquillitas animi vnde originem habet 3.2
Transsubstantiatio panis & vini in verum Christi corpus 213.2.214.1
Trinitas vnitate substantiæ, sine vlla diuisione, Deus vnus 385.
Trinitatis personas vnà semper operari 228.1.2
Trinitatis confessio præstat felicitatem piis repositam 224.1
Trinitatè nominũ esse trinitatis consistentiarum, non vnitatis earum 324.2
de S. Trinitate expositio 224.1
in Trinitate differentia est modis essentiæ hypostaseon 385.2
Tristitia mundana mortem operatur 9.2
Tryphon, homo Hebræus, atque circuncisus 391
Tubæ vox horrenda 433.2
Tumultus in plateis planctus in domibus 432.2
Turpe pulchrum appetit 250.1
Tunicas pelliceas primis parentibus non animalibus fecit Deus sed cõdidit 340.1
Tyranni quibus apud inferos plectũtur pœnis 29.2.30.1

V

VAtes diuini quot annorum numero Christum antecesserunt 193.1
Vates afflari spiritu diuino ait Plato 37.1
Vates Gentilium an veritatem prænuntiarint 394.2
Vatum & propheratum differentia 318.2
Vates omnim primus Moses 19.1

Ventriloquæ opera dæmonis vtuntur 341.1
per Ventriloquos cur dæmones loquantur 355.1
Ventus vrodinis à deserto Antichristus 418.2
Venti sub finem mundi quati 419.1
Venus cur aurea ab Homero dicta 30.2
Venus à Diomede vulnerata 11.1
Venus Adonidis amore insano percita 189.2
de Venere permiscua falsò accusantur Christiani 194.1
Venustas mulierum exaresceet 432.2
Verbũ cuncta creauit ex Musæo 12.1
Verbum Dei vbiq; est iuxta essentiã 235.2. & quo modo caro factũ est, cum cœlos non reliquerit 236.1.2
Verbum quo modo sit in proprio replo iuxta essentiam 238.1.2
Verbum Dei quid nos per Mosem docet. 96.2
Verbum Dei audire, & exequi, virtutis est, & animæ puræ 390.1
Veritas per se satis est ad seipsam ostendendam 218.

Veritas, rebus secularibus relictis, quærenda 8.1.2
Veritatis scientiam manifestam ignoramus 238.1
Veritatis sermo quàm efficax 150.2
Veritatis notitia, est felicitas 4.1.2
Veritati opponitur mẽdacium 396.2
Veritati preferendum esse neminem, ait Socrates 173.1
Veritatem qui toto corde totisq; viribus quærit, fieri non potest, quin eam inuenerit 319.2
Vermis impiorum nõ morietur nec cessabit 78.1 205.1
Vermẽ immortali & perpetuo artus præuaricantium erodendi 159.1
Victimæ à Mose cœperunt 76.2
Victoriam Cadmeam vincere 6.1
Victus hominum ante diluuium quales 379.1
Victuis opẽ feret Antichristus 427.1
Vigilandum vacando seruatoris eloquiis 5.1
Vinum & panem in verum Christi corpus mutari 213.2.214.1
Vinum non ad ebrietatem bibendũ sed ad curam corporis 7.2

Vini vsus quātus, & qualis esse debeat 4.2
Vinum qui sorbillando bibunt propediem peribunt 8.1
Vinum cur Bacchi sacris illatū 105.1
Vir vxorem, vt ream, in iudicium trahet 43.2
Viri apud inferos aspectu igni 29.2 30.1
Virgæ Christum figurantes 120.1.2
Virgo Maria, omnium fœminarum præstantissima, mater Dei 190.1
Virginem peperisse vnicam, hoc est Mariam, nouimus 416.2
ex Virgine Christum nasci oportuisse 52.1.2
de Virgine nemo præter Christum natus 77.2
ex Virgine natū verè Christum fabulosò ex Danaë virgine Persea 102.1
Virutis laboribus bona præsentia nō condigna 381.2
Virtutis nomine Spiritum sanctum intellexit Plato 33.2
Virtuti soli studendum 10.1
Virtutem in quatuor virtutes Plato

INDEX.

punitur 33.2
Virtutes S. Spiritus 121.1.2
per Visionem Eliæ & Iezechielis quod mysterium declaratum fuit 157.1.2
Visiones Danielis 67.1
Vita nostra ne sit culpabilis, cauendum 2.2
Vitæ indicat qualis sit anima 6.2
Vitæ huius fructus, est infinita beatitudo 381.1
Vitam qui sanctè exigit, dulcis eum spes sequitur, cor nutriens 29.1
ob Vitem inuentam Bacchus est necatus, qui reuixit, & in cœlum ascendit: vnde hoc sumptum 105.2
Vituli cornuti, & petulci, quid in scripturis designant 134.2
Vitare iurta naturæ ductum est nondum credentis 1.2
Vitare qui vult feliciter nec videre cupiat, nec audire studeat 3.2
Vitulamalis, oppidum, vbi Iacob viderat scalam, &c. 94.2
Vnctio sancti vnguēti in Baptismate

323.2. & cur 390.2
Vnctiones, Christi figuræ 120.2
Vnitas & vnum quid differunt 23.2
Vniuersale esse non potest absque singulis 408.1
Vnum aliquid & perpetuum, quod primum mouet 264.1
Volútas Dei an aliud sit & aliud ciusdé substantia 301.2
Voluntatem timentium ipsum facit Deus 323.2
Voluptaté qui ex alienis peccatis capiunt 6.2
Voluptate vera qui frustrabuntur 8.2
Votum quàm religiosè reddendum fuerit, liquet exemplo Iephthaeliam immolantis 366.1
Vxor, vt vitis fœcunda 140.1
Vxor virum suum tradet in mortem 419.2
Vxores duas qui ducunt, peccatores sunt iudice Christo 184.1
Vxorculæ honorandæ sunt conuersandúmque cum eis sobriè 8.2

Z

Zacharias & Elizabet quo modo iusti dicantur 392.2.393.1
Zelum linguæ qui profitentur, quales esse solent 4.2

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca